¶ Secũdo vtruꝫ immediate inuẽta cauſa fiet circulus: an
intellectus negocieť circa illã, ad hoc, vt ſit mediũ in demõ
Dubitationes. ſtratione. ¶ Tertio in quo genere demr̄ationis ſit ſcd̃s ꝓ/
Cõ.6. ceſſus. ¶ Ad p̄mã dicenduꝫ ꝙ (vt Auer. ait in p̄ poſter. in
fine ſecũde partis) quatuor ſunt cõditiones demonſtratio/
nis in circulo facte. prima vt vnaqueqꝫ propoſitionum ſit
cõuertibilis in terminis, ⁊ in toto. 2ª, vt ſit. q. affirmatiua:
ꝑꝑ qd̃ in 2ª figura non poteſt fieri regreſſus demonſtrati/
uus. 3ª vt ſit in p̄ma figura. 4ª vt ſit in p̄o modo prime: ⁊
has cõditiones intelligit Ariſt. in lr̄a: vt in cõmento meo il
lius partis expoſui. ¶ Tũc ad formã dicẽduꝫ: ꝙ circulus/
ſeu demõſtratiuus regreſſus qnqꝫ modis fieri põt: vt dictũ
eſt 2° Prioꝝ. ⁊ in cõmẽto meo primi Poſteriorũ. Attñ in
Cõ.30. propoſito, vt Auer. inquit p̄ poſterio. modus vſitatus eſt
ex maiori conuerſa in toto, ⁊ ꝯñe, inferẽdo minorẽ. v̄. ḡ. oẽ
riſibile rationale/oĩs hõ riſibilis. ergo oĩs homo rationa/
lis. ꝯcluſio enim eſt: qm̃ hõ eſt rõnalis: ⁊ eſt cõcluſa cauſaꝫ
eſſe ibi de hoĩe. fiat aũt in hũc moduꝫ regreſſus: ⁊ ꝯuertiť
maior in terminis ſic: omne rationale riſibile/oĩs hõ ratio
nalis. ergo oĩs hõ riſibilis. primus qdem ꝓceſſus fuit. q̄a.
ſcd̃s antẽ dedit ꝑꝑ quid. ¶ Ad 2^m dicendum: ꝙ in proble
mate cõpoſito, non ſtatiꝫ inuẽta cã ſit reditus: ſed oportet
cauſam inuẽtam demr̄are: qm̃ mediũ eſt, ⁊ diffinitio. ⁊ ſic
opꝫ vt intellectus adhuc per id met mediũ reſoluat oĩa p̄/
dicata qdditatiua, ⁊ incongrua remoueat, ⁊ congrua colli
gat: quo facto/iam ⁊ cãm, ⁊ mediũ habemus: ⁊ tunc lꝫ re/
gredi. hoc aũt nõ ſemper fit palã, ⁊ multoties fit. In q̄õne
ſimplici idem: nõ opꝫ qm̃ cã ibi, ⁊ mediũ idem: ⁊ eodẽ mo
do: vt pꝫ. vbi aũt medium, ⁊ cã aliqñ differunt modo: tunc
opꝫ vt dicetur in ſol. ad 2^m. ⁊ ſic apparet ſol. huius proble
matis. ¶ Ad 3^am difficultateꝫ Themiſtius ⁊ fere oẽs gre
ci ſm ꝓceſſum demr̄ationẽ ſimpľr dicunt eſſe. ⁊ huius red
dit cauſaꝫ Them̃. p̄ Poſter. Dicẽs. [Expoſitio cauſe: cum
ita ſit, ꝙ que tota vniuerſalium eſt: eo que non modo noti/
tiam huius vnius defectus: quẽ nũc patiť luna: ſed ſimpľr
Cap.46. omniũ ꝯtinet.] Vult igiť Them̃. h⁹ demr̄ationeꝫ eſſe ſim
pliciter: qm̃ eſt continẽs vľem, ⁊ ſimpľr cauſam oĩum defe
ctuũ. ¶ Auer. aũt dicere demr̄ationẽ illã eſſe ꝓpter quid.
eſt enim demõſtratio triplex apud Auer. 2° Celi. ⁊ alibi in
finities. ſ. ſigni, ꝑꝑ quid, ⁊ ſimpľr: ⁊ demonſtrationeꝫ ſigni
vocat illã: cuius medium eſt effectus: eſt enim effectus cãe
Cõ.35. ſignũ: vt Auer. ait p̄mo phyſic. Signuꝫ aũt duplex: vt ipſe
Com.2. ait 6° Phyſic. ſ. cum cã equate conuertibile, ⁊ cum cauſa
inadequate cõuertibile. ⁊ ergo duplex erit demonſtratio ſi
Cõ.15. gni. p̄mo modo: ⁊ ſic dr̄ fides ſeu ſufficientia apud Auer.
Cõ.22. p̄mo Celi. vt ignis eſt hic: qm̃ fumus eſt illic. Demonſtra/

cũ ſcõo modo dr̃ ꝯiectura: vt Hamonius ait ſupius: ⁊ apõ Auer. teſtimoniũ: vt mulier peperit: qm̃ lãguida: ⁊ demr̃atio qdẽ ſigni dr̃ demr̃atio/ q: ⁊ eſſe tm̃, dr̃ qdem ſigni: qm̃ ſemꝑ mediũ eſt effectus: q ſignuz ponit̃ cauſe. dr̃ q: qm̃ in q. cõpoſita cõcludit cãm ineſſe minori extremitati, ⁊ ꝑ ꝯñs ꝓpõnẽ verã eſſe. ⁊ h̄ appellat/ q eſt Ari. 2° Poſter. dr̃ eſſe tm̃ qm̃ terminat. q. ſi eſt in ſimplici q. vt pz. Demonſtratio v̂o cuius mediũ eſt p̃mo notũ nã, ⁊ ſcõario notũ nobis: demõſtratio pp qd dr̃. eſt enĩ mediũ primo notũ nã: q cã effectus. nobis aũt ſcõario: q notificatũ eſt per effectũ: ⁊ nõ ẜm ſe prio. ⁊ in hoc gñe eſt ſcõs ꝓceſſus: qm̃ mediũ eſt cã ꝑ ſe effectus nã notũ prio in eo ꝙ cã. Eſt mediũ id inuẽtuz per effectũ nobis. ğ nõ prio notũ nobis: ⁊ ſic demonſtratio dr̃, ꝓpter qd: ⁊ demõſtratio cauſe. Propter qd qdẽ: qm̃ ꝓblema terminat pp quid: qõ eſt vltima quatuor qõnũ. Dicit̃ quoqꝫ cauſe reſpectu. q. ſimplicis: vbi mediũ hꝫ rõnem cauſe tm̃. vt fumus eſt: qm̃ ignis. Demr̃atio aũt cuius mediũ eſt p̃mo notũ nã: ⁊ prio notuz nobis/ demr̃atio dr̃ ſimpliciter: ⁊ huius gñis ſunt demr̃ationes mathematice. ibi enim nõ ab effectu inuenimus cãs eſſe, ⁊ inde regredimur ad effectus pp qd: ſed eodẽ proceſſu ſcimus ꝯñẽ, qm̃ vera, ⁊ pp quid vera. qm̃ vera qdẽ: eo/ q mediũ prio eſt notum nobis ⁊ nõ ab alio accepimus notitiã q̃ꝫ ꝑ ſenſus noſtros. Propter qd vera aũt: qm̃ mediũ eſt ꝑ notũ nã: ⁊ ſimpl'r cã ꝯnis. Exẽplũ eſt Ari. in poſteriorib⁹: ſi nos eſſemus ſupra lunã, nõ vidẽtes eclipſiz: ſed terre interuẽtũ: tũc demõſtrãtes lunã deficere: qm̃ interuenit terra: dm̃r̃atio erit ſimpl'r qm̃ demonſtrat lunã deficere: ⁊ ꝓpter qd deficit. ℂ Ambiges aũt ⁊ adhuc: qm̃ demr̃ationes per mediũ multiplicantur: ſed oẽ mediũ eſt: vel cã, vel effectus. ergo oĩs demonſtratio eſt: vel per cãm: vel per effectũ. ergo duplex tm̃ genus demõſtrationis. ℂ Rurſum Ari. eſſet diminutus cuz nullibi h̄ triplex demr̃ationis genus exp̃ſſit in toto lib. demõſtrationis. ℂ Dicẽdũ ꝙ demr̃atio ſimpl'r eſt aggregãs vires vtriuſqꝫ gñis demr̃ationis. in eo. n. q mediũ eſt prio nobis notũ demr̃ationis ſigni vim cõtinet. ꝓut v̂o mediuz eſt ꝑ notũ nã, demõſtratiõis ꝓpter qd etiã v̂tutẽ amplectitur. ergo eſt velut mediũ vtriuſqꝫ extremi: queẽadmodũ tepidũ, calidi, frigidiqꝫ. Et pp hoc demõſtratio h⁹ dr̃ ſimpl'r abſoluta, ⁊ cauſe ⁊ eſſe. dr̃ qdeꝫ ſimpl'r: qm̃ nullus gradus demonſtrationis ei deficit. qõ. n. ſimpl'r dico ſine addito dico: vt in 2° Topic. dr̃. dr̃ ⁊ abſoluta: qm̃ oẽs. q. terminat. ſ. q eſt, ⁊ ꝓpter quid eſt. Dr̃ cauſe ⁊ eſſe: eo q vires continet vtriuſqꝫ gñis demr̃ationis. ℂ Ad ambiguitates dicẽduz. ad p̃mã demõſtrationes multiplicant̃ per media, ⁊ dico ꝙ omne mediũ eſt cã, vel effectus vel aggregãs vtrũqꝫ: ⁊ non cã tm̃: vel effectus tm̃: vt dixi. ℂ Ad 2am dõm Ariſt. explanaſſe demõſtrationẽ ſimpl'r. in ꝑ poſter. tacuit alia gñia: qm̃ de facili eliguntur ex illo vno tm̃. ℂ Ex his apparet qũo ſecũdus ꝓceſſus: demr̃atio ꝓpter qd tm̃ dr̃: ⁊ non ſimpl'r: vt Them. finxit. ⁊ tu ꝯſidera: qm̃ pñt conciliari. ℂ Ad oppoſita pro opinione grecoꝝ. Dicẽdũ Ariſ. dupl'r vti terminis ignotis: qñqꝫ vt ſermo ſuus ſit vl'is oĩbus: ⁊ ſic vtit̃ eis, ꝑ Prioꝝ, ⁊ in toto reſiduo: qñqꝫ vt promptius oñdat ꝓpoſitũ: eo q nos non ſumus prompti ſemꝑ terminos hr̃e: ⁊ ſic vtit̃ in lib° poſteri. ⁊ ꝑ hoc tollit̃ p̃m argm. ℂ Ad 2m dõz: ꝙ Ariſt. prio poſter. [Syll'm qm̃.] ſyll'm appellat ſimpl'r ẜm formam: nõ tm̃ ẜm mãm: cum nõ ꝓbatiuus ſit: ſed bñ illatiuus: modo vult 2° Prioꝝ: illuz nõ eſſe ſyll'm diffinitũ in prio Prioꝝ: qm̃ ibi probatiuũ diffinit: eſt tm̃ ſyll'us ſimpliciter ẜm formã. ℂ Ad ꝓpoſitũ demr̃atio q etiã non dz dici demonſtratio/ ꝓut illa definita eſt loco eius: põt tm̃ dici demõſtratio tertij gñis: vt ſat pz. ℂ Ad 3m dõz Ariſ. declarare demr̃ationẽ q ca. 13. ⁊ nõ curauit ꝑmittẽ id: qm̃ ꝑmittẽdo de ſcire promiſit de demõſtratiõe: qm̃ ſcire effectus demõſtrationis eſt. ℂ Ad 4m dõm argm tenere ad hominez: volebãt enim antiqui priora per poſteriora demonſtrari demonſtratione ſimpl'r: ⁊ ꝯ̃ hos arguit. d. tunc ſcire non erit bñ determinatũ. ⁊ ſic pz ſol'. argumentorũ. ℂ Ad argumẽta ſcõe opinionis, ad p̃m dõm mediũ reddi certum per effectum, ⁊ accñtia, eius in gñe ꝓblematis q eſt/ vel ſi eſt: tm̃ eo ipſo qõ concluſum eſt: q eſt cauſa de effectu habemus propter quid: ⁊ ſic cognitio non eſt in eodem gñe problematis: vt Alexã. inqt. ergo cã eſt ignotior in vno problemate effectu: effectus in alio ignotior. ℂ Ad 2m dõm: ꝙ non: qm̃ lꝫ cauſe ille: ⁊ ſunt cauſe/ ⁊ mediuz/ ⁊ diffinitio: tm̃ differunt rõne. ergo opꝫ negociari: ⁊ per ꝯñs in aliũ artificem ſuperiorẽ aſcendẽs: ⁊ ſic in nãli ſub habitu nãli id fieri nequit. ℂ Ad 3m dicẽdũ id Phi v̂bum eſſe verũ: vbi cauſe ſunt tm̃: ſed vbi cauſe erunt, ⁊ media: iaꝫ opꝫ ⁊ decet retrocedere. ⁊ ſic patet ad argumẽtum in principio. q. Et cũ hoc ſit ita: patet quid de greſſu dicendum.

COMMENTARIVM.

**Et ſi verba** hec exponi poſſint multipliciter, tm̃ expoſitores omnes cõſenſim aſſerũt Ariſtotelem cõſtituere in hoc textu duas ꝯnes. Quarũ prima eſt, ip̃m quid eſt vtile eſt ad cognoſcẽdũ cauſas accñtium. Secũda vero/ accidẽtia ꝓpria/ cum ẜm imaginationez vel aliquẽ ſenſum nobis conſtant, conferũt pro magna p̃te ad cognoſcẽduz ip̃m quid eſt. Sed de cã huius intẽtionis nõ oẽs eodeꝫ modo loquunt̃. ℂ Themiſtius innuit hec Ariſtotelẽ dixiſſe, vt innueret, quenam ſit recta definitio. Cum enim multa de definitione addubitaſſet, erat rõni conſentaneum aliquo pacto innuere quenã eſſet recta definitio. Unde per hec duo innuit rectam definitionẽ eam eſſe/ per quã accidẽtia propria tanq̃ꝫ per cãz ſciunt̃: ⁊ que per talia accidentia ꝓpria ipſa ſciri põt. ℂ Philiponus cauſaz huius intentionis aſſignat/ q cum mouiſſet qõnem de methodo inueniendi definitiones, nunc vult explicare quãdam methodum inueniendi definitiones: dicens illam eſſe, ꝓcedendo a ꝓprijs accidẽtibus nobis manifeſtis ẜm aliquem ſenſum. Quid vero Auerroes dicat hic, poſtea dicemus. ℂ Secũdũ ergo Philoponũ Ariſtoteles ꝑ ponit ꝯnẽ p̃mã/ ⁊ inqt, videt̃ aũt nõ ſolum qõ quid eſt cognoſcere vtile eſſe ad cognoſcẽdũ cãs accñtium in ꝓprijs ſubſtãtijs atqꝫ ſubiectis: hec p̃ma ꝯcluſio eſt: cuius rationẽ per exẽplũ, vt Philoponus inquit, ſubſcribit, ſicut in mathematicis quid rectum ⁊ quid obliquum/ vel qd linea, ⁊ qd planum ſiue ſupficies ad cognoſcẽdum ꝙ anguli triãguli oĩbus rectis ſint equales: ⁊ tota hec lr̃a legenda eſt ſuſpenſiue, ⁊ cum parentheſi vſqꝫ ibi [ſed etiã:] vt patet in grecis verbis. ℂ Aiaduerte Ariſtotelẽ in hoc exemplo loco definitionuz/ accepiſſe qd ſit rectũ/ quid obliquum/ qd linea, ⁊ qd ſuperficies: loco ꝓprij accñtis/ accepiſſe equalitatẽ angulorum oĩbus rectis. loco ſubiecti, accepiſſe triãgulꝫ, vel angulos triãguli. hec eſt ẜm Philoponuz p̃ma ꝯcluſio: ⁊ ꝓbatio illius ꝯnis per exemplũ. Scõo loco Ariſtoteles ponit ſcõam ꝯcluſionẽ, ⁊ inquit, ſed etiã ecõuerſo accñtia magnã partẽ conferũt ad cognoſcẽdum ip̃m quid eſt: qõ fuit 2a concluſio. Sꝫ dices vtrum eadẽ accñtia ſint, que cõferunt ad cognoſcẽduz qd eſt, ⁊ ea ad que cognoſcenda confert ipſa definitio an altera. Scõm ergo Philoponum Ariſtoteles reſpõdet, ꝙ nõ ſunt eadem, nam accñtia/ que ꝯferũt ad cognoſcẽduz quid eſt, ſunt ea: que ẜm aliquẽ ſenſuz ſunt nobis nota. ea vero/ ad que confert definitio: ſunt accidẽtia occulta. v̂bi cauſa, ad definitionem aĩe confert cognitio eius accidẽtis/ qõ eſt moueri ⁊ viuere in latere: ex quo habetur aĩaz eſſe id qõ ſe ipſum mouet. definitio v̂o ꝯfert ad cognoſcẽduz imortalitatẽ anime: ⁊ hoc ẜm Philoponum dicit Ariſtoteles, cum inquit, cuz enim habemus tradere de accñtibus oĩbus aut pluribus ẜm phãtaſiaz. i. que ſunt nobis notiora ẜm phãtaſiam/ vel aliquẽ alium ſenſum/ tũc ⁊ de ſub̃a hoc eſt definitione ſub̃ali habemus aliquid dicere/ qm̃ optime/ ⁊ non qm̃ demonſtratiue. per definitionez vero habemus dicere de accidentibus immanifeſtis. dicit Philoponus per accidentia nobis manifeſta nos habere aliqd dicere de ſubſtantiali definitione, qm̃ optime, q ſatis efficaciter, ⁊ bñ ꝓbabiliter, non autem qm̃ demõſtratiue, cuius cãm (vt ait) dicit Ariſtoteles, cũ inquit, omnis eniꝫ demr̃ationis p̃nm eſt qõ quid ẽ ⁊ nõ accñtia. ergo ꝓceſſus ab accñtibus ad definitionem eſt efficax: non aũt demonſtratiuus, qa in eo non eſt ipſum, quod quid eſt p̃nm, ſed accidens: ⁊ ſic per accñtia aliquid de ſub̃a habemus, qm̃ optime/ non aũt qm̃ demonſtratiue. ℂ Alexander autẽ dicit ex accñtibus demonſtrari ſub̃am qm̃ eſt. ⁊ quo ad qa eſt. ex definitione aũt demonſtrari accidentia quid ſunt, qualia ſunt/ ⁊ quãobrem ſunt: ⁊ ſic regreſſus non eſt ẜm eandem ꝓblematis ſpeciem. Uꝫ Philoponus aſſerit p̃m proceſſum eſſe efficacẽ ⁊ optimuz: ẜm vero eẽ demõſtratiuũ: ⁊ ſciẽtificũ. Ex his deducit, que definitiones inaniter dicant̃/ atqꝫ dialecticaliter, ⁊ inqt, q̃re ẜm quaſcũqꝫ definitionũ non cõtingit accñtia cognoſcere, neqꝫ de ipſis facile imaginari, manifeſtũ, ꝙ ſunt dialecticaliter dicte, ⁊ inaniter omnes. ℂ Quo v̂o ad v̂ba attinet, dixit ad cognoſcẽdũ [cãs accñtiuz] vt innueret per definitiones, que ſunt vtiles ad cog̃nẽ accñtiũ, ſe intelligere definitiones cauſales, eſt. n. duplex definitio, vt Philoponus iq̃t 2° poſter̃. formalis, vt ſonus factus ĩ nubibus definitio eſt tonitrui formalis ⁊ cauſalis, vt extinctio ignis in nubibus. tale ergo qõ qd eſt caulſae vtile eſt ad ſciẽdũ cãm accñtis. Dixit [vtile:] qa nec̃ium: vel dixit [vtile] qa duplex eſt definitio ſub̃ti/ ⁊ paſſionis, definitio paſſiõis nec̃ia eſt ad demr̃anduz paſſionẽ de ſub̃to, definitio v̂o ſub̃ti eſt vtilis, ⁊ nõ ſemper nec̃ia, veꝝ de hoc poſtea. dixit [accñtiũ in ſub̃ijs] ad denotãdũ ꝙ definitio cauſalis eſt vtilis ad cog̃nẽ demr̃atiuã accñtiũ: qua ſcimus accñtia in eſſe ſb̃ijs: non autẽ ad cog̃nẽ definitiuã tm̃. Dixit [cõferunt magnã partem] ẜm The. ꝑ magnã partẽ intelligit ẜm totũ, q accñtia ꝓp̃a declarant ⁊ definitũ ip̃m, ⁊ eius definitionẽ. Philoponus ꝑ magnã partem intelligit magnã efficaciã/ qa nõ demõſtratiuã, ſed ſatis efficacẽ cog̃nem accñtia p̃bẽt de definitione. Qꝫ aũt nõ demr̃atiue, ſꝫ ſatis efficaciter ⁊ bñ, Ariſt. ꝓbat exp̃imẽto, q cũ nos habemus accñtia nobis nota, ꝑ illa ſcimus de definitione aliqd, qm̃ optime/ ⁊ nõ demonſtratiue. Denotat igitur per hec Philoponus, ꝙ proceſſus ab accñtib⁹ ad cãlẽ definitionẽ eſt optimus, q bñ probabilis, ⁊ ſatis efficax nõ aũt demõſtratiuus. Dixit [hẽmus tradere] ad ſig̃ndũ, ſi ab accñtibus ad qd eſt opꝫ ꝓcedere: in cog̃ne taliuz accñtium nos debere eẽ habituatos ad tradẽdũ. nõ. n. poſſum⁹ ꝑ oĩa accñtia nobis nota ꝓcedere ad qõ qd eſt, ſed per ea que ſumus habiles ad tradendũ/ h̄ eſt, que ſunt nobis maxĩe nota: nã facile tradere poſſumus: que nobis maxĩe nota ſunt. Dixit [ẜm phãtaſiã] hoc eſt de accñtib⁹ nobis notis ꝑ phãtaſiã, ad denotãdũ, ꝙ virtutũ interiorũ phãtaſtica maxime ſeruit rerũ cognitionibus, cũ ſit locus phantaſmatũ. Dixit [aut oĩbus/ aut plurib⁹:] q nõ opꝫ oĩa accñtia ſumere, vt cognoſcam⁹ qõ qd eſt. Dixit [hẽmus dicere aliqd, qm̃ optime: q de ſub̃a facile dicere poterim⁹/ que. n. hẽmus, facile poſſumus/ aut dicere/ aut facere, aliqd optime v̂o dixit, q nõ demõſtratiue: ſed ſatis efficaciter. ⁊ bñ. Cur v̂o dixit nõ cõtingit accñtia cog̃ſcere, neqꝫ de ipſis imaginari/ facile rñdeo eũ hec dicere vt innuat vtiles definitiones eſſe, nõ ſolũ que faciũt accñtia cog̃ſcere, ſed ipſa facile imaginari, retulit. n. cog̃ſcere ad intellectiuã cog̃nẽ: facile imaginari: ad ſenſitiuã. bone ğ definitiones ſunt, que tã per intell'm/ q̃ꝫ ꝑ ſenſum nos faciũt accñtia cog̃ſcere. aut fortaſſe per imaginari cõiecturari intellexit. nã grecum v̂bũ εἰκάσαι, ſonat ꝯiectari. erit ergo ſenſus inutiles eẽ oẽs eas definitiones, ꝑ quas neqꝫ cõtingit accñtia cog̃ſcere, neqꝫ facile ꝯiectari, q ſi per ipſas accñtia non facile cognoſcimus, ſunt διαλεκτικῶς. i. dialecticaliter (vt ita diximus) dicte. definitiones. n. que dialecticaliter dicunt̃/ faciũt accñtia ꝯiectari, ſed non facile. ſin aũt per ipſas accidentia penitus nõ cognoſcunt̃, erũt dicte κενῶς. i. inaniter, q penitus a fine fruſtrant̃. ℂ Patet ğ ꝑ hec innuere que ſint perfecte definitiones, ita vt ille ſint q̃ ⁊ accidẽtia cognoſcere/ ⁊ de illis facile cõiectari nos faciãt. Que vero faciũt nos illa intelligere, nõ tm̃ facile, ſunt dicte dialecticaliter, que autẽ nullo modo nos illa intelligere faciunt, ſunt penitus inaniter dicte. Ergo innuit duo eẽ nec̃ia ad ꝑfectã definitionem, vt nos faciat cognoſcere accñtia: ⁊ facile illa coniectari. Hec quo ad verba. ℂ Sed occurres, q qd rectũ ſit, qd linea, qdqꝫ ſupficies nõ videtur conferre ad demõſtrandũ ꝙ anguli triãguli ſint equales duobus rectis. ℂ Philoponus rñdet, hec eſſe dicta, vt exempla: non vt vera ſint hactenus de textu ⁊ his, que in collectaneis diximus circa textum. ℂ Supereſt modo venire ad cõmentum, vbi Auerroes quo ad textus intẽtionem cõuenit cuꝫ grecis, q vult Ariſtotelẽ ponere duas ꝯnes (vt dictũ ẽ) ſꝫ de cã illaruꝫ diſſentit, q vult Ariſtotelem illa poſuiſſe pro ſolutione earum queſtionum que mote ſunt de ordine potentiarum ⁊ eſſentie, vbi que dicit, ſatis conſtant per ea que ſcripſimus in collectaneis.

ℂ Queres hic quo mõ ꝓpria accñtia ꝯferũt ad quod qd eſt vtrũ demõſtratiue, an alio modo. ℂ 2° queres cuꝫ duplex ſit quod quid eſt cãle, qõ eſt definitio cãlis paſſionis, ⁊ formale, quod eſt definitio ſub̃ti, qõ iſtorũ eſt mediũ ad demõſtrandũ paſſionẽ de ſub̃to. ℂ Pro ſol'one ad p̃am ſupponamus ex 2° poſter̃. ipſum qõ qd eſt ꝓbari de definito poſſe dupl'r intelligi, aut in eo quod qd eſt, ⁊ ſic nec per accñtia, nec per aliud qcq̃ꝫ poteſt qõ qd eſt ꝓbari de definito: q in omni tali eſt petitio principij, vt Ariſt. prout 2° poſter̃. aut abſolute: vt ſi de hoĩe demõſtrareꝫ aĩal rõnale abſolute per hoc qõ ridet: aut diſciplinat̃. ℂ Tenẽt ğ greci Alexander, Philoponus, ⁊ ceteri accñtia ꝓpria cõferre ad ꝓbãdũ ip̃m qõ qd eſt abſolute de eo cuius eſt, quatenus per illa ſaltem ꝓbabiliter ſatis efficaciter ꝓbat̃: ⁊ ſic ẜm eos accñtia cõferũt probatiue. ℂ Ego v̂o dicerẽ accñtia ꝯferre inuentiue/ quatenus per ea inueniuntur definitis diuidendo/ ⁊ componẽdo de ſuis definitis. ergo nõ demr̃atiõi ſed methodo confert: Si. n. q̃rimus quid hõ ſit, dicemus ⁊ ſupponem⁹ ip̃m eſſe ens, aut igitur ſub̃a, aut qualitas, aut aliqõ aliorũ p̃ĩtoꝝ, per accñtia hoĩs ꝓbamus ꝙ non eſt aliqõ aliorum p̃ĩtoꝝ, nam videmus hoĩem accñtibus ſubeſſe: ğ eſt ſub̃a. Ulterius ſi ſub̃a: aut corpea, aut incorpea: ꝙ non incorpea per accñtia ꝓbamus: q hõ mouet̃ ergo eſt corpus. Ulteri⁹ ſi corpus aũt aĩatum, aut inaĩatũ: ꝙ nõ inaĩatũ/ ꝑ hoĩs accñtia probamus: q ſentit, ⁊ ſeip̃m mouet, ğ aĩatũ. Ulterius ſi aĩatum ꝓcedemus ſemꝑ per accñtia alteꝝ diuidendo: ⁊ alterum cõponẽdo. Hoc ğ modo accñtia cõferunt ad inuẽtionem definitionis, que ſit nõ demr̃atione, ſꝫ diuiſiõe ⁊ cõpõne, dico ad inuentionẽ definitionis, non qdem in eo qõ qd eſt, ſed abſolute. Et pp hãc cãm dixit ꝯfert magnam partẽ, q ẽt in tali inuẽtione aliquo mõ eſt petitio principij. vt 2° poſter̃. eſt expoſitũ. ℂ Ex quo ſequit̃ ꝙ ſi hoc pacto verba Ariſt. intelligant̃: q̃ſtio de regreſſu nõ eſt nec̃ia: qm̃ Ariſt. non vult per accñtia demr̃ari ip̃m qõ quid eſt/ de definitio. ſed conferri ad inuentionez eius: que ſit diuiſiõe, ⁊ cõpõne. ℂ 2a vero queſtio diſputata eſt 2° poſter̃. tm̃ q̃tũ huic ſeruit, dicamus in demr̃atione ẜm Philoponũ eẽ tria conceſſum, ꝙ aliqñ eſt ſub̃m, queſitum, ꝙ aliqñ eſt paſſio, aliqñ genus, ⁊ mediũ: per qõ queſitũ demr̃atur de ꝯceſſo. Eſt aũt queſitũ duplex, alteruꝫ acceptum in aptitudine, vt eclipſabilitas/ ⁊ riſibilitas: alterum in actu, vt eclipſari, ⁊ ridere. Tunc dico ꝙ qñ queſitũ accipit̃ in actu, tũc demonſtratur per definitionẽ ſuã cãlem: vt ſi volo demr̃are ridere de hoĩe, demr̃abo per definitionez riſus: que eſt mouere labia ⁊ os pp admirationẽ. (ſit hec d̃finitio gratia exẽpli.) erit ğ demr̃atio oẽ labia ⁊ dẽtes mouẽs pp admirationeꝫ, ridet: hõ labia ⁊ dentes mouet pp admirationẽ, ergo hõ ri

Verborũ conſideratio

vtile

In ſb̃ijs

magnaz partem

εἰκάσαι

De cã intẽtionis. Que Them.

Que Philoponus.

Applicatio.

que ho⁊

p̃ qõ. 2a q̃ſtio.

Sol'. p̃ queſtio. Suppoſitio.

q̃ greci

alia ſol'.

Exceptum.

Solut° 2e vbi agitur de me° demr̃onis

det. Sed ſi volo demõſtrare riſibile de hoīe, accipiam aīal rõnale qđ eſt definitio formalis ſubiecti. Similiter mõ, ſi volo demonſtrare eclipſari de luna, accipiã ipſius cãlẽ definitionẽ, qđ eſt deficere ꝑ interpõnẽ: ⁊ erit demõſtratio omne deficiẽs ꝑ interpõnẽ eclipſatur / luna deficit ꝑ interpõnẽ, ergo luna eclipſatur. Si autẽ volo demõſtrare eclipſabilitatẽ, accipiam definitionẽ lune formalẽ: que eſt corpus opacum recipiẽs lumẽ ab alio, ⁊ demõſtratio erit, oẽ recipiẽs lumẽ ab alio eſt eclipſabile / luna recipit lumen ab alio, ergo eclipſabilis. Quia igitur Ariſtoteles ſecundum Auer. loquitur de potẽtijs aīe, volẽs illas demõſtrari de aīa: ⁊ potentie non accipiuntur in actu: ideo fortaſſe per qđ qđ eſt, intelligit definitionẽ ſubiecti, ⁊ forte locutus ẽ illimitate, quia locus nõ expoſcit determinationẽ. Uerũ de his diligẽtius 2° poſter. nũc vero ſatis ſit declaraſſe vtrũqꝫ qđ qđ eſt mediũ eſſe, quo de ſubiecto ꝗſitũ demõſtratur. Formale quidẽ, cũ ꝗſitum demõſtratur vt aptitudo de cõceſſo: quia vt ſic fluit tãtũ a principijs eſſentialibus ſubiecti. Cãle vero, qđ eſt ꝗſiti definitio, cuꝫ ꝗſitũ (vt actio accipitur) nam vt ſic nõ fluit ab eẽntialibus principijs ſubiecti: ſed ab aliq cã nouiter occurrẽte extrinſecus a ſubiecto: que cã erit cãlis ꝗſiti definitio. per talem autẽ diſtĩõnẽ cõcordabamus plima 9ria in dictis Ariſtotelis, ⁊ expoſitorũ: ſed nũc hactenus. ¶ Quo vero mõ Auerroes legat verba Ariſto. ſꝫ in collectaneis dictũ ſit, tñ dilucide dicamus: vbi debes ſcire ꝙ Auerroes vult textũ duas cõtinere 9nes, vt nos diximus. Quaꝝ pma eſt, ꝙ qđ qđ eſt vtile ſit ad cognoſcẽdũ cãs accñtiũ. Scđa vero ꝙ accñtia cum ſm imaginationem, vel ſenſum aliquẽ nobis 9ſtãt, 9ferũt ad cogſcẽdũ qđ quid eſt. Quid vero per accñtia intelligat Ariſ. Auer. exponit accipiẽs a Themiſtio, ⁊ vult Ariſtotelẽ per accñtia itelligere q̃ ſunt in re, ⁊ nõ extra rem, ſic peccauit chryſippus qui per extrinſeca accñtia definiuit deos, vt per altaria ⁊ ſacrificia. ⁊ que ſunt ꝓpria, vtpote illa / que ponũtur loco dr̃iarũ. ⁊ que ſunt nobis notiora ſm aliquẽ ſenſuꝫ. Tũc vult Ariſtoteleꝫ ꝓbare primã 9nẽ exẽplo, ⁊ rõne: exẽplo quidẽ ſumpto ĩ mathematica, rõne autẽ, quia quod qđ eſt, vr̃ oĩs demõſtrationis pn̄m. Scđaꝫ 9nẽ vult, vt Ariſt. ꝓbet experimẽto, quia cũ nos accidentiũ per ſe cognĩtionẽ hẽmus: ⁊ qđ qđ eſt ſubiecti: cuius ſunt aut ex toto: aut ex parte habemus. Tunc vult verba illa [oĩs enim demõſtrationis pn̄m eſt ipſum qđ eſt] eſſe legẽda cũ illis verbis [triãguli anguli ſunt equales] eo quia aſſignãt cãm illius. Hec ſunt in cõmẽto, que ad expoſitionẽ faciunt.

De cõ[18].

¶ In collectaneis querebamus ꝑ grecos vtrũ ꝓceſſus ab effectibus ad cãs, ⁊ ꝓceſſus a cauſis ad effectus ſit vterqꝫ demõſtratiuus: vr̃ ꝙ ſcđs nõ ſit demõſtratiuus, quia tũc demõſtratio eſt ab ignotiori, eſt. n. cã notificata per effectũ, ergo non põt eſſe ctũ notificare. ¶ Ueteres dixerunt oĩum demõſtrationeꝫ eſſe, ⁊ euitantes ꝓceſſuꝫ in ĩfinitũ dixerũt circulo fieri demõſtrationẽ, quos neoterici ſecuti dixerũt 4[or] modis circulareꝫ demõſtrationẽ eẽ poſſibilẽ: pͦ in diuerſis gñibus demõſtrationũ: quatenus effectus demõſtrat cãm demõſtratione quia, cã autẽ effectuꝫ demõſtratiõe ꝑ qđ. Mõ demõſtratio quia, ⁊ demõſtratio ꝓpter qđ gñe differũt. 2° cõcedũt circulũ in demõſtratione in eodẽ gñe demõſtrationis, verũ in diuerſis gñibus cãꝝ, vt ſi de hoīe demõſtrabo carnoſuꝫ eẽ ꝑ eẽ aīal, demõſtratur mã de hoīe per formã. eſt. n. aīal forma, carnoſum autẽ mã, at cum demõſtratur de hoīe aīa ꝑ eẽ carnoſum, demõſtratur de hoīe forma ꝑ mãꝫ. 3° cõcedunt circulũ in eodẽ gñe demõſtrationis, in eodẽ genere cãe, ſeu re[li] diuerſoꝝ ĩdiuiduoꝝ: quia demõſtratur pluuiã eẽ ꝑ vapores eẽ: mõ vapores ſunt mã pluuie, ergo demõſtratio eſt per cãꝫ mãlẽ demõſtratur eẽ vapores eſſe ꝑ pluuiã eẽ. vbi pluuia ẽt eſt cauſa mãlis vapoꝝ. ⁊ ſic circulus eſt in eodeꝫ genere demõſtrationis: cũ vterqꝫ ꝓceſſus ſit ꝑ qđ. In eodẽ gñe cãe: quia vterqꝫ proceſſus eſt per cãm mãlẽ. Uerũ in pͣ mediũ demonſtrãs eſt vapor, in 2ͣ vero mediũ eſt pluuia. Conſtat autẽ vaporẽ ⁊ pluuiã differre indiuiduo. 4° cõcedunt circulum in demõſtratiõe in eodẽ gñe demõſtrationis, in eodẽ gñe cauſe, ⁊ in eodẽ ſuppoſito: non tñ ſm eundẽ modũ. vapor. n. vt rarus demonſtrat ſeipſum vt denſum. Si. n. rarus vapor eſt, vapor denſus erit, ⁊ 9ͦ. ſi vapor dẽſus eſt, vapor rarus erit. patet. n. idẽ indiuiduuꝫ in eodẽ gñe demonſtrationis. ſ. ꝑ qđ: in eodẽ gñe cauſe. ſ. mãlis: eẽ demõſtrans, ⁊ demõſtratuꝫ.

Qđ in collecta.

pͣ poſi°

¶ Sed ꝙ friuola fuit hec opinio: in collectaneis demõſtratũ eſt, vt. n. complerẽt nũm ꝗternarium: quẽ ſummope colebãt / truduntur in aniles fabellas. errauerũt. n. pͦ quia pmus ⁊ ſcđs modus cõcidũt in idẽ: cũ. n. altera cã demõſtrat alteraꝫ, vtpote formalis mãlẽ / demõſtratio eſt ꝑ qđ 2° poſter. cuꝫ 9ͦ mãlis demonſtrat formalẽ, demõſtratio eſt quia, vt ibidẽ Ari. Contra vero 3[m] ⁊ 4[m] argumẽtabamur, pͦ quia tũc idẽ indiuiduũ eẽt notius, ⁊ ignotius. nã cũ demõſtro pluuiã eẽ ꝑ vaporẽ, aut vapor ẽ notior qualibet pluuia / aut aliqua particulari tñ, non aliqua particulari tñ. tunc demõſtratio eẽt particularis, ⁊ ſciẽtia de ſingularibus. Si vapor eſt notior ꝗlibꝫ pluuia: ſic nõ põt retrocedi, quia a pari pluuia eẽt notior ꝗlibet vapore, ⁊ ſic idẽ notũ ⁊ ignotũ re[li] eiuſdẽ. Preterea. De ſingularibus nõ eſt ſcia. ergo ſm idẽ indiuiduũ nõ põt idẽ eẽ demõſtrãs ⁊ demõſtratũ. Preterea. Id / cuius nõ eſt ſcia, nõ põt ſciẽtiã diuerſificare. ergo cũ de vapore indiuiduo nõ ſit ſcia, ſequitur ꝙ ipſe aliter, ⁊ aliter acceptus nõ põt ſciaꝫ diuerſificare. Preterea. Qñ Ariſ. deducit 9 antiquos, ꝙ data circulari demõſtratiõe, per illã nõ demõſtraretur plus q̃ hoc eſt: ſi hoc eſt ego rñderẽ nõ eẽ hoc abſurdũ / ſi idẽ ſuppo[m] 9ſideretur ſm diuerſuꝫ modũ. Quare data hac opĩone rõ Ariſtotelis friuola eẽt. ¶ Alij vero dixerũt, in circulo pͣm ſyll'ꝫ eẽ demõſtratiuũ ſcilꝫ quo ſyllogiçamus cãꝫ aliꝗ de aliquo ſubiecto per effectũ illius cauſe. Scđm autẽ quo ſyllogiçamus effectũ de eodẽ ſubiecto per cãm inuẽtaꝫ per pͣm ꝓceſſuꝫ: dixerũt eẽ ſyll'm tñ, ⁊ nõ demõſtratiuũ. Qꝫ primus ſyll's ſit demõſtratiuus, ſupponũt: ꝙ autẽ ſcđs non ſit demõſtratiuus, ꝓbãt, pͦ, quia tunc cã eẽt notior eo effectu: per quẽ eſt inuẽta: aut ergo ſolo intell'u eſſet facta notior, aut effecta eſt notior per intellectũ auxiliũ ſenſus: non ſolo intell'u: quia tũc intell's poſſet aliqđ intelligere, ⁊ ađ aliquã notitiã deuenire ſine ſenſu 9 ꝑipateticos. ſi ex auxilio ſenſus cũ ſenſus ſola accñtia cognoſcat, tunc mediante cognitione accñtiũ intell'us cãm certiorẽ faceret, ⁊ ſic iterũ per ꝓceſſum quia: illa. n. accñtia adhuc effectus ſunt illius cãe. Preterea. Si ſcđs ꝓceſſus eẽt demõſtratiuus: tũc ſbm eẽ poſſet demonſtrari a priori in ſcia cuius eſt, ꝓbãt / quia per corpus mobile eẽ tanqꝫ per effectũ ꝓbatur mãm ⁊ formã eẽ. ſi ergo ꝓceſſus 9ͦ factus ſit demõſtratiuus: tũc per mãm ⁊ formã eẽ hẽbitur corpus mobile eſſe demõſtratiõe ꝑ qđ: alie rões ꝓ hac põne friuole ſunt. he. n. due ſunt fortiſſime, maxime 2ͣ.

2ͣ poſi°

¶ Cõtra hanc põnẽ in collectaneis abinde argumẽtati ſumus: nunc vero argumẽtor, aut in 2° ꝓceſſu per cãm inuentã hẽmus aliquã notitiã de effectu / quã prius nõ hẽbamus, aut pciſe eãdẽ: nõ pciſe eãdẽ, quia tũc per ſyll'm ⁊ per ſenſum de effectu hꝛetur quia eſt: qđ eſt 9 experiẽtiã, ſenſibus. n. hẽmus effectũ eſſe. 2° vero ꝓceſſu nõ hẽmus illũ eẽ: ſed in 2° proceſſu ſupponitur effectũ eſſe. Si autẽ hẽmuꝫ de effectu aliã notitiã ab ea: quã per ſenſuꝫ hẽbamus: vel eſt notitia ꝑ qđ eſt, vel notitia qualis eſt: q̃cũqꝫ ſit, notitia erit ꝑ qđ: oẽs. n. qõnes reducuntur ad vnã qõnẽ medij. Preterea. Per cãm in 2° proceſſu non hẽmus, qđ effectus ſit, nec qualis ſit, vt 9ſiderãti pꝫ: ſꝫ ꝑ qđ effectus ſubiecto ineſt, ergo notitia, quã hẽmus in 2° ꝓceſſu: eſt notitia ꝑ qđ effectus: q̃ eſt alia a notitia quia effectus, ſꝫ quo ad hãc notitiã cã eſt notior effectu. ergo ſcđs ſyll's eſt demõſtratiuus, cũ ſit ex notioribus ⁊ necijs. ¶ Preterea. Nos q̃rimus ꝑ qđ effectus ineſt ſubiecto. ergo aliqñ ſcimus effectũ ꝑ qđ ipſe eſt, qões. n. ſunt eq̃les nũo his q̃ ſcimus: ſcimus autẽ 4[or], q̃rũ duo ſunt, q̃rũ alterũ eſt quia eſt effectus, qđ ſenſu pꝫ. Alteꝝ eſt ꝑ qđ effectus eſt, qđ nõ põt hꝛi niſi 2° ꝓceſſu: ergo ſcđs proceſſus eſt ſcientificus, atqꝫ demonſtratiuus. ¶ Preterea. Ariſ. ex 9ſenſu ſciẽtiũ ⁊ nõ ſciẽtiũ ꝓbat ſcire eẽ cũ cãm cognoſcimus. ſꝫ in 2° ꝓceſſu cãm cognoſcimus. ergo ẽ ſciẽtificus, ⁊ ita demõſtratiuus. ⁊ q̃tũ ad hoc oẽs greci expoſitores 9ueniũt.

Reprobatio.

3ͣ põ.

¶ Themiſtius autẽ ⁊ Philoponus 9corditer aſſerũt ſm ꝓceſſum eẽ demõſtratiuũ, quo itur a cã ad effectũ. pͣm autẽ eẽ ſyll'm tñ. ꝓ hac opĩone argumentor pͦ / quia Ariſ. pͦ poſte. ꝓbãs nõ eẽ demõſtrationẽ circularẽ vtitur terminis cõibus q oĩ mãe applicari pñt, ergo hoc facit vt oñdat vr̃ circularẽ demõſtrationẽ nõ eẽ poſſibileꝫ. Preterea, vt ſyll's qñ ñ ẽ ſyll's, vt dr̃ 2° prioꝝ. ita demõſtratio qñ nõ ẽ demõſtratio. Preterea. Utor rõne Ariſ. ſi priora per poſteriora demõſtrarentur: tũc ſcire nõ erit hñi dñfinitũ. Quare ſi pmus ꝓceſſus erit demõſtratiuus: ſcire nõ erit hñi dñfinitũ, quia per pͣm ꝓceſſuꝫ ſciuntur priora per poſteriora.

Refutatio.

¶ Sꝫ 9 hãc põnẽ ſunt mr̃e auctes Ariſ. q̃s ĩ collectaneis poſui. nũc vero argumẽtor, de cã cõtingit nos q̃rere an cã ſit. igitur 9tingit ſcire cãm eẽ: ⁊ nõ ꝓceſſu ꝑ qđ. ergo ꝓceſſu quia: ergo ꝓceſſus quia / eſt demõſtratio.

4ͣ põ.

¶ Propter hec Alexãder vult vtrũqꝫ ꝓceſſum eẽ demõſtratiuũ, nõ tñ eodẽ gñe demõſtrationis: quia pmus ꝓceſſus terminat qõnẽ ſi eſt cã per effectũ, ⁊ dr̃ demõſtratio quia: Scđs terminat. q. ꝑ qđ effectus, ⁊ dr̃ demõſtratio ꝑ qđ. ergo vterqꝫ eſt demõſtratio: quã opĩonẽ Auer. vbiqꝫ aſſerit: ⁊ nos tenemus eſſe ꝓ opĩone Ariſ. ⁊ ꝓ vitate.

Dubitatiões pͣ

¶ Ueꝝ in ea ſunt dubĩões, q̃rũ pͣ eſt, quo nã mõ circulus iſte fiat. ¶ Vbi ꝓ rñſione debes ſupponẽ in vtroqꝫ ꝓceſſu eſſe idẽ ſubm: qđ Philoponus appellat vbiqꝫ 9ceſſum. vbi cã. ſi demõſtro ꝓpe eſſe ꝑ ſcintillare, ſubm eſt, planete: qđ Philoponus cõceſſum dicit. Simili rõne ſi demõſtro 9ͦ ſcintillare ꝑ eſſe ꝓpe, ſubꝫ ſiue 9ceſſuꝫ erit ẽt planete. attñ in pͦ ꝓceſſu ꝗſitum erat ꝓpe eẽ: in 2° ꝗſitũ erat ſcintillare. Ex quo ſequitur in pͦ ꝓceſſu demõſtrari: quia ineſt cã ipſi 9ceſſo: vt ꝙ eẽ ꝓpe ineſt planeti. In 2° demõſtrari ꝑ qđ effectus ineſt 9ceſſo, quia dñratur ꝑ qđ planete ſcintillãt. ergo circulatio ſit ex maiori 9uerſa accepta pro maiori, ⁊ 9ne accepta ꝓ minori, ĩferẽdo minorẽ.




2ͣ

¶ 2ͣ dubõ, vtrũ inuẽta cã, ſtatiꝫ fiat regreſſus, aut vltra inuẽtionẽ cãe reqratur aliq̃ alia itelle[lis] opatio: ad hoc vt fiat regreſſus. ¶ In collectaneis, ⁊ in cõmẽtarijs li[cr] phyſice tenebamus vltra inuẽtionẽ cãe eſſe neciaꝫ quãdã negociationẽ intell's, q̃ prior notitia intẽderetur. ⁊ per negociationẽ intelligebamus cõpõnẽ ⁊ diuiſionẽ: quibus itell's iueniret cãm, vt definitio. Prio. n. ꝓceſſu dicebamus inueniri cãm, quia eſt, negociatione vero iueniri ꝙ eẽt definitio effectus. Poſtea in 2° ꝓceſſu effectũ ſciebamus ꝑ qđ eſt per talẽ cãlẽ definitionẽ. ¶ Nunc vero dicerẽ nõ eẽ neciaꝫ huiuſmodi negociationẽ: quia demõſtratio ꝓpter qđ nõ ſp eſt per mediũ / qđ eſt definitio cãlis. Vñ 2[r] ſunt demõſtrationes ꝑ qđ, aut per media: q̃ ſunt cãles definitiones, ⁊ talia iueniuntur per artẽ traditã 2° poſte. ſ. per diuiſionẽ ⁊ 9põnẽ ad q̃s 9ferũt accñtia ſubiecti: vt diximus. Aut per cãm inuẽtã per effectũ vno vel plibus ꝓceſſibus quia: ⁊ ad hãc iuẽtionẽ nullus alius ꝓceſſus necius eſt niſi ꝓceſſus quia ab effectu ad cãm: vel ples ꝓceſſus necij ſunt q̃tenus ꝓceditur ab effectu remoto ad ꝓpinquũ vſqꝫ ad cãm.

2[r] demõſtratio ꝑ quid ſit.

3ͣ

¶ 3° q̃res in q̃ gñe demõſtrationis ſit ſcđs proceſſus: an ſit demõſtratio ſimpl'r. Rñdet Themiſtius poſter. pͦ. talẽ demõſtrationẽ ꝑ qđ eẽ ẽt demõſtrationẽ ſimpl'r, quia nõ mõ notitiã ꝑ qđ 9tinet vnius eclipſis: quã nũc patitur luna / ſꝫ vr̃ oĩuꝫ eclipſiũ, ⁊ ſic dr̃ demõſtratio ſimpl'r.

Cap. 46

¶ Sed pace Themiſtij dixeriꝫ hoc ſtare nõ põt, quia talis demõſtratio nõ facit ſcire ſimp[r]. ergo nõ põt eẽ demõſtratio ſimp[r]. Qđ vero nõ facit ſcire ſimpl'r, declaratur, quia ſcire ſimp[r] eſt cũ cãm cogſcimus ꝑ quã res eſt, qñ illius eſt cã / ⁊ qđ nõ 9tingit al'r ſe hꝛe. In quibus verbis Ariſ. inuit duo eſſe necia ad ſcire ſimpl'r, ꝙ ſit per cãm / ꝑ quã res eſt, qñ eſt cã effectus: ⁊ ꝙ talis effectus non 9tingat eẽ ab alia cã q̃ꝫ ab illa. hoc. n. ſonat verbũ qđ non 9tingit al'r ſe hꝛi. hoc eſt ꝙ effectus per aliã cãm eſſe nõ poſſit. nã vbi per aliã cãm eẽ poſſit nõ ſumus certi, an cã inuẽta ſit cã effectus, an alia nõdũ inuẽta. Hoc pulchre docuit Auerroes li° de celo 2°. vbi aſſerit ꝓceſſuꝫ ab eccentricis ⁊ epicyclis ad apparẽtias hñ eẽ, demõſtrationẽ ꝑ qđ, nõ tñ ſimp[r], ſed ex ſuppõne ſi nõ ſit alia cã pter eccẽtricos ⁊ epicyclos: q̃ apparentie ſint. Dicamus ergo ꝙ ſcđs ꝓceſſus eſt demõſtratio ꝑ qđ nõ ſimpl'r ſꝫ ex ſuppõne, quia ſolũ vꝫ ſupponẽdo ꝙ ipſius ſcintillatiõis nulla alia cã eẽ poſſit niſi eẽ ꝓpe: quia ſi alia cã eẽ poſſit, cã illa inuẽta nõ erit cã niſi ꝓ tũc, ꝓ q̃ nõdũ verior cã inuẽta erit. ¶ Ex quo ſequitur ſcire ꝓpter qđ in nãlibus eẽ ex ſuppõne, quia ſolũ ſupponẽdo ꝙ alia cã nõ ſit pter inuẽtũ. ¶ Argm autẽ Themiſtij ꝓbat ſolũ demõſtrationẽ illã eẽ ſimp[r] / capiẽdo ſim[r] ꝓ vl'r, quia cã illa nõ eſt cã tñ illius eclipſis, quã luna nũc patitur, ſꝫ vl'r oĩuꝫ: cũ hoc tñ ſtat demõſtrationẽ nõ eſſe ſim[r], nõ. n. facit ſcire ſim[r], ſꝫ ex hypotheſi. ſ. ſi nulla alia cã ſit, niſi inuẽta. Quã opĩonẽ Ari. pͦ metheoroꝝ ⁊ Alex. ibidẽ capite de cometis apertiſſime fatentur.

Co. 35.

¶ Ultio q̃res vtrũ primus ⁊ ſcđs ꝓceſſus ſit vnus ſyll's, ⁊ vr̃ ꝙ ſic, quia ſil'r iuenitur cã quia eſt, ⁊ ꝓpter qđ effectus, ergo vnus eſt ſyll's. ¶ Quidã iuniores ꝓpter hoc argm decepti dicebãt nõ eẽ neciũ ſꝫ ꝓceſſuꝫ in regreſſu: quia ſil'r per pͣm ꝓceſſuꝫ hꝛ vtrũqꝫ. ſ. ipm quia eſt cãe: ⁊ ꝓpter qđ effectus. ¶ Sꝫ decipiuntur / quia diuerſe qões nõ pñt eadẽ demõſtrationis ſpẽ / nec vno eodẽqꝫ ſyll'o terminari. Propterea debes ſcire, ꝙ 9tingit vnũ intelligẽ, plura tñ ſcire. nã intelligẽ dicit actũ, ſcire habitũ, mõ 9tingit aīaꝫ hꝛe ples habitus: nõ tñ niſi vnũ actũ. Tũc dico ꝙ q̃ ad intellĩonẽ primus ⁊ ſcđs ꝓceſſus ſũt vnũ qđ, nõ. n. itell's itelligit niſi vnũ / ⁊ q vnũ nõ intelligit, n[l] itelligit. Ergo per vnã itellĩonẽ vtrũqꝫ ꝓceſſuꝫ itelligimus actu, quia ambo ſunt vnũ cõplexũ: ⁊ quidẽ vnitate obiecti: qđ eſt cã: vnitũ. Habitu vero ⁊ ſcia ſunt duo, ad q̃s intell's per diuerſos actus deduci põt: quoꝝ primus erit demõſtratio quia illius cãe. Scđs demõſtratio ꝑ qđ effectus. ¶ His declaratis, facile eſt ſoluere rões ꝓ opĩonibus, ⁊ iã ſolute ſunt in collectaneis. Uerũ illa vna, q̃ ſit a 2ͣ põne. ſ. ꝙ ſi daretur regreſſus, tũc ſbm eẽ põt ꝓbari demõſtratione ꝓpter qđ. Ego dico ꝙ ſbm eſſe in ſcia non põt demõſtrari demõſtratione quia / nec demõſtratione ſimpl'r, ⁊ hoc aſſerit vbiqꝫ Auer. tñ ipſum eſſe demõſtrari demõſtratione ꝓpter qđ in ea ſcia / cuius eſt / nõ negarẽ. maxime vbi per ipſum eſſe demõſtratur pn̄ ſubiecti eſſe.

4° dubõ

¶ Eſt ẽt de affectibus aīe dubitatio: vtrũ oẽs cões ſint cũ eo qđ hꝫ aīaꝫ / an ſit ⁊ ipſius aīe ꝓprius aliqs. Hoc. n. ipm accipe quidẽ neciũ eſt: nõ tñ accipi facile põt. Atqꝫ plurimi ſunt / q̃rũ ſine corpe nullũ aut agere aut pati vr̃: vt iraſci / 9fidere / cupere / oĩno ſentire. Maxie autẽ ipſuꝫ intelligere: ꝓprio ſil'e eſt. Qꝫ ſi hoc etiã imaginatio ſit quedã aut ſine imaginatione non ſit: nec iſtud eſſe ſine corpore poteſt.

¶ Dubitationẽ autẽ hñt ⁊ paſſiones aīe: vtrũ cões ſint oẽs: ⁊ hñtis: an ſit aliq̃ ⁊ ipſius aīe ꝓpria. Hoc. n. accipe quidẽ neceſſariũ ẽ: nõ autẽ leue. Ur̃ autẽ plurimaꝝ nullũ ſine corpore pati: neqꝫ facẽ: vt iraſci: 9fidẽ deſiderare oĩno ſentire. Maxie autẽ aſſimilatur ꝓprie intelligẽ.

T. c. 12.

Ur̃ ꝓpͣ itelligẽ.

**Si aūt eſt ⁊ hoc phātaſia ꝗdam: aut nō ſine phātaſia: ꝯtigit nec hoc vtiqꝫ ſine coꝛpe eē.**

Colle/ctanea text⁹ cō/mē. 12. ¶ Continuant expoſitoꝛes greci in hūc modū lr̄az cū narrauit ꝓblemata: que debent queri in trac. de aīa. deinde facultatē quandā ad ſumptionē diffōnis dixit ex ſenſu eſſe per ſe in exiſtētiū aīe cognitionē: ⁊ ipſiuz h̄ ait. maxīe dubiū vtiqꝫ ſit de paſſiōibus aīe ſpeculationē aliquā accipere: ꝗſi viaticū ad diffōnē. Nō eniz habemus ex ſenſu diſcernere (inqt) vtrū aīe paſſiōes oēs vtriuſqꝫ ſint aīalis, dico cōes: an hēat ⁊ ipſa quaſdā pꝛopꝛias paſſiones: neceſſe enim inquit, oīno, ⁊ penitus: hoc pꝛeaccipere ad cognoſcendum aīe ſbaz. eſt aūt difficillimū accipere. ſi igit̄ vt oꝛgano vtitur coꝛpore, pꝛopꝛias habemus operationes: nō opus eſt vti coꝛpore ad diffōnē: nō eniz cōplens eſſentiā fabꝛi aſcia. ſin vero in coꝛpe hꝫ eſſe, vt ſint actiones ſimul vtriuſqꝫ, neceſſe vti in diffōnē coꝛpe: quēadmodum in iracūdia dicebamus. necīa igit̄ iſtoꝝ acceptio: verū nō facilis: hec eſt grecoꝝ hui⁹ loci inductio, ⁊ quō textui idonea ſic manifeſtum. ¶ Inquit [dubitationē aūt habēt ⁊ paſſiones anime, vtruz cōes ſint oēs ⁊ hn̄tis: an ſit ⁊ aliqua aīe ꝓpꝛia ipſius] id eſt afferunt q. anime opera, vtrum ſint cōia omnia anime, ⁊ hn̄tis. i. miſtioni ex coꝛpe ⁊ aīa: an ſit ⁊ aliq̄ paſſio anime ipſius ꝓpꝛia: que ſup. non ſit habētis animā. i. coꝛpis. h⁹ ꝗſtio eſt velut viaticū in diffōnē anime. ¶ Hoc enī accipe qdē neceſſariū eſt.] hoc in loco qōnis reddit cām valde in cōi: ⁊ inqt, eniz pꝛo qm̄ accipere. i. ꝓcognoſcere qdē. h⁹ paſſionū diuerſitatē neceſſariū eſt. ſed cur hoc ꝓſcire ſit neceſſariū? Ariſt. non exponit, ꝓpter qđ qdā expoſitoꝝ grecoꝝ inqt hoc eſſe neceſſariū: qꝛ ſi habet̄ ꝙ opationes anime ſint cōes habetur ꝙ cōſideratio anime ⁊ nālis ⁊ phīci negocij: ⁊ ſi habet̄ ꝙ paſſiones ſint aīe tm̄ ꝓpꝛie habet̄, ꝙ anime cōſideratio pꝛopꝛia eſt metaphyſico: ḡ hec indagatio confert: ⁊ eſt neceſſaria. ¶ Sed hoc nihil eſt: qm̄ Ariſto. in hoc libꝛo ſupponit ꝯſiderationē de anima eſſe phīcā: ⁊ ꝑ ꝯn̄s hoc non oꝫ eſſe queſitum: nullū enim ſumptū querit̄. ¶ Themiſtius autē hoc in loco neceſſitatē huius attulit ⁊ inquit [nec eſt min⁹ his que dicta ſunt vtile, ad ſbam anime explicādaz, opera eius omnia, ⁊ affectiōes diuidere, cognoſcereqꝫ ſint oīa ea coꝛpoꝛi ⁊ anime cōia: hoc eſt permiſtioni: que ex anima ⁊ coꝛpoꝛe ꝓuenit: an ex his alia anime habeant̄ alia coꝛpoꝛi pꝛopꝛia: atqꝫ hoc pꝛius eſt: vt ſciamus.] ecce quō Themi. neceſſitatē huius aliter attulit q̄ꝫ illi. ¶ Sed dices adhuc in Themiſtij verbis eſt ambiguitas: quō pꝛeneceſſaria eſt h⁹ pertractatio. ¶ Pꝛopter hoc debes ſcire (vt Philoponus inquit) ꝙ aīa pōt cōparari ad coꝛpus duplr̄: vno mō vt artifex, ad coꝛpus, vt oꝛganuz: ⁊ ſic Plato dicit animam eſſe velut artifex, ⁊ coꝛpus velut inſtrm̄: quo vtit̄ in operatione eius. ⁊ hoc mō ſi aīa eſt, non opus eſt vti coꝛpoꝛe, ad eius diffōnem: nō enim cōplens eſſentiā fabꝛi vtitur aſcia: ⁊ hoc mō Plato ⁊ Xenocrates ei⁹ diſcipulus credēs aīam ſe habere ad coꝛpus, in diffinitiōe anime coꝛpus nō poſuit: inquiunt eniz, aīa eſt numerus ſeipm̄ mouens. Scđo modo pōt cōparari: vt ꝑfectio ad ſuum ſbm ꝑfectibile, vt. vꝫ. aīa hꝫ eſſe, ⁊ operari in coꝛpoꝛe, ita, vt actiones ſint cōes ſimul vtriſqꝫ: ⁊ ſic voluit Ariſt. animā cōparari ad coꝛpus: ⁊ ſic conſiderando in diffinitione aīe apponit̄ ⁊ coꝛpus, quēadmodū (vt dicet) in diffinitione ire apponit̄ coꝛpus. neceſſaria igit̄ iſtoꝛum acceptio: ⁊ ſic ſermo Themiſtij ⁊ Ariſ. manifeſtus eſt. ¶ Non aūt leue.] cum mouit qōnē, ⁊ eius necītatē attulit: h̄ in loco difficultatē reddit illi⁹. q. ⁊ hic: ⁊ ſi ſup. illa ꝓacceptio ſit necīa, attm̄ nō leue. ¶ Sed quō h⁹ pertractatio ſit non leuis, Philoponus declarat: ⁊ inquit: non enim habemus ex ſenſu diſcernere, vtrū h⁹ aīe paſſiones ſint cōes, an pꝛopꝛie: modo hec indagatio: ſi debet conferre neceſſario ad diffinitionē anime: debet ſenſu ꝑcipi: dictū enim eſt accidētia manifeſta ſenſu, cōferre/ ⁊ non occulta: ḡ h⁹ indagatio neceſſaria eſt verū non facilis. ¶ Videt̄ aūt.] vt expoſitoꝛes dicunt. q. ſoluit Ariſto. in ꝓblematis figura: ⁊ ꝑ oſtēdit in qbus ſol. manifeſta eſt: ⁊ inqt, vr̄ autē nullū opus plurimoꝝ ſine coꝛpe pati, aut facere: vt iraſci, cōfidere, deſiderare, ⁊ oīno ſentire. Ecce in qb⁹ palaz nulli ſine coꝛpoꝛe eſſe opus. ¶ Dixit [pati aut facere] eo qꝛ h⁹ operū, quedā in pati conſiſtūt, vt ſenſus: quedā in agere, vt nutrire, augere, gn̄are ⁊c. vt ergo amboꝝ genus amplecteret̄ dixit [facere aut pati.] ¶ Maxime aūt vr̄ ꝓpꝛiū intelligere.] Sol. cōfirmat ⁊ arguit hypothetice ſic: ſi aliquod opus eſt ꝓpꝛiū maxime vr̄ intelligere: ſꝫ intelligere nō eſt. ḡ nullū opus eſt ꝓpꝛiū. huius apponit maioꝛē. d. maxime aūt vr̄ intelligere ꝓpꝛiū, tacuit minoꝛē: ſed pꝛobat illā ſyllo categoꝛico, ⁊ ſyllogiȥat̄ ſic, oīs phātaſia: aut operatio non ſine phantaſia, ſit ſm̄ coꝛpus: ſed intelligere eſt phantaſia, aut nō ſine phātaſia: ḡ intelligere ſit ꝑ coꝛpus. huius ponit minoꝛē, ⁊ inqt. ſi aūt hoc. i. intelligere eſt phātaſia ꝗdā, aut non ſine phantaſia: apponit ꝯnem. d. non contingit vtiqꝫ: nec hoc ſine coꝛpoꝛe eſſe. ¶ Mouet aūt Philoponus ambiguitatem: qm̄ in 3° vr̄ dicere duo: ꝑm ꝙ aliqđ intelligere oīno ſit ſine coꝛpe/ ⁊ phātaſmate, vt intelligere ſbarū ſeparataꝝ: hic aūt dicit intelligere eſſe, vel phātaſiā, vel nō ſine phantaſia. ¶ Adhuc in 3° dixit intelligere nr̄m eſſe oīno cum phātaſmate: hoc in loco inquit ſub foꝛma dubitationis ipſum eſſe non ſine phantaſia: ⁊ ſic aſſertiue nihil dicit. ¶ Abſoluit ⁊ vult ꝙ Ariſto. in 3° locutus eſt de pꝛimis intelligibilibus carētibus phātaſmatibus, hic aūt loqtur de intelligibilibus habētibus phātaſmata. i. de intelligibilibus mālibus. ⁊ ſic ſoluit̄ pa ꝯtradictio. ¶ Adhuc perſoluit 2m ⁊ inqt [nō ſine] vō dr̄ trifariā: vel. n. qđ: neqꝫ nocet, neqꝫ iuuat, vt dicim⁹ nō ſine vmbꝛa in lumine coꝛpus: neqꝫ enim quicq̄ꝫ iuuat coꝛpus: neqꝫ nocet vmbꝛa. Vel qđ dicitur ex neceſſitate, vt inſtrꝫ: vel aliqđ h⁹: vt dicimus ꝙ ſtrenue egit Achilles verū non ſine fraxino. i. lancea fraxinea: ex neceſſitate. n. ei opus fuit fraxino ad ſtrenue agendū: nō enim poterat nudus agere. Vel id quod impedit: quemadmodū dicimus, ꝙ in tempeſtate dion nauigans ſaluatus: ſed non ſine periculo: hic enim ipſum non ſine vt impeditiuum. ¶ Ad foꝛmā itaqꝫ. q. dico Ariſto. hic accipe [ſed nō ſine phātaſia] pꝛout ex neceſſitate opus eſt phantaſia: pꝛopter qđ ſubdit. P. non ꝯtingit vtiqꝫ non ſine coꝛpoꝛe eſſe: ꝗſi ſermo ſit ſub cōditione: ⁊ ſic pꝫ ambiguitatis ſolutio.

**Cum numerauit ea.** Hic Auer. lr̄am inducit alio mō q̄ꝫ greci: ⁊ inquit: cum numerauit ea, que querenda ſunt in hac ſcientia: incepit dicere qđdā perutile. i. mouere. q. quādā, ex cuius ſol. qđdā valde vtile accipiet̄, ⁊ anime multū deſideratuz. Co. 12. ¶ Et eſt vtrū.] Explicat id ꝓpoſitū perutile, ⁊ mouet qōnes duas: ⁊ inquit: ⁊ eſt vtrū oēs actiones, ⁊ paſſiones aīe nō inueniant̄, niſi per cōicationē coꝛpoꝛis: ⁊ ſunt cum hoc actiones, ⁊ paſſiones in reb⁹ exn̄tib⁹ in coꝛpe. hec eſt pꝛima qō. ¶ Aut inuenit̄.] inducit 2am ⁊ inqt: aut inuenit̄ in eis aliqd nō hn̄s cōicationē cū coꝛpe: neqꝫ indiget in actione, ⁊ paſſione pꝛopꝛia, aliquo exiſtēte in coꝛpoꝛe. ¶ Manifeſtuz eſt.] oſtēdit qōnū manifeſtationē, ⁊ eaꝝ difficultatem: ⁊ inquit: manifeſtū eſt eniz ꝙ plures eaꝝ hn̄t cōicationē cum coꝛpe: ſed eſt dubiū [ſicut dixit] de intelligē. ¶ Et dixit.] applicat ſn̄iaz verbis, ⁊ ſermo ei⁹ pꝫ. ¶ Et poſſe eſt.] Nūc abſoluit qōnes. Ad ꝑmā inqt: ⁊ poſſe eſt, vt aliqđ nō cōicās coꝛpoꝛi: ſit exn̄s in rebus exn̄tibus in coꝛpoꝛe. ¶ Ad 2am inqt ⁊ poſſe eſt: vt actio alicuius nō cōicātis coꝛpoꝛi, ſit non exiſtens in aliquo eoꝝ, que ſunt in coꝛpe: ecce quō illas. q. abſoluit ſub typo. ¶ Debes ſcire ſm̄ iſtū phm̄: ⁊ Ariſt. ꝙ anime ſpēs ſunt multe: attm̄ pꝛincipalis eſt aīa intellectiua, ⁊ hec eſt vna numero in oibus hoib⁹: imaginat̄ enī hic hō, ꝙ quēadmodū vna nuō inta eſt in oꝛbe, ⁊ in qualibet parte oꝛbis: ſic vna nuō aīa eſt in tota ſphera hoīum: ⁊ in q̄libet





Tex. 32 ¶ Sil'r aũt his ⁊ Alcmeõ opinari viſus eſt de aĩa. Dicit eniȝ ipſaȝ ĩmortalẽ eſſe ꝓpter hoc: ꝙ aſſimilať ĩmortalib⁹. hoc ãt ineſſe ipĩ tãq̃ȝ mote ſemp. Moueri aũt ⁊ diuina oĩa ↄtinue ſemp: lunã: ſolẽ: aſtra: ⁊ celum totum.

COMMENTARIVM.

¶ Alcmeon crotoniata, vt Themiſti⁹ inqt cognomẽto phyſicus, de aĩa videtur ſil'e dixiſſe ei: qd̃ Heraclitus dicebat. ⁊ nõ oĩ ex parte ſil'e: q̃ dixit ſil'e: ⁊ diſſimile ei: qd̃ Heraclitus aiebat. Simile qdẽ, quo dicit ipſaȝ ſemp moueri. Diſſimile ṽo: quo aĩam fecit de nã celi. Heraclitus aũt de nã vaporis. Inqt. Sil'r aũt his ⁊ Alcmeõ opinari viſus eſt de aĩa, dicit enim ipſaȝ ĩmortalẽ eſſe, ꝓpter hoc ꝙ aſſimilať imortalib⁹. hoc ãt ait ineſſe ipſi tãq̃ȝ mote ſemp: ⁊ ſic dixit ipſaȝ eſſe ſemp in motu cũ Heraclito. differt vero ab eo: quo ait ipſam eſſe ĩmortalẽ de nã celeſtiũ. addit eũ dixiſſe ⁊ diuina oĩa cõtinue ſemp moueri. ſ. lunã/ ſolẽ/ aſtra: ⁊ totũ celum: ⁊ ita aĩa cũ ſit de illoꝝ natura ſemp mouebiť.

Quid Ariſ. reticuit.

¶ Aĩaduertẽdum ꝙ an aĩa ſit principium, vt oĩa cognoſcat: Ariſtoteles nõ expreſſit. tñ, ſiue ſit principiũ, ſiue non: dubio procul ipſa ⁊ oĩa cognoſcit: ⁊ mouet mouetur qȝ ſemper. Cognoſcit qdẽ oĩa, quo ipſa ſemp mouetur. nam ſimillima eſt celeſtibus ⁊ terrenis oĩbus in hoc: cũ ⁊ celeſtia, ⁊ terrena omnia ſemp moueanť. Mouet ṽo ⁊ moueť ſemp: quo eſt de natura celeſtiũ.

Verborũ ↄſideratio,

¶ Quo vero ad ṽba attinet. [aſtra] grece eſt aſteras: latine nõ aſtra: vt antique tranſlationes habent: q̃ aſtrum eſt ſignũ ſiue cõgregatio ſtellaꝝ. Aſteres vero ſiue ſtelle non niſi errones ſiue planete intelliguntur: que ſunt quinqȝ Saturnus/ Iupiter/ Mars/ Uenus/ ⁊ Mercurius. Lumina aũt duo, vȝ. ſol, ⁊ luna, vniuerſuȝ celũ ſtellatũ intelligit: qd̃ ꝑmũ mobile putauit antiquitas.

Argyr. ¶ Quidã ⁊ magis iportuni/ aĩaȝ aquã eſſe dixerunt: vt Hippo. q quidẽ ad hãc ſententiã rõne ſeminis videtur eſſe cõpulſus: q̃ oiuȝ ſemẽ humidũ eſt: etenim redarguit eos qui ſanguinẽ animã aſſerunt/ q̃ ſemen ſanguis nõ ẽſt. hoc aũt ad primã animã eſſe dicit.

Tex. 32 ¶ Magis aũt rudiũ quidã ⁊ aquam enũtiarũt: vt hippo. Suaderi eniȝ viſi ſunt ex genitura: qm̃ oium humida eſt. eteniȝ arguit ſanguinẽ dicẽtes eſſe aĩaȝ: quoniã genitura nõ eſt ſanguis. Hãc aũt eſſe primã animam.

COMMENTARIVM.

¶ Hippon cũ thalete putãs aquã eſſe oiuȝ rerum ꝑn^m^ argumẽto ſeminis, qd̃ eſt reꝝ aĩataꝝ ꝑn^m^: ⁊ aqua ſiue humiduȝ aĩaȝ ipſaȝ aquã eſſe tradidit. Rephẽdit aũt eos: qui ſanguinẽ aĩam eſſe aſſerũt: eo q̃ ſemẽ ipſuȝ nõ ſanguis eſt, ſed ꝑma q̃ſi aĩa: ſanguis aũt quaſi vita ſcd̃a: ſupponẽs ſemẽ tanq̃ȝ ꝑmũ fundamẽtũ vite. vnde hoc inqt. Etenim arguit ſanguinẽ dicẽtes eſſe aĩaȝ, qm̃ genitura ipſa ſiue ſemen ipſum nõ eſt ſanguis. hãc aũt geniturã aſſerẽs eſſe ꝑmã aĩam: ſanguinẽ vero quaſi ſcd̃aȝ.

Verba. ¶ Quo ṽo ad ṽba attinet, Ariſtoteles appellat hipponem de numero φορτικοτέρων, phorticoteron/ id eſt rudiorũ, (vt nõnulli exponunt/ aut importuniorꝝ, vt alij: aut oneroſiorũ, hoc eſt craſſioriorꝝ, nam craſſi ponderoſi atqȝ oneroſi ſunt) q̃ inter pĥos nãles, vt inquit Simplicius, nõ cõnumerať primo metaphyſice. hũc enim negaſſe deum commemorat. hac ratione rudis, craſſus, ac importunus pĥs vbiqȝ dicitur.

Hippon negauit deos.

Argyr. ¶ Sũt ⁊ q ſãguinẽ ipaȝ eẽ dixerũt/ vt Critias ſentire ipſuȝ maxĩe ꝓpriũ aĩe eẽ putãtes. qd̃ qdẽ cõpetere pp nãȝ ſanguinis: crediderũt. Nã oĩa elemẽta/ ꝑter terrã: iudicẽ habuerũt. hãc aũt nemo tribuit aĩe: niſi qs ipſam dixerit ex oĩbus elemẽtis cõſtare/ aut oĩa eſſe.

Tex. 32 ¶ Alij autem ſãguinem: quẽadmodũ critias ipſum ſentire aĩe maxime ꝓpriũ opinãtes. hoc aũt ineſſe: ꝓpter naturaȝ ſanguis. Oĩa enim elemẽta ꝑterq̃ȝ terra iudicẽ acceperũt. Hãc eniȝ nulli ꝓtulerũt: niſi ſi aliqs dixerit ipſam eſſe ex oĩbus elemẽtis: aut oĩa eſſe.

COMMENTARIVM.

¶ Critias etiã inter Rudes pĥos/ ſiue vnus de triginta exiſtens, vt Simplicius inquit: ſiue ſophiſta aliquis, dixit animam ipſaȝ eſſe ſanguinẽ argumẽto ſumpto ab ipſo ſenſu: quẽ quidẽ animalibus ineſſe, ⁊ rebus cunctis dicebat ob naturam ſanguinis: cuius ſignũ afferebat, vt Simplicius ſupplet, q̃ que in nobis carent ſanguine: vt oſſa: ſenſuȝ nõ habent. Deinde Ariſtoteles remouet quãdam dubitationẽ: poſſet enim quiſpiã querere. cum Ariſtoteles narrauerit opinionẽ eoꝝ qui dixerũt aĩam eſſe ignem: ⁊ eoꝝ qui dixerunt aĩam eſſe aerẽ: ⁊ eoꝝ qui dixerũt aĩam eſſe aquam: cur nõ narrauit eoꝝ põnem: qui dixerunt ipſaȝ eſſe terrã? Rñdet Ariſt. pĥos nõ opinatos eſſe aĩam eſſe aliqd̃ el'ntorum/ niſi quatenus opinabanť elemẽtũ illud, qd̃ aĩam eſſe poſuerũt: eſſe ꝑn^m^ reꝝ nãlium. At nullus pĥoꝝ terrã ſolã poſuit eſſe rerum nãlium ꝑn^m^: niſi Heſiodus: qui nõ cõnumerať inter pĥos: cũ fuerit, vt Auerroes inqt ꝑmo meta.

diuulgatus in ponẽdo leges. Poſuerũt aũt nõnulli terram eſſe rex nãliũ pn^m vna cũ ceteris elemẽtis, vt Empedocles qui poſuit q̃tuor elementa rex nãliũ pn^a: Parmenides terrã poſuit ſimul cũ igne. nullus aũt eox, qui inter phõs enumerant: poſuit terrã ſolã: z ita nullus poſuit ſolã terraz eſſe aiam: ſed vel ipſam aiam cõſtare ex oib⁹ elemẽtis vel ipſaz aiam poſuit eſſe oia elemẽta ſimul iũcta. z hoc inquit. Oia eniz elemẽta p̃terq̃z terra iudicẽ acceperũt: hoc eſt, vt Simplicius exponit, indicantẽ vnũ qõdã elemẽtũ eſſe, z pn^m, z aie cõuenire. nullus v̂o ſolã terrã, z q2 craſſa z imobilis ẽ, vnde inqt Them. cetera qdem elementa ſuos aſſertores, z aurarios habuerunt/ ſola terra ſectatorẽ nõ inuenit, terraz nemo ſeorſũ vel noiauit: niſi qs dixerit aiam ex oibus elemẽtis cõſtare: aut ipſaz eſſe oia elemẽta inſimul. z ſic p iudicẽ Themiſtius z Simplicius ſectatorẽ intellexerũt. ſ. euz qui dixerit ipſaz ſolã eſſe rex nãliũ pn^m, z aiam. tali enim aſſertore caruit terra: cetera nõ caruerunt. nã ignis habuit aſſertorẽ/ qui diceret ipſuz eſſe rex pncipium z animã: z aer etiã habuit: z aqua: ſola terra hoc aſſertore caruit.

Argyr. ℭ Ut igit̃ in ſummã oia redigam⁹/ trib⁹ his oẽs aiaz/ motu/ ſenſu/ icorporeoq̃z diffiniũt.

Tex. 33 Agunt ãgitur. ℭ Diffiniũt autẽ oẽs aiam tribus: vt eſt dicere: motu: ſenſu: incorporeo.

COMMENTARIVM.

ℭ Epilogat, nũc opiniones phõrũ reducendo illas pmo ad tres, oẽs eniz tribus ipſam nacti ſunt/ aut motu/ aut ſenſu/ aut ipſo incorporeo. veruz, vt Simpl. ait: z Them. innuit, Que Simpl. z them. pmis duob⁹ ſenſu, z motu vere animã nacti ſunt. nã, vt dicebatur, aiatum ab inaiato duobus maxime differt motu, z ſenſu, qm̃ ſenſus z motus pprie aiantib⁹ reb⁹ inſunt. Tertiũ vero eſt poſtea attributũ aie. ſ. incorporeũ/ q2 viderunt ipſaz eſſe permobilẽ/ z per totũ pcedere corpus: que incorporei cõditiones vident̃. ℭ Quo v̂o ad v̂ba attinet, verbũ Uerba. [autez] in antiquis trãſlationib⁹: nõ mihi ſonat: qm̃ lr̃a ẽ epilogatiua. Ariſt. aũt cũ epilogat, nõ videt̃ ipſo [aũt] vti: ſed nota epilogationis. vz. δὴ, qõ latine ſonat itaq̃z: aut igitur. q̃re opinor grecos codices: qui hñt/ δὲ/ eſſe corruptos: ſed puto eſſe legẽdũ δὴ, vt legũt boni interpretes. Per incorporeũ aũt, vt Simpl. inqt, nõ oino incorporeũ eſt intelligendũ: ſed ſubtile corpus. nam vt Them. innuit, ſubtiliſſimã animã eſſe putãt: ſubtile incorporeũ arbitrãtes.

Argyr. ℭ Quox vnũqõq̃z reducit̃ ad pncipia reruz/ vt patuit. Quapp z ij q cognitione diffiniũt aiam: aut elemẽtũ/ aut ex elemẽtis faciũt ipſaz/ ſilr oẽs p̃ter vnũ dicẽtes. Inquiũt eniz: ſimile ſimili ſibi cognoſci. atq̃z cum vniuerſa cognoſcat ac pcipiat aia: ex vniuerſis rerum principijs ipſam cõſtare dicunt.

Tex. 33 ℭ Horũ aũt vnũqõq̃z reducit̃ ad principia: vnde z in cognoſcẽdo definiẽtes: ipſaz aut elemẽtũ: aut ex elẽmẽtis faciũt: dicẽtes ſilr inuicẽ p̃ter vnũ. Dicũt enim z ſimile cognoſci ſimili: quoniã eniz aia omnia cognoſcit: cõſtituunt eam ex oibus principijs.

COMMENTARIVM.

ℭ Reduxit oẽs phox opiniones in tres: nunc illas tres reducit ad vnã: quatenus quouis modo loquant̃ de aia: oẽs reducũt illa per que loquũtur ad pn^a. ergo oẽs in hoc vno cõueniũt q2 dicũt aiam eſſe pn^m, vt oia cognoſcat: z ſic oẽs referebãt aiaz ad pn^a quãtũ ad pncipiox ſubaz. Et h inqt, Que Egid. hox ãt triũ vnũquoq̃z reducit̃ ad pn^a: quo. ſ. ad pncipiox ſubam, vt ſupplet nouus Expoſitor: z recte. Oſtẽdit vero quo modo cognoſcitiuum ſit referendũ ad pn^a: nõ aũt quo modo motiuũ z incorporeũ: q2 (vt Simplicius inquit) motiuum z incorporeũ eſſe referẽda ad pn^a, eſt per ſe notum. Que ſimpl. Corporeũ eniz z motum referri ad cauſata ipſa nemo eſt qui dubitat. non enim hec cauſis ſiue pncipijs conueniunt. Motiuũ vero z incorporeũ pncipijs ↄuenire per ſe patet. quare hec pretermittens declarat quo modo ſenſitiuũ ſiue cognoſcitiuum ſit referendũ ad pn^a: z (vt Simplicius ait) cauſam aſſignat: q2 oẽs p̃ter Anaxagorã vnanimiter putauerũt ſilẽ ſimili cognoſci. Quare vt oia cognoſcat aia. dixerũt illam eſſe aut rex pn^a: aut ex rerum pncipijs conſtare. Inquit, hox aũt trium vnũqõq̃z reducit̃ ad pn^m: hoc eſt facit aiam eſſe pn^m. nam ſi aie tribuit̃ eſſe motiuũ per ſe/ facit eaz eſſe pn^m: z ſi eſt per ſe incorporea/ ſit vt ipſa ſit pn^m: z ſi oia cognoſcit/ oportet eſſe pn^a vel ex pncipijs. ergo horum trium vnũqõq̃z reducit̃ ad pn^a: quatenus quouis horũ aie tributo: ſequitur eã eſſe pncipia: aut ex principijs. de ipſo cognoſcere hoc ita eſſe exponit, z inqt. vnde z in cognoſcẽdo ſiue ſentiẽdo ipſam aiam definiẽtes: ipſam aut elementum: aut ex elemẽtis faciũt, dicẽtes ſilr inter ſe oẽs ſupple preter vnũ virum. ſ. Anaxagorã: que cum his nõ ↄcordat. Ergo dicẽtes aiam id eſſe, qõ oia cognoſcit: cogunt̃ eã facere/ aut elñtũ/ aut elñta/ ſiue ex elñtis: qm̃ cognoſcere non põt niſi ſilẽ per ſilẽ. z hoc ſubſcribit: dicũt eni z ſilẽ cognoſci ſili. Opz ergo aiaz ſilem eſſe oib⁹ reb⁹: z cũ oẽs res ſint infinite: ſufficit, vt ſit pn^a vel ex pncipijs. nam ſic ipſa cognoſcet pn^a: q̃tenus cõſtat illis: z ea que de pncipijs naſcũt̃/ pncipijs illis mediãtib⁹. Et hoc ↄcludit, z inqt. qm̃ eniz oia aia cognoſcit: iõ cõſtituũt eã ex oib⁹ pncipijs: ſic. n. z pn^a, z oia que de pncipijs ſunt/ facile cognoſcet. Pz igit̃ quo mõ qui aie tribuũt ipſuz cognoſcitiuũ: cogunt̃ illã reducere in pn^a ſz eox ſubaz: qm̃ aia eſt ſm ſubaz illa pn^a: ſi cognoſcit oia. eſt eni ex q̃tuor elñtis. ſi oia ſunt ex q̃tuor elemẽtis: eſt ex atomis, ſi rerum: pmordia ſunt atomi. z breuiter aia ſi cognoſcit oia: ex pncipijs erit oium: quecũq̃z ſunt illa.

Argyr. ℭ Quibus igit̃ placuit vnã cãm/ elementũq̃z vnũ ponere rex: ij aiaz etiã vnũ/ velut ignez aut aerẽ eſſe ponũt. Qui v̂o plura reb⁹ pncipia tribuũt: ij plura q̃q̃z dñt aiaz eẽ. Sol⁹ ãt Anaxagoras: mẽtẽ paſſione vacare dicit/ z nihil pſus cũ ceteris habere cõe. Uerũ cũ talis ſit/ q̃nã pacto cognoſcat z quã ob cãz: neq̃z ille dixit/ neq̃z ex dictis perſpici põt.

Tex. 34 ℭ Quicunq̃z quidẽ igitur vnã aliquã dicũt cauſam: z elementũ vnũ: z animã vnum ponunt: vt ignem: aut aerem. plura v̂o dicẽtes pncipia: z animã plura dicũt. Anaxagoras autẽ ſolum impaſſibilẽ dicit eſſe intellectuz: z cõmune nihil alicui aliox habere. Huiuſmodi aũt cũ ſit: quo modo cognoſcit: z propter quã cauſam: neq̃z ille dixit: neq̃z ex his, que dicta ſunt: conſpicuum eſt.

COMMENTARIVM.

ℭ Reduxit aiam ad pn^a quo ad eox ſubam. nũc v̂o reducit illã ad pn^a quo ad eox nũex. nã ſi aie attribuit̃ ipſuz oium cognoſcitiuũ: nõ ſolũ opz ipſaz ponere pn^m: ſed eam cõſtituere pnumere pncipiox. nã qui cãm vnã, z elñtũ vnũ poſuerũt oium rex: vt ignẽ, aut aerẽ, z aiam etiã vnã ponũt: aut ex illo vno conſtare. Plura v̂o dicẽtes pn^a: z aiam plura/ aut ex illis plurib⁹ cõſtare dicunt. Excipit ab his Anaxagorã: qui in duob⁹ ab eis differt. nam Anaxagoras ſolus intellectũ dicit eſſe ipaſſibilẽ: z ita nec genitũ/ nec corruptibilẽ. z cõe nihil alicui aliqx, hñe, z ita nõ ↄſtare ait ipſuz ex elñtis. Obijcit tñ cõtra eũ de inſufficiẽtia: z inqt. h⁹ aũt cũ ſit ſupple ipſe intell's: qũo cognoſcit: z ppter quã cãm cognoſcit, neq̃z ille dixit, neq̃z ex his, que dicta ſunt: cõſpicuuz eſt. Debebat aũt hec declarare: q2 ſi oia cognoſcit: z cognitio nõ niſi per ſilẽ fit: oportuit declarare qũo itellectus erat Uerba ſimplex z imp miſtus: z oia cognoſcit. ℭ Quo v̂o ad v̂ba attinet, Ariſt. per [cõe] intelligit ſilitudinẽ. intellectus eniz ſm Anaxagorã: itelligit oẽs res nãles: z tñ nullã cũ eis hz ſilitudinẽ: q2 nec eſt ex illis conſtãs: nec ex earũ principijs.

Que Auer. i. com. 34 ℭ Auerroes ait Anaxagorã putaſſe intellectũ: neq̃z eſſe h corpus: neq̃z in hoc. i. v̂tutẽ corporeaz: addit z h nemo niſi Anaxagoras dixit: ppterea Ariſt. poſtea eum cõmẽdabit. Defecit aũt Anaxago. vt Auerroes inquit: q2 nõ expoſuit modũ, quo intellectus cognoſcit res nãles: an. vz. vt ẽ ens in actu, qõ eſt dicere an per eius eſſentiã: qũo Ariſt. voluit intellectũ agẽtẽ intelligit res ipſas. Aut vt eſt in po^a, quo mõ Ariſto. voluit itellectũ poſſibilem cnucta cognoſcere. neq̃z dixit cãm, q̃re intelligit res mãles: q̃ nõ ſunt intellect⁹ in actu h eſt actu ſeparate. Hec itaq̃z in qb⁹ Anaxago. fuit De mõ q̃ aliqs itell's intelligit. diminut⁹: Ariſt. ſupplebit. ℭ Aiaduerſiõe dignũ duplicẽ eſſe modũ intelligẽdi ſm Ariſt. altex quo itelligẽs cognoſcit ipſa itelligibilia/ vt eſt in actu, z h pacto ſm v̂itatẽ de⁹ intelligit cũcta. Altex quo intelligẽs cognoſcit itelligibilia vt eſt po^a illa ſaltẽ modo ſilitudinis z receptiõis: z ſic itell's poſſibilis cognoſcit res mãles. Primo mõ itellectus agẽs cognoſcit res: maxime ſi agẽs intell's ſit ipſe deus: vt finxit Auerroes. Scõo mõ intell's poſſibilis cognoſcit res materiales, ſz nõ niſi pus receptis in eo rex que itelligunt̃, ſimilitudinib⁹ intẽtionalibus: qb⁹ res ipſe reddunt̃ actu intellectuales: z itell's ipſe actu ſilis illis. g̃ Anaxago. defecit primo: q2 nõ expoſuit modũ: qũo ipſe itell's res itelligit: an vt eſt in actu: an vt eſt in po^a. Scõo nõ expoſuit cãm q̃re intelligit res mãles: cũ qb⁹ nõ hz realẽ ſimilitudinẽ. ℭ Quare Quid Ariſ. ab Anaxa. Ariſt. accepit ab Anaxagora ſubaz intell's: modũ v̂o quo itelligit: z quo ipſe res itelligunt̃: ipſe ſuppleuit: nõ deſunt Que aliqui. q dicũt Anaxa. nõ de humano: ſed de diuino intellectu eſſe locutũ: q2 hũc poſuit in tota nã pmã cãm: vt p nãliũ auſcultationũ libro dictũ eſt. Alij v̂o dixerũt Anaxa. eũdẽ putaſſe humanũ, z diuinuz eſſe intellectum: vt dictũ eſt 3^o huius. Que res nobis obſcura eſt: cum eius volumina quibus opinionem expreſſit: nobis non pateant.

Argyr. ℭ At v̂o q ↄtrarietates in pncipijs faciũt: ij ↄficiũt aiam etiã ex ↄ̃rijs. Qui v̂o tm̃ alterũ ponũt ↄ̃riorũ/ calidũ inq̃z/ aut frigidũ/ aut aliqd aliud huiuſcemodi: ij ſilr z aiam vnũ iſtorũ aſſerũt eſſe. Quapp z noia ipſa ſequunt̃. nã ij q calidũ eſſe dicũt: inde inqunt ipſuz viuere ductũ noiatũq̃z fuiſſe. z ij rurſus q frigidũ eẽ cẽſent: aiaz ide nũcupatã ob reſpirationẽ z refrigerationẽ aſſerũt eſſe. Hec igit̃ ſũt q̃ de aia tradita ſunt a maioribus nr̃is: z he ſunt cauſe ob quas illi talia de ipſa dixerũt.

Tex. 35 ℭ Quicũq̃z aũt ↄtrarietates faciunt in pncipijs: z aiaz ex ↄtrarijs ↄſtituũt. Quicũq̃z altex ↄtrariox: vt calidũ: aut frigiduz: aut aliqd hmõi aliud: z aiaz ſilr vnũ aliqd hox ponũt: vñ z noia ↄſequunt̃: q qdẽ calidũ dicẽtes: q2 ppter hoc z viuere noiatum eſt. Zen ζῆν Qui aũt frigidũ: ppter reſpirationẽ: z refrigerationẽ vocari aiaz. pſychẽ Tradita qdẽ igit̃ de aia: z propter quas cauſas dicunt ſic: hec ſunt.

COMMENTARIVM.

ℭ Nunc qũo aiam veteres ad pn^a retulerunt, quo ad eorum qualitates, oſtẽdit z inqt. Quicũq̃z autem ↄ̃rietates faciũt in pncipijs: z aiam ex ↄ̃rijs ↄſtituũt. Quicũq̃z v̂o alterum cõtrariox ſupple faciũt rerum pn^m, vt calidũ/ aut frigidũ/ aut hui⁹ aliquid aliud: z aiam ſimiliter vnũ aliqd hox ponunt. nam Empedocles cum quatuor nãs, ex qbus ↄſtare Que Empe. omnia vult, ſiccitatẽ/ frigiditatẽ/ caliditatẽ/ humorez/ initia poſuiſſe: ſine dubio voluit eaſdẽ cõtrarietates in aia contineri. Heraclitus vero qui rerũ principiũ poſuit ignem/ ſiue Que heracl. calidũ: aiam eſſe calorez affirmat: qui igni cõpetit. Hippon Que hippon humiditatẽ: que aque propria eſt. Deinde varias aie appellationes exponit: q2 aie nuncupationẽ ad ſuam ſniam q̃ſq̃z retulit. Unde ſupple iſti diuerſa de anima putãtes, nomina ipſa ſequuntur. nam qui quidẽ animã dicunt eſſe calidum: dicũt/ quia z ppter viuere nominatũ eſſe: qõ eſt aie pprũ. Qui vero frigidũ animã eſſe dicunt: aſſerunt etiam vocari animã propter reſpirationẽ, z refrigerationẽ. ℭ Quo v̂o Uerborũ eramẽ pulchrũ. ad verba attinet, aiaduertendũ verba Ariſtotelis hic, non poſſe ſatis clare exponi: qm̃ que dicit, in greca lingua habent locum: nõ autem in latina, vult enim hos phõs qui de aia diuerſa ſentiunt: etiã in aia ipſa: z in his: que aie ppria ſunt: obſeruanda eſſe noia ab his rebus deducta: quas animã eſſe putãt. verbi cauſa: qui aiam volũt eſſe calorẽ: aiam appellant Zeſin vel Zoen / aut (vt vtar greco) verbo ζωὴν, hoc eſt feruorem. Uiuere autẽ ſiue aiare corpus, appellant Zen: vel (vt vtar greco verbo) ζῆν, hoc eſt feruere: qui aiam arbitrant̃ eſſe frigiditatẽ: animã pſychen appellãt. pſyche enim frigiditas eſt: pſychos frigus ſiue vẽtus. Uiuere aũt ſiue corpus aiare, dicunt pſychein, hoc eſt refrigerare/ ſiue frigefacere: iõ in tranſlationib⁹ noſtris ſic lege: quapropter z noia ipſe ſequunt̃: q2 id qõ eſſe aiam putãt: ab eo animã volũt nũcupari: z ipſuz aiare ſiue viuere deduci. z exponit hoc. d. nã qui qdẽ calidũ aiam eſſe dicunt: hac rõne ſupple ipſuz aiare ſiue viuere appellãt nũcupãtq̃z Zen: greco autẽ verbo/ ζῆν: aiam v̂o a feruore ſiue calore deductã: appellãt Zeſin vel Zoen. eſt eni Zeſis vel Zoe feruor. Qui aũt aiam arbitrant̃ eſſe qd frigidũ: aiaz ipſam appellãt pſychen: ob reſpirationem z refrigerationẽ. nam pſyche frigiditas eſt. ipſuz aũt aiare ſiue viuere, appellant, vt diximus: pſychein, hoc eſt refrigerare. Iuniores aũt, z expoſitores noſtri ob grecax lr̃ax inſcitiã hec intelligere nõ poſſunt. Demũ epilogat breuiter: z inqt. Tradita qdẽ igit̃ de aia, z ppter q̃s cauſas/ ſic dicũt tradiderũtq̃z: hec, z tanta ſunt.

Argyr. ℭ Cõſiderãdũ eſt aũt pmũ: de motu. Nã fortaſſe nõ ſolũ falſuz eſt/ ſubaz aie talẽ eẽ q̃lẽ ij dicũt q aiaz id aſſerũt eſſe qõ ſeipſuz mouet aut mouere põt: ſz etiã vnũ id eſſe qõdaz v̂z eox q̃ nequnt eſſe/ motũ inq̃z ipſi ineſſe atq̃z cõpetere. Nõ neceſſariũ igit̃ eẽ/ id oẽ moueri qõ mouet: olim iã diximus z pbauimus.

Tex. 36 ℭ Cõſiderãdũ aũt: primũ quidẽ de motu: fortaſſis enim nõ ſolũ falſuz eſt ſubſtãtiã ipſius hmõi eſſe: qualẽ aiũt dicẽtes animã eſſe qõ eſt ſeipſum mouens: aut poſſibile mouere: ſed vnũ quoddã impoſſibiliũ ineſſe ipſi motũ. Quod quidẽ igitur non neceſſe ſit mouens: z ipſum moueri: dictum eſt prius.

COMMENTARIVM.

ℭ Intẽtio Ariſt. hic eſt, vt Simpl. inqt opiniones traditas ab antiqs diſq̃rere: z redarguere ſiqd nõ vere dictũ ſit. dearticulare aũt z ſiquid vt ſm ſolitũ noium vſum aſſignatũ

ſit:ne antiquoꝝ nos accipiẽtes opiones,⁊ veluti veras,ꝓpter claritatẽ tradẽtiũ aſſentiẽtes erremus. ergo ſm Simpliciũ intẽtio Ariſt.eſt examinare opiones veteꝝ:tũ vt redarguamus ſiquid non vere dixerũt:tũ vt accõmodemus ad ꝓpoſitũ nr̃ꝫ id qḋ vere dixerũt ſm vſuꝫ noiuꝫ:qb⁹ nos vtimur.nã ſic accipiẽtes nõ errabimus. Incipit aũt ab opinione Plato.q in li° 10° de legib⁹ ait.aĩa eſt ſuimet mouẽs aut potẽs ipſam ſe mouere. Et redarguit hãc definitionem modis duob⁹.p̃ quo ad fundamẽtũ põnis.2° quo ad põnẽ ipſaꝫ. Quo qdẽ ad fundamẽtũ põnis:q2 iſti ſumpſerũt tanq̃ꝫ p̃n[m] omne qḋ mouet moueri:⁊ ex h̃ deduxerũt aĩaꝫ eſſe id qḋ ſeipm̃ mouet.modo h̃ eſt falſum:q2 aliqd mouet:qḋ nõ mouet̃:vt p̃mũ mouens. Quo v̾o ad põnẽ,dupl'r errauit Plato. P̃rio q2 voluit ipſi aĩe ineſſe motũ: cũ ait eſſe id qḋ ſeipm̃ mouẽs. Scḋo/q2 dato φ mot⁹ aĩe inſit:ita vt verũ ſit aĩaꝫ moueri:nõ tñ ꝑ motũ aĩa eſt definiẽda:ita vt motus ſit de eius ſuba. Ariſt.ḡ p̃mo ꝓponit intẽtionẽ in vli:⁊ inqt,ꝯſiderãdũ aũt p̃[m] qdẽ de motu:quo vna ſecta phoꝝ nacti fuerũt definitionẽ aĩe: q2 poſtea de cognitiõe ꝑtractabim⁹. Hec eſt intẽtio in vli:deinde in ſpecie ꝓponit opionẽ Platonis circa aĩe definitioneꝫ eſſe falſam,⁊ inqt,foꝛtaſſis eni nõ ſolũ falſuꝫ eſt ſubaꝫ ipſius aĩe h⁹ ſiue talẽ eſſe:qualẽ aiunt dicẽtes aĩaꝫ eſſe qḋ eſt ſeipm̃ mouẽs,aut poſſe mouere:vt Plato 10° lib° de legib⁹ inqt:ſꝫ ineſſe ipſi aĩe motuꝫ eſt vnũ qḋdã de nũero ĩpoſſibiliũ. Hec ſunt duo Platonis erroꝛes.ſ.φ mot⁹ ſit ḋ definitiõe aĩe:⁊ φ inſit aĩe.nã motũ ineſſe aĩe ẽ vnũ qḋdã ĩpoſſe. Preterea dato φ aĩe inſit motus:nõ ineſt ei⁹ ſube ⁊ definitioni:deinde tãgit erroꝛẽ circa fundamẽtũ põnis,⁊ inqt. Qḋ qdẽ igr̃ nõ neceſſe ſit mouẽs ⁊ ipſuꝫ moueri,ꝑus dictũ eſt in 8° nãliũ. Quare poſito φ aĩa ſit mouẽs corp⁹ ipm̃:nõ pp h̃ ipſa ſeipſaꝫ mouet.

Sũma eoꝝ i q/b⁹ errauit Plato.

¶ Ergo in trib⁹ errauit:p̃mo q2 motus nõ ineſt aĩe:⁊ imo motuꝫ ineſſe aĩe eſt vnũ qḋdã ĩpoſſe. Scḋo dato φ aĩe inſit:nõ pp hoc eſt de ſuba aĩe,ita vt definitio aĩe ſit aſſignãda ꝑ ipſum motũ. Tertio q2 fũdamẽtũ põnis falſuꝫ eſt:nã lꝫ aĩa ſit mouẽs corp⁹:nõ ꝓpterea eſt id qḋ eſt ſeipm̃ mouẽs:nã 8° nãliũ declaratũ ẽ nõ eẽ neceſſe,vt oẽ mouẽs,moueat̃.

Defẽſio platõis apḋ ſimpliciũ.

¶ Aiaduertẽdũ vt Simpl'.innuit motũ poſſe dupl'r ſumi:vno modo ꝓpꝛie ſꝫ vſuꝫ cõiter loquẽtiũ:⁊ ſic eſt q̃dã ſucceſſio ſm cõtinuationẽ numerata:quõ Ariſt. 3° phyſicoꝝ definit.d. motus eſt actus entis in potẽtia ſm φ in potẽtia. Alio mõ accipit̃ q̃ſi metaphoꝛice ꝓ operatione vitali:q̃ corp⁹ aĩale mouet̃:quatenus viuit:⁊ hoc mõ ſumpſit Plato:cuꝫ dixit aĩam id eſſe qḋ ſeipm̃ mouet.nã corpus mouet̃ ab aĩa:hoc eſt viuit pp aĩaꝫ. Aĩa aũt eſt ſeipſaꝫ mouẽs:q2 viuit per ſe:⁊ imo ipſa per eſſentiã eſt viuẽs:corp⁹ aũt ꝑ participationeꝫ. Plato itaqꝫ oẽ participans aliquo, appellat motũ ab alio: oẽ tale per eſſentiã appellat ſeipſum motũ:⁊ hac rõne vult nihil mouere:qḋ nõ moueat̃ ⁊ ipſuꝫ.nã qḋ mouet, eſt aut tale per eſſentiã:⁊ ita dr̃ ſeipm̃ mouẽs: aut eſt tale ab alio, ⁊ dr̃ motũ. Quia igit̃ corpus viuit ab aĩa:aĩa eſt viuẽs per eſſentiã:quare aĩa dicet̃ ſeipſaꝫ mouẽs:corpus aũt motuꝫ ab aĩa. Dr̃ia ergo Platonis ⁊ Ariſtotelis ſm Simpliciuꝫ nõ eſt niſi in verbis:nã Ariſto.ſolitus eſt vocare motũ ſm nois vſuꝫ apud pleroſqꝫ. Plato v̾o noib⁹ vtit̃ ſm pꝛopꝛiũ vſuꝫ.

Que Auer. com.36

¶ Auerroes h̃ in loco ait hãc eſſe tertiã huius p̃mi libꝛi de aĩa ꝑtẽ,q2 p̃a erat phe[m].2a erat narratio opionũ antiquoꝝ.3a erat illaꝝ opionũ repꝛobatio: q̃re nũc ſum⁹ in 3a huius libꝛi ꝑte:in q̃ ꝯdicemus opinionib⁹ veterũ.

Argyr.

¶ Cũ ãt oẽ qḋ motu ciet̃ dupl'r moueat̃ (aut eni ꝑ aliud: aut ꝑ ſe mouet̃.ꝑ aliud ãt id oẽ moueri dicim⁹:qḋ ẽ i eo qḋ motu ciet̃/vt nauigãtes.hi nãqꝫ:nõ ꝑide atqꝫ nauis mouẽt̃. h̃.n.ꝑ ſe mouet̃:illi motu ciet̃/q2 ſũt i eo,qḋ motu ciet̃.qḋ qdẽ ita eẽ: pꝫ i ꝑtib⁹.mot⁹.n. ꝓpꝛi⁹ pedũ:ẽ ãbulatio/q̃ mouẽt̃ ⁊ hoĩeſ:tũc aũt hiſce mot⁹ nõ ineſt/vt pꝫ/in nauigãtib⁹.)



Tex.37

¶ Dupl'r ãt eo qḋ mouet̃ dicto:aut.n.ſm alteꝝ:aut ſꝫ ſeipꝫ. Scḋꝫ alteꝝ aũt dicim⁹ qdẽ: q̃cunqꝫ mouent̃ ꝑ id qḋ ſunt i eo qḋ mouet̃ vt naute.nõ eniꝫ ſil'r mouent̃ naui/hec qdeꝫ eni ſm ſeipſaꝫ mouet̃:illi aũt per id qḋ ſunt i eo:qḋ mouet̃. Manifeſtũ eſt aũt in ꝑtib⁹. ꝓpꝛius qdẽ eni motus pedũ ambulatio eſt. Hec aũt ⁊ hoiuꝫ eſt. nõ ineſt aũt nautis tũc.

COMMENTARIVM.

¶ Ariſtoteles cũ poſuit intẽtionẽ quaſi in gñali,adhuc ſpecialius eam dearticulat,vt intelligat̃ id in quo oĩno errauerunt. Diſtinguit itaqꝫ,vt Simplicius exponit,id qḋ mouetur:nam dupl'r moueri dr̃ id,qḋ mouet̃:aut per accñs,aut per ſe. Per ſe mouet̃ vt nauis: que ꝑ ſe trãſfertur de loco ad locũ. Per accñs mouet̃ nauta:q2 ipſe in naui quieſcẽs, ad motũ nauis trãſfert̃ de loco ad locũ. Qḋ vero motu q ſibi cõuenit,nauta ipſe quieſcat, pꝫ:q2 nec ſm totũ nec ſm ꝑtẽ mouet̃ ambulatiõe:que eſt ſibi ꝓpꝛia. Inqt,dupl'r aũt eo qḋ mouet̃ ſupple dicto:vl' dupl'r ipſo moto exiſtẽte:l'ra eſt ſuſpẽſiua vſqꝫ ibi [dupliciter aũt vtiqꝫ] exponit quo nã modo id qḋ mouet̃:dupl'r dicat̃:⁊ inquit:aut eniꝫ ſm alterũ/h̃ eſt per accñs:aut ſm ſeipſuꝫ.i.per ſe: exponit mẽbꝛa ⁊ inquit:ſm alterũ dicimus qdẽ,quecunqꝫ mouent̃ per id qḋ ſunt in eo qḋ mouet̃,vt naute:nõ enim naute ipſi mouẽtur ſimil'r naui/hoc eſt eo mõ quo mouet̃ nauis ipſa. Qḋ exponit,⁊ inqt:hec qdẽ ſm ſeipſam mouet̃:q2 per ſe trãſfertur de aſia in europã. Illi aũt.ſ.naute mouent̃ de aſia in europã per id qḋ ſunt:in eo qḋ mouet̃ de aſia in europã:⁊ ita naute mouent̃ per accñs motu nauis:nauis vero per ſe motu ꝓpꝛio. Qꝫ v̾o naute ꝑ accñs moueant̃ motu nauis: exponit dicẽs:q2 qeſcẽtes mouent̃. Et h̃ exponit.d:manifeſtũ eſt aũt in ꝑtibus ſupple φ naute qeſcãt ꝓpꝛio motu q ſibi cõpetit.ꝓpꝛius qdẽ.n.mot⁹ pedũ ãbulatio eſt/tanq̃ꝫ ꝑtiũ eiuſ qḋ ſm totũ mouet̃. Hec ãt ⁊ hoiuꝫ ẽ tãq̃ꝫ:eoꝝ:q̃ mouent̃ ſm totũ nõ ineſt aũt nautis tũc ſupple hec ambulatio:q̃ ẽ eis ꝓpꝛia:q2 nec ſꝫ ꝑtes,nec ſm totũ.[tũc].i.cũ ſunt in naui qeſcẽtes.naute.n.dũ ſedẽt ĩ naui, nõ mouẽtur motu ambulationis: q eſt eis ꝓpꝛius:q2 nec ſm ꝑtes:nec ſm totũ. Mouent̃ vero motu nauis:q̃ transfert̃ de aſia in europã. Quare pꝫ dupl'r dici id qḋ mouet̃, vt Simplici⁹ expoſuit.ſ.per ſe:⁊ ꝑ accñs. Quo v̾o ad v̾ba attinet Ariſt. dixit nautã nõ moueri per ſe motu nauis:q2 vt Them̃.ait: alio motu moueri per ſe poſſet:poſſet.n.nutriri:augeri:alterari:⁊ locali ẽt aliquo motu moueri pꝛeter motũ nauis.

Que Auer. com.37

¶ Auerroes aũt ſubdiſtinguit id qḋ ꝑ accñs mouet̃:vt poſterius Ariſto.notabit:nã ꝑ accñs aliqd moueri põt:q2 inſeparabil'r mouet̃ ad motũ alterius,vt albedo:que mouet̃ motu corꝑis albi:hec ita motu illi⁹ mouet̃:vt nequeat aliquo alio motu ſeoꝛſum moueri. Aut q2 ſeparabil'r:⁊ h̃ pacto nauigans mouet̃ motu nauis:q2 aliquo alio motu põt ſeoꝛſum moueri. Mouet̃ enim motu nauis de aſia in europam.põt aũt ꝓpꝛio motu moueri, cum ſeoꝛſum mouebitur.ſ.ambulatione. He ſunt diſtinctiones.

Argyr.

¶ Cũ igit̃ id qḋ mouet̃ (vt dixim⁹) bifariã dicat̃ moueri: cõſideremus nũc opꝫ de aĩa:ſi per ſe moueatur motuſqꝫ particeps ſit.

Tex.38

¶ Dupl'r aũt dicto moueri:nũc intẽdim⁹ de aĩa ſi per ſeipſaꝫ mouet̃:⁊ participet motu.

COMMENTARIVM.

¶ Hic terminat ſuſpẽſionem,⁊ ſumit id qḋ vult diſputare,⁊ inqt,dupl'r aũt ipſo moueri dicto.ſ.ꝑ ſe,⁊ ꝑ accñs nũc intẽdim⁹ de aĩa ſi per ſeipſaꝫ mouet̃:⁊ ſi per ſeipſaꝫ motu participet. Hec eſt intẽtio diſputatiõis:⁊ termin⁹ l'ralis ſuſpẽſionis.

Reſumptio itẽtionis.

Innuit aũt Ari.ꝑ hec aĩaꝫ ꝑ accñs moueri motu:quo corp⁹ in quo eſt mouet̃:nõ tñ ꝑ ſe,vt Plato arbitrat̃:iḋ diſputatio nõ eſt ſi aĩa ꝑ accñs mouet̃:q2 nulli dubiũ eſt hoc: ſꝫ an ꝑ ſe moueat̃.h̃ eni eſt ambiguũ,⁊ id:qḋ Plato 10° li° de legibus autumat. ¶ Quo vero ad v̾ba attinet,addidit [⁊ participet motu] vt vtat̃ mõ loquẽdi Platõis:q id qḋ per ſe mouet̃:ſꝑ appellat motu ꝑticipãs:id v̾o qḋ ꝑ ſe mouet:vocat ſeipſum mouẽs. Vt igit̃ in diſputatione ꝯueniat Platoni in noie:(nã diſputãtes ꝑ elenchoꝝ debẽt in terminis cõuenire)adiecit [⁊ ꝑticipet motu.] Hec quo ad v̾ba.

Argyr.

¶ Cũ igr̃ q̃tuoꝛ ſint mot⁹/latio alteratio/accretio/atqꝫ ḋcretio:aut iſtoꝝ vno/aut pl'ib⁹/aut oib⁹:vt pꝫ:mouebit̃. Qꝫ ſi ñ ꝑ accñſ moueat̃ nã ſane mot⁹ inerit ipſi.at ſi h̃ ſit:loc⁹ ẽt eidẽ idẽtidẽ ꝯpetet.oẽſ.n.iã dicti mot⁹.i loco ſt̃.

Tex.38

¶ Quatuoꝛ aũt motib⁹ exiſtẽtibuſ:loci mutatiõe:alteratiõe:decremẽto: augmẽto:aut ſꝫ vnũ hoꝝ vtiqꝫ mouebit̃:aut ſm plures:aut ſm oẽs. Si vero mouet̃ nõ ſm accidẽs:natura vtiqꝫ inerit motus ipſi. Si autẽ hoc: ⁊ locus. Omnes eni dicti motus i loco ſunt.

COMMENTARIVM.

¶ Iis expoſitis,nũc obijcit Platoni:⁊ p̃ ſic:ſi aĩa per ſe mouet̃:aĩa erit ꝑ ſe in loco:ſed aĩa non eſt ꝑ ſe in loco:ergo aĩa nõ per ſe mouet̃. Maioꝛẽ ꝓbat:q2 ſi aĩa mouet̃ ꝑ ſe,aliqua ꝑ ſe mot⁹ ſpecie dicet̃ moueri:⁊ q̃uis ꝑ ſe mot⁹ ſpecie mouebit̃:mouebit̃ ſm loci mutationẽ,qm̃ oẽs ꝑ ſe mot⁹ ſpecies ſunt in loco. Quare ſi aĩa mouebit̃ aliq̃ ꝑ ſe mot⁹ ſpecie:erit i loco:⁊ ſic pꝫ maioꝛ. Minoꝛẽ relinqt tãq̃ꝫ apte falſaꝫ. Procedit aũt Ariſt.diuiſiue ſic:⁊ cũ itaqꝫ q̃tuoꝛ mot⁹ ſint ſiue q̃tuoꝛ motib⁹ ſm ſpẽm exñtib⁹,loci mutatione:alteratione:decremẽto:augmẽto:aut vtiqꝫ aĩa ipſa mouebit̃ ſm vnũ hoꝝ motuũ aut ſm plures hoꝝ:aut ſꝫ oẽs:⁊ q2 aliqs poſſet dicere aĩaꝫ moueri ſꝫ vnũ hoꝝ:⁊ ſm plures hoꝝ:⁊ ſm oẽs:nõ qdẽ per ſe:ſꝫ ꝑ accñs motu corꝑis:in quo eſt:h̃ excludẽs ꝑ id qḋ ꝓpoſuit in colligẽdo intẽtionẽ diſputationis,inqt:ſi v̾o mouet̃ nõ ſꝫ accñs:vt acceptũ in p̃n°:nã de hoc nemo ambigit:ſꝫ ꝑ ſe mouet̃:tũc aĩe mot⁹ inerit nã ⁊ per ſe. Si aũt h̃ eſt:ſ.vt mot⁹ inſit aĩe nãl'r:⁊ locus aĩe ſupple inerit ẽt nãl'r. Deducit ꝯñtiaꝫ/dicẽs:oẽs.n.dicti motus loco ſũt:q̃re ſi aĩa mouebit̃,aliq̃ ſpecie mot⁹ ꝑ ſe: ipſa erit in loco ꝑ ſe:qḋ erat abſurdũ.

Que Aue. cõ.38.

p̃a ꝓpõ.

¶ Auerroes aũt hũc textũ reſoluit in ꝓpõnes:⁊ qb⁹ poſtea deducit abſurdũ. Pꝛia eſt q̃tuoꝛ eẽ mot⁹.ſ.auctionẽ,diminutionẽ,lationẽ,⁊ alterationẽ. Hec eſt p̃a ꝓpoſitio.

Dubi⁹.

¶ Sꝫ ꝯtra hãc dubitat̃:q2 5° phyſicaꝝ auſcultationũ,⁊ 7° li° dictũ eſt,tres eẽ ꝑ ſe mot⁹ ſpẽs. Hic aũt ait q̃tuoꝛ.

Solo. Auer.

¶ Auerroes ſiuit ſol'.ait.n. tres eẽ ſpẽs per ſe motus in gñe:ſꝫ ipſe dixit q̃tuoꝛ large,q̃ſi nũerando additionẽ/⁊ diminutionẽ ꝓ duab⁹ mot⁹ ſpẽb⁹.

Dubi° 2 Auer.

¶ Sꝫ hec ſol'o ambigua eſt:q2 ſi Ariſt.enumerat ſpẽs mot⁹ large:tũc nõ tm̃ q̃tuoꝛ erũt mot⁹ ſpẽs:ſed.vj.nã gñatio,⁊ coꝛruptio ſunt motus large dicti due ſpẽs.

Que Simpl'.

¶ Aliter Simpl'.inqt:q̃tuoꝛ aũt ſunt mot⁹,ſubali nõ cõnumerata trãſmutatiõe:ſꝫ enumeratis ſm tria gña:quoꝝ qdẽ ſm quãtũ,vnus qdeꝫ, nõ hñs aũt cõe nomẽ,tãq̃ꝫ duo cõnumerat̃,quẽadmodũ ⁊ in ꝑdicamẽtis. ¶ Eſt ergo ſol'o Simplicij tres eſſe motus per ſe i gñe:dixi ꝑ ſe,nõ ꝯnumerata trãſmutatione ſubali:nã hec non eſt ꝑ ſe motus. Verũ q2 auctioni ⁊ diminutioni nõ aſſignat̃ cõe nomẽ:ſicut alterationib⁹ hoc cõe alteratio: hac rõe motus ſm quãtũ tanq̃ꝫ duo mot⁹ cõnumerat̃. Qꝫ ſi ita Auerroes itelligit:recte ait.

2a ꝓpõ.

¶ Scḋa ꝓpõ Aueroís eſt:ſi aĩa mouet̃:neceſſe eſt ipſaꝫ moueri:aut vno iſtoꝝ motuũ:aut plurib⁹ aut oib⁹.





Deductio Auer.

¶ Hãc ꝓbat Auerroes:nã ſi aĩa per ſe mouet̃: mouebit̃ aliq̃ ꝑ ſe ſpecie mot⁹:aut plurib⁹ per ſe ſpẽb⁹ mot⁹:aut oib⁹ per ſe ſpẽb⁹ motus.oẽs aũt ꝑ ſe mot⁹,aut eſt loci,aut alteratiõis:aut augmẽti. Ergo aĩa ſi mouebit̃,mouebit̃ aut local'r,aut cremẽto:aut alteratione. Et ſic pꝫ ſcḋa ꝓpoſitio.

Dubi°.

¶ Ego v̾o circa hanc ꝓbationẽ ſatis dubito:nõ.n.puto valere hãc ꝯñtiaꝫ:aĩa per ſe mouetur:ergo mouebit aliq̃ per ſe ſpecie mot⁹. Statiꝫ.n.dicerẽ aĩam ꝑ ſe moueri motu ĩpꝛopꝛie dicto: nõ enim hec repugnãt:vꝫ.φ aliqd moueat̃ ꝑ ſe:⁊ nõ moueat̃ motu:q ſit ꝑ ſe:q2 põt aliqd moueri per ſe motu gñatiõis:q mot⁹ nõ eſt per ſe motus. ¶ Propterea ꝓpoſitio hec,vt ipſaꝫ ſumpſit Ariſtoteles,eſt ꝑ ſe nota:ſuppoſuit eni tres eſſe ſpẽs vel q̃tuoꝛ ipſi⁹ mot⁹. Ex hac ſeqtur nihil moueri motu aliquo qḋ nõ moueat̃ aliq̃ ſpecie illius. Quare mouebit̃ aut latione,aut alteratiõe,aut auctione vel diminutione. Gñatione vero vel alteratione nõ põt dici aliqd moueri:q2 ſuppoſuit has nõ cõtineri ſub motus ſpecieb⁹. Quare Auerroes laboꝛat,vt mihi videt̃,vbi nõ opꝫ.

3a ꝓpõ.

¶ Tertia Auerrois ꝓpoſitio eſt,ſi aĩa mouet̃ vno iſtoꝝ motuũ:neceſſe eſt vt ſit corpus. Hãc declarat Auerroes ex his:que 6° auſcultationũ nãliũ dicta ſunt. Inibi eniꝫ dcm̃ eſt nihil moueri per ſe,niſi corpus:⁊ hoc q̃uis mot⁹ ſpecie ipm̃ moueat̃.

Deduc° Auer.

¶ Ex his deducit Auerroes aĩam eſſe in loco:q2 oẽ corpus eſt in loco. Unde Auerroes applicãdo hãc ſuã expõnẽ v̾bis Ariſto. ſic deducit,ſi aĩa mouet̃ nõ per accñs,vt ſupponit̃,motus quo ipſa mouet̃/erit ſibi nãlis, Ois aũt motus nãlis eſt aliquis illoꝝ triũ:qlibꝫ illoꝝ eſt in coꝛpoꝛe: ⁊ oẽ corp⁹ eſt in loco.q̃re aĩa erit in loco:deinde deſtruit vltimuꝫ ꝯñs:q2 oẽ qḋ eſt in loco:motũ eſt motu locali oĩno:nã oẽ qḋ mouet̃ aliquo illoꝝ triũ motuũ,mouet̃ motu locali:⁊ nõ ꝯuertit̃: q2 celũ locali motu mouet̃:⁊ nõ aliquo illoꝝ triũ.ſ.q2 nec alteratione,nec auctione:nec diminutiõe. Hec Auerroes.

Dubi° 2 Auer.

¶ Que mihi ambigua ſunt:q2 Ariſt.illã tertiã ꝓpõnẽ,vꝫ. φ oẽ qḋ mouet̃ aliquo illoꝝ motuũ ſit corpus,nũq̃ꝫ hic aſſumpſit:lꝫ ſit vera:nec neceſſaria eſt pꝛo deductione rõnis. Ariſt.eni deducit aĩam per ſe eſſe in loco.⁊ ꝓbauit:q2 oẽs dicti motus ſunt i loco.ergo lꝫ illa tertia ꝓpoſitio ſit vera: tñ ꝓpoſito nõ eſt neciã:cũ nec ad illã,nec ex illa ꝑcedat Ariſto.rõ. ¶ Preterea Hec Auer.deductio a p̃ ad vltimũ non eſt Ariſtotelis:ſꝫ ꝓpꝛia:Ari.eni ſyllogiçat ſic:ſi aĩa mouet̃ aliq̃ ſpẽ motus mouet̃:ſi aliq̃ ſpẽ mouet̃:mouet̃ alteratione,auctione/vel diminutiõe vel latione:ſi mouet̃ alteratione vel aliq̃ illaꝝ ſpẽ:erit aĩa i loco. Et rõ eſt,q2 oẽs dicti motus ſunt in loco. Hec eſt deductio Ari.in q̃ pꝫ eũ nõ vſum eſſe tertia Auerrois ꝓpõne.

Dubi°. Aue.

¶ Auerroes hic dubitat ꝯtra ꝓbationẽ Ariſtotelis:que ait:oẽs eniꝫ dicti motus ſunt in loco:quia ſi dixiſſet oĩa que mouent̃ dictis motib⁹/eſſe in loco:nemo dubitaret.oẽ eni qḋ aliq̃ per ſe ſpẽ mot⁹ mouetur,eſt corp⁹ nãle 6° nãliũ auſcultationũ:at dicit oẽs dictos mot⁹ eſſe in loco:qḋ lꝫ de latione/auctione/⁊ diminutione verũ ſit:de alteratiõe falſuꝫ eſt.nõ eni per alterationẽ acqritur locus/quo mõ acqrit̃ per lationẽ:nec per alterationeꝫ variat̃ locus:vt variatur ꝑ auctionẽ vel diminutionẽ:q̃re nullatenus alteratio eſt in loco.

Solo.1 Auer.

¶ Auerroes inuit ſol'onẽ: φ Ariſtoteles per dictos motus nõ intelligit illa tria gña mot⁹:ſꝫ ſpẽs motus localis:que ſunt plures. Mõ oẽs tales eſſe in loco,nemo eſt,qui dubitat:⁊ ita v̾bum [dicti motus] nõ ad gña motus:ſꝫ ad modos ſiue ſpẽs motus localis refertur. Et ſi hoc mõ itelligitur:tũc text⁹,vt Auerroes ait,cõtinebit duas rõnes. Pꝛima erit φ ſi aĩa per ſe mouetur:tũc ipſa aut augebit̃:aut diminuet̃:aut alterabitur:aut mouebit̃ de loco i locũ:aut plurib⁹ hoꝝ:aut oib⁹ mouebitur:qḋ relinqt tãq̃ꝫ euidẽter falſuꝫ. Scḋa rõ ẽ ſi aĩa mouetur ⁊ nõ accidẽtaliter:tũc motus inerit ſibi nãliter:⁊ intelligitur de locali:nã ſi ꝑ ſe mouetur, q̃uis ꝑ ſe ſpẽ mot⁹ mouetur/mouetur motu locali:qm̃ mot⁹ localis eſt p̃m⁹ mo/

tuū. ergo ſenſus erit ſi aīa mouet͛: ⁊ non accidētal͛r. motus localis inerit ſibi ꝑmo nālit͛: ⁊ ita aīa per ſe mouebit͛ motu locali. Si aūt h̄ erit. ſ. vt moueat͛ aīa per ſe motu locali: ⁊ locus inerit ſibi ē͛t nālit͛: ꝓbat: oēs eñi dicti motus ſuple locales ſunt i loco. Et ſic pꝫ ſol͛o ꝑma. ¶ Sꝫ occurres [Dubit°] q꞉ nō cōpetit mot⁹ localis alicui qḋ mouet͛ alia ſpecie motus: niſi mouet͛ per ſe ſm illā ſpēm: bñ eñi valet aīa mouet͛ per ſe aliquo hoꝝ vel plurib⁹ hoꝝ vel oīb⁹ his: ergo inerit ſibi ꝑus motus localis nālit͛. ſꝫ vbi moueret͛ per accidēs alteratiōe: nō opꝫ, vt ſibi inſit motus localis nālit͛. Albedo eñi per accidēs mouet͛ alteratiōe: ⁊ tñ nō ineſt ſibi motus localis nāl͛r. ¶ Soluit Auerroes dupl͛r: ꝑmo cōcedendo aīaꝫ poſſe dici alterari per ſe apud antiquos: nam alteratio aliquo mō eſt in alterato eſſential͛r: quo conceſſo ſequit͛ eam moueri ſm locū: vt deductū eſt. [Soluit Auer. ꝑ] ¶ Scḋo ſoluit ꝙ dato ꝙ alteratio ſibi competat per accidens: adhuc ſequitur aīam moueri per ſe in loco: q꞉ alteratio eſt diuiſibilis: ⁊ nō niſi rōne ſubiecti: vt d͛r 6° phyſicarū auſcultationum. ergo ſubiectū alteratiōis de albo in nigrū erit diuiſibile: quo cōceſſo: ſequet͛ ipſuꝫ eſſe mobile ſꝫ locū. ⁊ ita ſiue aīe cōpetat alteratio ꝑ ſe: ſiue per accidēs: ſequit͛ ſibi nālē eſſe loci mutationē: q꞉ qcqd cōcedit͛: opꝫ cōcedere ipſam eſſe corpus. [Sol͛. 2°] ¶ Sꝫ dices quo mō dici pōt alteratiōnē eſſe diuiſibilē rōne ſubiecti: ſequit͛ eñi eo dato illā eſſe per accidens diuiſibilē: ⁊ ita alteratio pōt ſeorſuꝫ per ſe alia diuiſione a diuiſione ſubiecti dici diuiſibilis, vt vector q per accidēs mouet͛ motu nauis / d͛r per ſe mobilis motu ꝓprio. [Replicatio.] ¶ Rñdet Auerroes alteratiōnē dici per accidēs diuiſibileꝫ rōne ſubiecti alia ſpecie ipſius per accidēs ab ea quā Ariſt. ſupius deſcripſit. [Sol͛. Auer.] Auerroes eñi cōmēto ꝓximo ſubdiſtinxit per accidēs: naꝫ aliud eſt per accidēs ſimpl͛r, cui nihil competit per ſe: aliud ſm qḋ cui aliqd per ſe cōpetit. Uult igit͛ Ariſtotelē deſcripſiſſe ꝑ accidēs ſcḋo mō: at alteratio d͛r per accidens diuiſibilis ꝑmo mō: q꞉ ſibi diuiſibilitas nullo mō cōpetit niſi rōne ſubti. Hec ſol͛. Auer. ⁊ declaratio eoꝝ: que ipſe v͛bis obſcuris tradidit. ¶ Mihi tñ nō placēt hec: expoſitio eñi hec extorquet v͛ba Ariſt. qm̄ de motu locali nihil meminit niſi in ſingulari: poſtea dicit in plurali numero [oēs dicti motus.] q̄re refert verbū hoc ad q̄tuor dictos motus: quorū meminit i plurali nūero. [Cōfuta°] ¶ Preterea Simplici⁹ ⁊ Them̄. q fuerūt greci: retulerūt verbū hoc ad q̄tuor dictos mot⁹: ⁊ nō ad ſpēs mot⁹ localis. ¶ Simplicius ita inqt ad v͛bū. [Sol͛. Simpl͛.] Qḋ igit͛ nullo corporeoꝝ ſm ſe mouet͛ aīa, ex loco rememoratū eſt: qcūqꝫ eñi ipſoꝝ motū, vel corp⁹ eſt: vel cōpoſitū, vt aīal. Hec aūt in loco: ⁊ hoc indicat dictos motus eſſe in loco, vt qui inſunt exiſtēti in loco hoc eſt alibi ꝓprias habenti ꝑtes, vt partibiles exiſtētes partibilis ſint act⁹. Hec Simplicius ad verbū: qb⁹ innuit ſol͛. ꝙ / vꝫ / dicti mot⁹ ſunt in loco rōne mobiliū: q꞉ qcqd mouet͛ per ſe quocūqꝫ illoꝝ motuū, eſt in loco: q̄re ſi aīa aliquo hoꝝ motuū mouebitur per ſe: ſibi locus ꝑ ſe inerit. ¶ Hāc ſolutionē reſellit expoſitor nr̄, ⁊ recte, q꞉ nō ſaluat lr̄am Ariſt. [Que Tho.] Ariſtoteles enim dicit h⁹ motus eſſe in loco, ⁊ nō ſm locum. Modo ſi rōne mobiliū hi motus eſſent i loco: nō tm̄ eſſent in loco: ſꝫ ſm locum: qm̄ rōne mobiliū oēs eſſent acqſitiui loci: ⁊ ita oēs eſſent i loco, ⁊ ſm locū. Preterea fortius ſi ita intelligitur, eſſet petitio ꝑncipij: q꞉ Ariſtoteles intēdit deducere ꝙ aīa eſſet in loco per hoc q꞉ oēs dicti motus ſunt in loco. Si igitur dicti motus eſſent in loco: quia ea que ijs mouent͛ motibus / ſunt in loco: tunc anima eſſet in loco: quia anima eſt in loco: ⁊ ita eſſet petitio principij. ¶ Melius ergo expoſitor intelligit: ait enim eſſe differentiam inter eſſe in loco, ⁊ eſſe ſm locum ſiue ad eſſe locum. [Sol͛. Thome recta.] Illud enim eſt in loco, qḋ vel loco circūſcribitur: vt corpora: vel loco coaſſiſtit (vt corporee affectiones. Illud vero ſm locū ſiue ad locum: qḋ eſt loci acquiſitiuū vel variatiuū ad ꝓpoſitum motus localis eſt ſm locū ſiue ad locum: q꞉ eſt loci acqſitiuus. auctio ⁊ diminutio ſunt ſm locum / ſiue ad locū: q꞉ ſunt loci variatiui: at oēs ſunt in loco: q꞉ coaſſiſtunt loco. Motus eniꝫ localis auctio ſiue diminutio, ⁊ alteratio ſunt in loco: quia coaſſiſtūt loco: nō enim fieri poſſunt niſi in loco ſint coexiſtēter. ¶ Quare recte valet rō Ariſto. ſi aīa per ſe mouet͛: anima eſt per ſe in loco: qm̄ oīs dicti motus ſaltē coexiſtēter ſunt in loco. [Uis rōnis Ari.] ¶ Scḋa dubitatio eſt: q꞉ nō v͛r abſurdū aīam eſſe in loco: q꞉ iſti ponūt eā moueri. ergo cogunt͛ illā ponere eē in loco. [2ª dub° ꝑncipal͛.] ¶ Auerroes dicit eſſe abſurduꝫ: q꞉ cuꝫ aīa erit in loco: erit mota motu locali nec͛io. [Que Auer.] Addit vnum nō ſatis ad ꝓpoſitum / oē qḋ mouet͛ aliquo illoꝝ duoꝝ motuū: moueri localiter: ⁊ nō ꝯuertit. Sed ſiue iſtud ſit ad ꝓpoſitū / ſiue nō: aīam eſſe in loco apud Auerroē eo eſt abſurdum: q꞉ ſequit͛ illā motā eſſe local͛r. ¶ Themiſtius ē͛t, vt mihi videt͛, idē dicit. ait enim ꝙ ſi corpus eſt aīa: ꝑfecto ꝓpriū ē͛t locuꝫ ſibi deſiderat. at qualis nam hiccine dabit͛: certe quēcunqꝫ attuleris: illuc aīa per nāꝫ ꝯferret. [Que Them̄.] Ecce quo mō aīa ſi eſt in loco / ipſa erit localiter mota aliqñ ad illum, ⁊ nālit͛ qḋ ⁊ Auerroes, ⁊ Themiſtius relinquūt tāq̄ꝫ aperte abſurduꝫ. ¶ Sed hec ſol͛o pace tantoꝝ viroꝝ dixerim: nō tollit dubitationē: qm̄ multi cōcedunt aīam rōnalem: de qua hic ꝑncipaliter eſt diſputatio: moueri, ⁊ motā etiā local͛r: imo tenēt eā regredi, ⁊ ingredi corpa, qḋ ſine locali motu fieri nō v͛r. [Qualis hec ſol͛o] ergo iſtud abſurdū: qḋ relinquūt, lꝫ ſit falſuꝫ: tñ veteres nō reputarēt illud abſurdū. ¶ Expoſitor aūt dicit primo hoc ad qḋ Ariſtoteles deducit: in ſequentibus demr̄ari eſſe abſurdum: q̄re ſufficit in ꝓpo͛ͥ eſſe deductuꝫ ꝙ ſi aīa mouet͛ per ſe: ipſa erit per ſe in loco. nā h̄ eſſē ipoſ͛e / poſtea dicet͛: ⁊ hec ſol͛o mihi ſatiſfacit valde. nō eniꝫ opꝫ ponere cap͛lꝫ in cap͛lo. [Que expoſitor.] Nō ꝯtentus tñ hac ſol͛. al͛r illud eſſe abſurdū oñdit: nam ſi aīa eſſet in loco, oporteret ſibi aſſignari locū ꝓpriū in corpe ſepatū: quo aſſignato, nō eſſet forma toti⁹ corpis: ſed illius partis tm̄: que ſibi pro loco aſſignaret͛. ¶ Hanc rñſionē indicat doctus Simplicius ⁊ inqt: aīa v͛o nō eſt in loco: tota. n. vbiqꝫ corpi pñs eſt: vt ⁊ vltima ipſius vita docet tactiua tota in vna quaqꝫ nr̄ꝫ pñs ꝑticula. [Que Simpl͛.] Diuerſis eñi ſenſibiliū partib⁹ incidentiū eadē perceptiua: ⁊ idētitatem ipſoꝝ, ⁊ diuerſitatē iudicās nō ſm partes ſuas: ſꝫ ſm totā ſeipſam oīum: qm̄ ſil͛e, vt ſi h̄ qdē ego: hoc aūt tu ſenſeris. Hec Simplicius: in qb⁹ v͛bis, pꝫ aīam eſſe in loco. ideo videri abſurdū: q꞉ tūc nō eſſet forma toti⁹ corpis ſꝫ illi⁹ ꝑtis: que ſibi locus aſſignaret͛: mō h̄ v͛r ipoſ͛e: q꞉ illa eſt in toto: ⁊ in q̄libet parte: ⁊ totius, ⁊ cuiuſlibet partis forma: quod Simplicius iudicio ſumpto a v͛tute tactiua demr̄auit: que eſt aīe ꝓpria ⁊ vltima vis: ⁊ percipit͛ i toto: ⁊ in q̄libet ꝑte corpis exiſtere. nā tactilib⁹ qbuſuis partib⁹ noſtri corpis occurrentibus: mox perſentire videmur illa: qḋ nō eēt, niſi tactiua vis eſſet in toto, ⁊ in q̄libet totius corpis particula. Quare nō pōt ipſi aīe aſſignari locus ꝓprius in corpe: nec pōt totū corpus eſſe locus aīe: ⁊ cūꝫ locus locato ſit equalis: aīa v͛o ſi eſſet corpus: tenuiſſimū ⁊ paruū valde eſſet: vt dixerūt veteres: ⁊ multo min⁹ nr̄o corpe. ¶ Tertio dubitat Simplicius quo mō non alteretur aīa: nam videmus eam mutari ex imperitia, vel vitio, in virtutem, vel in ſciētificū habitū: q̄litates enim habitus ſunt. [Dubit° Simpl͛.] ¶ Soluit Simplicius eiuſmodi tranſmutationes non anime eſſe, ſed aīalis: quia ſiunt poſt paſſiōes que ſunt totius: nam lꝫ p̄ſentia habitus in aīa ſit ſubitaria: ante talem preſentiam trāſmutatio erat diſcurſibilis in cōpoſito. [Solo.] Uerum de his ſatis abunde in libris phyſice auſcultationis diximus.

¶ Q꞉ ſi ſb͛a ſit aīe ſeipſaꝫ motu ciere: nō ꝑ accidēs inerit ipſi mot⁹ / vt ineſt albedini aut tricubito, mouent͛. n. ⁊ ipſa: veꝝ ꝑ accñs. qppe cū corpus id moueat͛ / cui res tales inſunt. Quapp: ⁊ locus nullus ipſoꝝ eſt, at erit aīe ſine ꝯtrouerſia loc⁹ ſi nā motus ꝑticeps eſt. [Argyr.]

[Tex. 39] ¶ Si aūt eſt ſubſtātia aīe mouere ſeipſaꝫ: non ſm accidēs ipſuꝫ moueri ſibi inerit: ſicut albo: ⁊ tricubito. Mouent͛ eniꝫ ⁊ hec: ſed ſm accidēs. Cui enim inſunt: illud corpus mouet͛. Unde ⁊ nō eſt ipſoꝝ locus. Aīe autem erit. Siquidem natura motu participat.

COMMENTARIUM.

¶ Suppoſuit de mēte illoꝝ aīam ꝑ ſe: ⁊ nō ꝑ accñs ſeipſam mouere: at nūc h̄ qḋ ſuppoſuit de mēte illoꝝ oñdit eē de illoꝝ mēte. nā Plato 10° lib. de legib⁹ definit aīaꝫ ꝑ h̄ ꝙ ſeipſam mouet: q̄ illa nō ꝑ accñs mouet͛: q꞉ ſi motus ꝑ accñs illi ineſt: nō erit de eius definitiōe: nā q̄ ꝑ accñs ſunt: nō igrediunt͛ definitiōes eoꝝ: quoꝝ ſunt ꝑ accñs. Inqt, ſi aūt ē ſb͛a ſiue definitio ſb͛alis aīe mouere ſeipſaꝫ moueri, ſiue ipē motus nō ſm accñs ſibi inerit: ſicut ꝑ accñs motus ineſt albo, ⁊ tricubito rōne ſubiecti: cui inſunt. ⁊ hoc ait: mouent͛. n. ⁊ hec. ſ. albū ⁊ tricubitū: ſed ſꝫ accñs: q꞉ illud corpus: cui inſunt, mouet͛: motu cuius hec ꝑ accidens moueri dicimus. ¶ Sed mox occurres, ſi hec mouent͛: an ſit aſſignādus locus eis. ⁊ ſi non: cur aīe qdeꝫ aſſignat͛: his autem minime. ¶ Rñdet Ariſt. ⁊ inqt, vñ ⁊ nō eſt ipſoꝝ locus ſupple niſi per accñs, vt eſt ipſoꝝ motus. Anime autē erit ꝑ ſe locus ſm iſtos: q꞉ anima ſm hos natura atqꝫ per ſe motu participat: ⁊ ita per ſe loco participabit. ¶ Quo vero ad verba attinet ꝑ albuꝫ ⁊ tricubitū: nō corp⁹ albū: ⁊ tricubitū intelligit: ſic. n. albū ⁊ tricubitū eſſent ꝑ ſe in loco: ſed accñs ipſum vꝫ albedinem, ⁊ tricubitatē itelligit Ariſtoteles: ſic. n. hec accidentia, vt non ꝑ ſe ſunt: ſic nec per ſe mouētur: nec per ſe ſunt in loco. ¶ Cōfuſor libroꝝ Ariſtotelis Auerroes hunc locum extorquet: ait enim Ariſtotelem hactenus declaraſſe aīam moueri vno trium motuū ſi mouetur per ſe: ⁊ demonſtraſſe eſſe impoſſibile illam moueri motu locali: q꞉ (vt dicebatur) ſequitur illam eſſe per ſe in loco: nunc ait Ariſtotelem declarare aīam moueri non poſſe motu alterationis: nec motu auctionis vel diminutionis: q꞉ ſi anima moueret͛ per ſe alteratione, aut auctione / ipſa eſſet primū mouēs in corpore tali motu: hoc aūt eſt impoſ͛e: q꞉ primū mouēs aſſignari pōt in motu locali: in ceteris v͛o minime: vt i libro de ſubſtātia orbis ipſe expoſuit. dixit. n. nihil ꝑ ſe alterari aut augeri niſi corpus: corpus autē primū mouens alteratiōne vel auctiōne eſſe non poteſt: q꞉ ſaltē rōne alicuius partis erit tale. Et hoc ait hic, ⁊ h̄ec eſt quaſi cauſa quare in his duobus motib⁹ nō inuenit͛ ꝑmū mouēs ex ſe: vt inuenitur in motu locali. Sic igitur apud Auerroem Ariſtoteles poſtq̄ꝫ demonſtrauit aīam nō poſſe moueri ꝑ ſe motu locali / per hoc / q꞉ ipſa eſſet per ſe in loco: oſtendit ipſaꝫ non poſſe per ſe moueri alteratione: vel auctione: eo quia in talibus nō datur aliquod per ſeipſum mouēs: quoniam albedo ⁊ tricubitum non alterantur niſi ratione corporis: cui inſunt hec. [Que Auer. Cō. 39°] ¶ Sed Auerroes dubitat contra ſe: q꞉ in alteratione pꝫ album eſſe tale per accidēs ratione corporis cui ineſt albedo: nam corpus cui ineſt, per ſe alteratur: ſed dubium eſt de auctione: q꞉ quod augetur eſt corpus augmētabile: hoc aūt non per ſe auget͛: ſꝫ rōne ꝑtium: ergo tricubitum non per accidens rōne corporis augebit͛: ſed rōne partium corporis: Cuius oppoſitum dicit Ariſt. cum inqt. Cui enim hec inſunt: illud corpus mouet͛. [Du° Auer. ꝯ ſe.] Quare motus auctionis per accñs competit tricubito: ⁊ per accidens toti corpori: cum corpori inſit rōne ꝑtiū. ¶ Soluit Auerroes Ariſtotelem per ea que huic inſunt, intelligere corpus, ⁊ partes corpis: q꞉ in qualitate eſt corpus ſubiectum in auctione ſunt partes corporis: in qbus eſt iſte motus. ¶ Hec Auerroes: que ita verbis Ariſtotelis conueniunt: vt igni aqua: ꝑmo. n. errat circa intentionē textus: q꞉ Ariſtoteles non demonſtrat eſſe impoſ͛e aīam moueri alteratione vel auctione: ſed exponit bene ad mentem Platonis eſſe ſumptum aīam per ſe moueri: q꞉ ipſum moueri ponitur in aīe definitione. [Errores Auer.] ¶ Scḋo errauit circa verba textus: extorquet. n. illa oīno: maxime cū ait Ariſto. intelligere per ea que huic inſunt: corpus, ⁊ ꝑtes corporis: q꞉ non video cui corpus: ⁊ eius partes inſunt: maxime cum ſeipſum exponat. d. Cui. n. inſunt: illud corpus mouetur: eſt ne alius ſenſus, niſi album ⁊ tricubitum moueri per accidēs: quia illud corpus cui ipſa inſunt: mouet͛ ꝑ ſe: certe alius eſſe nō pōt. ¶ Et ꝓpterea pace tāti viri dixerim expōnes ei⁹ ſunt plerūqꝫ extorſiones: aut concluſiones: in quibus nos qñqꝫ delectati detruſi fuimus in aniles fabellas. [Quales auerrois expōnes.]

¶ Preterea ſi nā motu ciet͛: vi quoqꝫ moueri pōt. ⁊ ſi vi mouet͛: ⁊ nā moueri pōt. Eodē mō de q̄ete quoqꝫ dicere poſſum⁹. in hoc. n. natura res quieſcere ſolet: in qḋ ſuapte natura mouetur. in hoc pari modo vi plane quieſcit: in quid vi pulſa mouetur. Atqui motus erūt aīe violēti quieteſue: neqꝫ ſi fingere volumus aſſignare facile poſſumus. [Argyr.]

[Tex. 40] ¶ Amplius aūt ſi natura mouetur: ⁊ violētia mouetur: ⁊ ſi violentia: ⁊ natura. Eodem autem modo ſe habet: ⁊ de quiete: in qḋ enim mouetur natura: ⁊ in hoc q̄eſcit natura. Similiter autem ⁊ in qḋ mouetur violentia: ⁊ quieſcit in hoc violentia: quales autem violenti motus anime erūt: ⁊ quietes: neqꝫ fingere volentibus facile eſt reddere.

COMMENTARIUM.

¶ Scḋo arguit Ariſt. ⁊ ſumit duo: primum eſt ꝙ oē qḋ nā mouet͛: violēter ē͛t mouet͛: ⁊ eꝯ. ¶ Scḋꝫ ē ꝙ oē qḋ mouetur ad aliqd nāl͛r: in illo ē͛t q̄eſcit nāl͛r: ⁊ eꝯ oē qḋ in aliquo quieſcit nāl͛r: ad id mouet͛ nāl͛r. ⁊ de q̄ete ⁊ motu violēto ſil͛r: nā oē qḋ mouet͛ ad aliqd violēter / in illo q̄eſcit violenter: ⁊ eꝯ in quo vi q̄eſcit: ad illud vi mouet͛. ¶ Ex his duobus ſequit͛ aīe cōpetere q̄etes ꝑ nāꝫ: q꞉ ei competit motus per nām. ⁊ aīe cōpetere quietē violētā: q꞉ ei cōpetit mot⁹ violētus: quare aīe aliq motus erūt nāles, aliq violēti. Similiter quietes aliq̄ nāles: alique violente. hoc deſtruit dicēs: quales aūt violenti aīe motus erunt, ⁊ quales violente quietes: neqꝫ fingere volētib⁹: facile eſt reddē. ¶ Auerroes reſoluit hanc rōnem ad duos ſyll͛os hypotheticos: quoꝝ primus eſt ſi aīa mouetur nālit͛, mouet͛ violenter: ſed non mouet͛ violēter: ergo nec nālit͛ mouebit͛. [Que Auer. cō. 40°.] Scḋs v͛o cōponit͛ ex duobus ſyllis hypotheticis continuis ſiue cōditionalib⁹: in quoꝝ vtroqꝫ deſtruit͛ conſequens: ⁊ concludit͛ oppoſitum antecedētis: hoc modo, vꝫ, ſi aīa mouet͛ nālit͛, quieſcit nālit͛: ſꝫ aīa nō quieſcit nālit͛: ergo non mouet͛ nāl͛r. Minor ꝓbat͛ 2° hypothetico ſic, ſi aīa q̄eſcit nāl͛r: q̄eſcit violenter: ſꝫ non q̄eſcit violēter, vt pꝫ. ergo non q̄eſcit nāl͛r. Q꞉ ſi non q̄eſcit nālit͛: nec mouebit͛ nālit͛: ⁊ habetur idem qḋ prius. Sed hec reſol͛o textus acuta eſt. Ariſtoteles tñ deducit ad hoc abſurdum. vꝫ. ꝙ aliqui motus aīe erunt violenti: ⁊ alique quietes etiam violente, qḋ ideo putat abſurdum, q꞉ nō facile diſcerni pñt motus violenti a motibus nālibus aīe, ⁊ quietes violente a nālibus. [Abſurdū Ari. quale.] ¶ Themiſtius aūt ait hoc abſurdum patere, q꞉ aīatū corpus ſepe vi, ⁊ contra nām moueri cernimus, qñ alieno impulſu, aut colliditur, aut iacit͛. aīe h⁹ aliquos motus, aut quietes nullo vnq̄ꝫ tp̄e vidimus. Alioquin per nām ꝯrij, ⁊ aduerſantes motus ad aīam ꝑtinerent. [Que Them̄.] ¶ Qḋ abſurdum

Expoſitor ſimplicius.

pace Themiſtij dixerim non valeret: q2 lȝ ipſe nõ videt motus aīe violētos: alij viderūt. ¶ Propterea meli⁹ Expoſitor ⁊ Simplici⁹ declararūt h̄ eē abſurdū: dixerūt.n. nullos aīe mot⁹, nullaſq3 qetes violētas eē: q2 oēs actiões: ſiue q̄nis aīe pfectiões, ſunt volūtarie. Rõnalis.n. vita tota ē volūtaria: vñ vt Simplici⁹ inqt, ⁊ in tyrānicis neceſſitatibus appetaīe volūtariū vel reſiſtētis, vel nõ, ⁊ quodā mõ volūtarie ad nc̄itatē inclinātis. Q2 ſi tota rõnalis vita volūtaria eſt: relinqt aīe rõnalis mot⁹ ⁊ qetes oēs eē volūtarios: nõ g̊ ſūt violēti nā, vt Simplici⁹ iqt, volūtario ꝯriū ē violētū. Plato aūt de aīa rõnali locut⁹ eſt, velut alij pores q̄ſi nullā aliā cognoſcētes aīam. ¶ Sed dubitares ꝯ pmā ſuppõnē: nā lȝ oē qð mouet violenter moueat vel ſit aptū nāl'r moueri: q2, vt Auerroes ait violēt⁹ mot⁹ nõ itelligit niſi reſpectu nālis: tñ nõ oē qð nāl'r mouet, violēter mouet: vl' ē aptū moueri: q2 celeſtia corpa mouent nāl'r, q̄ tñ violēter moueri nõ pñt. ¶ Huic dubitationi rñdet pm⁹ expoſitor q lȝ rõ in ſe ꝯſiderata ē falſa. tñ vt ē ad ꝓpoſitū eſt vā: nā antiq phi ponebāt aīaȝ de nā elntoꝝ nec ponebāt aliqð corpus moueri niſi elntū vel qð eſſet de nā elnti. Et de tali corpe verū eſt q qcqd nā mouet: ⁊ violētia mouet: ⁊ ecõuerſo.

Dubitatio.

Argyr. ¶ Atq multas dubitatiões ac difficultates Empedocl' hĩe ſnĩaȝ/corꝑeiſ iꝗȝ el'ntiſ ⁊ ſibi ſil'ibꝰ coḡſci res ſingl'as: teſtat' id qȯ expientia late pȝ. Partiũ.n. aĩaliũ corpoꝝ ee q̃ ſunt ſimpl'r terre/ vt oſſa/nerui/pili: nihil ſentire vĩr. quare neqȝ ſimilia ſibi, at oportebat tñ.

¶ Qꝛ aũt multaſ dubitatiões: ⁊ difficultates hẽat: dicẽ ſicut Empedo. ꝙ corꝑeis elemẽtis ſingula cognoſcunt': ⁊ ad ſl'e: teſtatur: qȯ nũc dictũ eſt. Quecunqȝ enĩ inſunt ĩ aĩaliuȝ corporibus ſimpliciter terre: vt oſſa: nerui: pili: nihil ſentire videntur. quare neqȝ ſimilia: ⁊ tamen conueniebat.

COMMENTARIVM.

¶ Speciatĩ, vt plȝ Themiſtio, ⁊ Simplicio/ Ari^les^ rephẽdit Empeđ. in eo ꝙ dicebat aĩaȝ ꝑ terrã cognoſcere, ac ſentire terrea. nõ.n. aĩaduertit eas maxime aĩaliũ ꝑtes minie ſentire: q̃ terreſtriores ſ't: vt oſſa/pili/ ⁊ id genus. Vñ. dic. Qꝛ aũt, dicere ſic Empeđ. dic. ſ. ꝙ corꝑeis el'ntis ſingula cognoſcunt'/ ⁊ ad ſil'e. vȝ. ꝑ terrã/terrã, ⁊ ꝑ ignẽ/ignẽ: multas dubitatiões ⁊ difficultates habeat: teſtat' qȯ nũc dcm̃ eſt, ħ eſt qȯ nũc dicẽdũ eſt. ſumpſit.n. dictũ eſt. ꝓ dcm̃ eſt, vt Simpliciꝰ aĩaduertit ꝑ ꝑ ꝑticulã cãlẽ.n. que reddit cãȝ. cur qȯ dicit Empe. dubitatiões habeat. Vñ exponit abſurda, ⁊ dicit. Que cũqȝ.n. ꝑtes que ſ't ſimpl'r terre/ ħ ẽ maxime terreſtres/ ĩſunt aĩaliũ corꝑibus, vt oſſa/nerui/ pili/ vngues/ nihil ſentire vĩr. q̃re neqȝ ſilia aĩa cognoſcet ꝑ ſilia, qȯ tñ ↄuẽibat dici ſtãdo in opĩone Empedoclis. ¶ Quo vȯ ad v̂ba attiet, Simpliciꝰ notat, ꝙ nerui nõ ſentiũt, cuiꝰ ↄ̃riũ dixerũt medici obſeruatõe moti, nã ex pũctura neruorũ fit dolor ſpaſmoſus. Egidiꝰ dixit Ari^lem^ ꝑ neruoſ ĩtellexiſſe neruoſ terreſtres, nõ ſubtiles. nã ſubtiles ſentiũt, terreſtres vȯ nõ ſentiũt. veꝝ res hec eget ↄſideratiõe: de q̃ nunc hactenus. Nõ enim in exẽplo debemus multũ immorari.

Argyr. ¶ Preterea: cuiqȝ ꝑ̃ncipioꝝ maior ignoratio q̃ȝ cognitio ĩerit nimiꝝ: vnũqȯqȝ.n. coḡſcet vnũ: multa aũt ignorabit. cetera nãqȝ oĩa.

Tex.80 ¶ Amplius aũt vnicuiqȝ ꝑ̃ncipioꝝ ignorantia amplior q̃ȝ intelligẽtia inerit. Cognoſcet enim vnuȝ: vnumquodqȝ: multa autẽ ignorabit. omnia enim alia.

COMMENTARIVM.

¶ Themiſtiꝰ ĩtelligit hãc rõnẽ ꝓpo mõ, vult.n. ꝙ data põne Empedo. aĩa plus ignoraret, q̃ȝ ſciret: qm̃ ſciret ſolũ ea el'nta, q̃bus ↄſtaret, cetera aũt alia ab el'ntis neſciret: q̃bꝰ nõ cõſtaret. Iuxta quã expõnẽ lege v̂ba. Amplius aũt vnicuiqȝ ꝑ̃ncipioꝝ ħ eſt vnicuiqȝ el'ntoꝝ inerit amplior ignorãtia q̃ȝ ĩtelligẽtie: ħ ẽ merito el'nti quo ↄſtat aĩa, magis aĩa ignorabit q̃ȝ ſciet, cognoſcet enĩ vnũqȯqȝ elemẽtũ vel ꝑ vnũqȯqȝ el'ntũ ſolũ vnũ, multa aũt ignorabit: qꝛ ignorabit oĩa alia ꝑter illud vnũ: ex quo ↄſtat aĩa. Quã expõnẽ tȝ Simpliciꝰ. ¶ Alij ꝑ ꝑ̃ncipia ĩtellexerũt ſubãs ſeparatas. Vñ dicũt ꝙ data põne Empeđ. tũc vnicuiqȝ intelligẽtiaꝝ maior ignorãtia inerit q̃ȝ ſcia. Que expoſitio friuola eſt, qꝛ Empedocles tales ſubãs ſepatas nõ cognouit, nec dixit ipſas cõponi ex elementis. ergo grecis expoſitoribus credendum eſt.

Argyr. ¶ Fit etiã Empedoclis eadẽ ſnĩa: vt deus ſit amẽtiſſimꝰ: qppe cũ ipſe ſolus vnũ el'ntorũ nõ ↄꝑhẽdat ipaȝ diſcordiã iq̃ȝ: mortalia v̂o cũcta coḡſcãt cũ ex vniuerſis ſingula ↄſtẽt.



¶ Accidit aũt ⁊ Empedocli inſipiẽtiſſimũ eẽ deũ. Solus enim elemẽtoꝝ vnũ nõ cognoſcet: diſcordiam: mortalia autem: omnia. Ex omnibus enim vnumquodqȝ eſt.

COMMENTARIVM.

¶ Preterea argumẽtat', ſi cognoſcẽs tot coḡſcit, ex quot cõſtat. ḡ deꝰ, quẽ põit Empeđ. eẽt oĩuȝ aĩaliũ cognoſcitiuoꝝ ĩſipiẽtior. ꝓbat' ꝙ deꝰ quẽ ponit Empe. eſt celũ qȯ ↄſtat ſolũ q̃nqȝ ꝑ̃ncipijs. ſ. q̃tuor el'ntis, ⁊ amicitia. Lite v̂o nõ conſtat ſm Empe. alioq̃n celũ eẽt corruptibile, vt Auer. deducit. Si ḡ deꝰ nõ ↄſtat lite/ nõ cognoſcet litẽ. at oĩa aĩalia cognoſcitiua ↄſtãt ſex ꝑ̃ncipijs. ſ. q̃tuor el'ntis, lite ⁊ amicitia: ⁊ ſic coḡſcũt hec oĩa, deꝰ aũt cũ ignorabit litẽ: ĩſipiẽtiſſimꝰ erit ceteris. Vñ dic. Accidit aũt ⁊ Empedocli ĩſipiẽtiſſimũ eẽ deũ/ deducit, qꝛ ſolus deꝰ, q eſt celũ ex q̃nqȝ el'ntis/eſt, ⁊ vnũ ñ coḡſcet. vȝ. diſcordiã. nõ.n. ex illa ↄſtat, eẽt.n. mortalis. Cetera ãt aĩalia mortalia coḡſcitiua oĩa coḡſcũt: qꝛ vnũ qȯqȝ eoꝝ ex oibꝰ eſt. ¶ In ħ loco ↄſueuit ſũmi de decreto Ariſtotelis deũ nõ ignorare mortalia/ alioq̃n deꝰ eſſet hoie inſipiẽtior, vt ipſe argumẽtatur contra Empedoclem.

Qꝛ ideȝ coḡſcat mortalia.

Argyr. ¶ Preterea dicat oȝ oĩno/ quã ob cãȝ nõ hñt aĩam oĩa: cũ oẽ quod eſt/ aut ſit elemẽtũ/ aut ex elemento vno vel pluribus vel oibus cõſtet. neceſſe eſt enim omne qȯ eſt: aut vnum quid aut quẽdam/ aut vniuerſa cognoſcere.

Tex.81 ¶ Oĩno autẽ: propter quam cãm nõ oĩa que ſunt: hñt animam: cũ omne aut elementum ſit: aut ex elemento vno: aut pluribus: aut oibus? Neceſſe enim eſt vnum aliquod cognoſcere: aut quedam: aut omnia.

COMMENTARIVM.

¶ Simpliciꝰ/ Themiſtiꝰ/ ⁊ Auer. velle vĩr ꝙ Ariſtoteles inferat oẽ ens nãle debere cognoſcitiuã aĩam hr̃e. Naȝ, vt Simpliciꝰ deducit/ ĩtell's ⁊ aĩa cognitiua ſũt apud Empe. el'nta ⁊ que ſunt ex el'ntis. ergo ꝑ ↄuerſionẽ el'nta: ⁊ q̃ ſunt ex elemẽtis erũt aĩa ⁊ intell's vel aĩata ac intellectiua: ⁊ ita oĩa erũt aĩata aĩa cognoſcitiua. ¶ Vel forte Ariſtoteles ꝑ oĩa q̃ ſunt, intelligit miſta/ ⁊ tũc querit oĩno aũt, ac vĩr ꝑꝑ quã cãm nõ oĩa miſta que ſunt: habẽt aĩam? Cũ omne aut elemẽtũ ſit: aut miſtũ ex elemẽto/ vno/ aut pluribꝰ/ aut oibus? quaſi dicat. vĩr vt oĩa miſta habeant aĩam, qꝛ neceſſe eſt omne miſtũ aliqȯ vnũ cognoſcere, ſi ↄſtat vno elemẽto: rũ: aut neceſſe eſt miſtũ cognoſcere quedam elementoꝝ, ſi ↄſtat q̃buſdã/ aut neceſſe eſt miſtũ cognoſcere oĩa ſi conſtat oibus. Locutus eſt aũt diſiũctiue: qꝛ nõ expoſcit pñs indagatio/ an miſtũ eſſe poſſit ex vno elemẽto vel pluribꝰ. ſatis aũt ſit hr̃e ꝙ ſi cognitio ſit ꝑ ſimile: omne miſtũ erit animatum anima cognoſcente: quod eſt contra poſitionem.

Argyr. ¶ Dubitabit ẽt nõ iniuria q̃ſpiã: q̃dnaȝ id ſit qȯ ipa ↄtinet atqȝ vnit. el'nta nãqȝ: materiei ſil'ia ſunt. Atqȝ ꝑ̃ſtabiliſſimũ id eẽ pȝ: qȯ ↄtinet/ q̃cq̃d id tãdẽ ſit. at neq̃t eẽ q̃cq̃ȝ: ꝑ̃ſtabilius aĩa/ qȯ q̃dẽ dñet'. ⁊ magis etiã: intellectu. maxime eniȝ rõni ↄſonũ eſt: hũc oĩa preceſſiſſe/ ⁊ preſtantiſſimũ oĩuȝ ⁊ nã dñm eſſe. Illi aũt elementa q̃ ſunt precedere cenſent.

Tex.82 ¶ Dubitabit aũt vtiqȝ aliq̃s ⁊ q̃d eſt tandem vnũ faciẽs ipſa? Mã enim vident' ⁊ elemẽta eſſe. Principaliſſimuȝ aũt eſt illud: quod ↄtinet: qȯcuũqȝ eſt. Aĩa aũt aliquid eſſe melius ⁊



lius ⁊ preſtãtius: impoſſibile eſt. Impoſſibilius adhuc: intellectu. rationabiliſſimũ eniȝ eſſe hunc antiquiſſimum: ⁊ dominũ ſm naturã. Elementa aũt dicunt eſſe prima entiũ.

COMMENTARIVM.

¶ Themiſtius reſoluit hunc textum in tres rationes. Prima eſt, cur anima ſit vna res, ſi elementa: ex quibus cõſtat anima ſint multa. Secunda/ qꝛ elementa potius materie ſimilia videntur, q̃ȝ forme, ergo ſunt potius ꝑ̃ncipia patiendi q̃ȝ cognoſcendi. Tertia ſi anima conſtaret ex elementis, oportet eſſe aliquã preſtantiorem ac excellentiorem naturam eſſe: que illa elementa vniat. modo in animali nihil eſt intellectu atqȝ ipſa anima preſtãtius. verum rõnes iſte non poſſunt verbis Ariſtotelis applicari. ¶ Propterea Simplicius ſolum ex verbis Ariſtotelis vnam rationem facit, quaȝ Ariſtoteles vigorare videt' interrogando ↄ̃ Empeđ. cum dicit. Dubitabit autem vtiqȝ aliquis, ⁊ quid eſt tandem vnũ faciens ipſa elemẽta: vt ex ipſis reſultet anima? Quod vero/ elementa non faciant ſeipſa vnum in anima, probat, cum dicit. Materia enim videntur ⁊ elementa eſſe. ergo aliquid oportet eſſe ꝙ illa faciat vnuȝ. Materia enim nec facit ſe, nec facit ſe vnum. vnde, vt Simplicius inquit, omne corpus ſiue ſit ſimplex/ ſiue compoſitum eſſe nõ habet per ſe/ nec a ſeipſo: ſed eſſe habet ſm alterum formale/ ⁊ ab altero efficiente: vel finali cauſa. quare elementa non poſſunt fieri vnum per ſe, nec a ſeipſis. ¶ Cum declarauit ꝙ faciens elementa vnam animam, non ſint ipſa elementa/ probat, ꝙ faciens elementa vnam animam non ſit aliquid preſtantius anima vel intellectu: ⁊ primo ſumit quale eſſe debet, qȯ facit animam vnam ⁊ elementa vnam animam, ⁊ dicit. Principaliſſimũ autem eſt illud qȯ continet, quodcunqȝ eſt/ anima auteȝ (vt inquit) aliquid eſſe melius ⁊ preſtantius impoſſibile eſt. Impoſſibilius adhuc eſt aliquid eſſe melius ac preſtantius intellectu/ immo eſt maxime rationi conſonum hunc intellectum eſſe antiquiſſimuȝ ⁊ dñm ſm naturam. Sic igitur ſi elementa fiunt vna anima, vel fiunt vna anima a ſeipſis. ⁊ hoc non, quia ſunt materia. vel ab aliquo digniori ipſa anima ac intellectu, ⁊ hoc minime/ nihil eſt in nobis dignius aĩa ac intellectu. Preterea ipſi faciunt elementa prima entium: ergo nihil poſſunt ponere preter elementa. ¶ Quo v̂o ad verba attinet, cum Ariſtoteles dixit, nihil eſſe melius anima: Simplicius intelligit eorũ que ſunt in nobis. nam ſimpliciter aliquid eſt anima melius, ⁊ per intellectum Simplicius intelligit rationalem animam. Vis aũt rationis eſt, elementa fiunt vna anima: vel a ſeipſis, vel ab ipſa anima, vel ab aliquo preſtantiori anima, cum a nullo hoꝝ elementa fieri poſſint vna anima. ergo falſum eſt elementa fieri vnam animam. Hec eſt vis rationis ſm Simplicium.

Argyr. ¶ At enim nemo prorſus de omni anima dixit: nec eoꝝ qui cenſent ipſam ex elemẽtis: ideo conſtare/ qꝛ ſentit cognoſcitqȝ ea que ſunt/ nec etiam eorum qui maxime motiuuȝ ipſam aſſerunt eſſe. non enim oĩa mouẽtur: que ſentiunt. ſunt enim animalia nonnulla que non mouent' loco: ⁊ tamẽ hoc ſolo motu anima videtur animal agitare.

Tex.83 ¶ Omnes autem ⁊ qui ex eo ꝙ cognoſcit ⁊ ſentit ea que ſunt: ex elemẽtis dicunt ipſaȝ: ⁊ qui maxime motiuũ: non de omni dicunt anima. neqȝ enim ſenſitiua oĩa/ motiua ſunt. Videntur enim eſſe quedã animalium mãſiua ſm locum: ⁊ tamẽ videtur hoc ſolo motu mouere anima animal.



COMMENTARIVM.

¶ Scđm Simplicium Ariſtoteles intẽdit declarare ꝙ nulla definitio data de anima ab antiquis/ eſt cõmunis omni anime. Empedocles enim dixit ꝙ anima eſt ſubſtantia cognoſcitiua ex omnibus elementis cõpoſita. Alij dixerunt ꝙ anima eſt ens maxime motiuum. Vult igitur ꝙ nulla harum definitionum eſt omni anime cõmunis. ⁊ hoc proponit/ dicens, omnes autem ⁊ qui ipſam eſſe ex elementis dicunt ex eo/ quia cognoſcit ⁊ ſentit ea, que ſunt: ⁊ qui dicunt ipſam eſſe ens maxime motiuum, hec non dicunt vt de omni anima cõmunes definitiones: nulla enim harum definitionum eſt cõmunis omni anime. propoſita v̂o intẽtione/ declarat illam, ⁊ primo ꝙ ens maxime motiuuȝ non ſit cõmonis anime definitio: qm̃ non omnia ſenſitiua ſunt motiua/ ſiue mobilia: ⁊ tamen ſunt animata ⁊ animalia, ſimiliter nec plante ſunt mobiles, ⁊ tamen ſunt animate. Vnde dicit. Neqȝ eniȝ ſenſitiua omnia motiua ſunt ſui ipſorum. nam videntur quedam animalium eſſe manſiua ſm locum, vt conche, ⁊ ſpongie/ ⁊ id genus: ⁊ tamen hoc ſolo motu qui eſt ſm locuȝ: anima videtur mouere animal. quare ſi hoc motu animalia quedam non mouent', dicunt' animalia manentia. Addit autem hoc, quia omnia animalia augentur ⁊ diminuuntur, omnia etiam dilatantur ⁊ cõſtringuntur: ⁊ tamen non dicuntur mobilia. Moueri eniȝ ſm locum conſtituit ſolum gradum animalium motiuuȝ. quia igitur veteres voluerunt animam eſſe ens maxime motiuum ſm hunc motum. Iure errauerunt, quia nõ oĩa animalia hoc motu mouentur: nec omnia animata. Et dixit Ariſtoteles ꝙ anima videtur ſolo ſm locuȝ motu mouere animal: quia vt Simplicius dicit, nullo extrinſecus adiutore concurrente aliquando poteſt anima mouere animal. at augere non poteſt animal/ niſi concurrentibus cibarijs. Preterea nec poteſt anima facere, vt animal ſentiat, niſi concurrentibus extrinſecus ſenſibilibus. Hec Themiſtius ⁊ Simplicius.

¶ Similiter ⁊ eorũ qui tam ſenſitiuum q̃ȝ intellectum ex elementis cõficiunt: nemo animã omnem complectitur. viuere nanqȝ videntur plante: at expertes ſunt tamen ⁊ lationis ⁊ ſenſus. animalium quoqȝ cõplura ſunt: que mente rationeqȝ vacant. Argyr.

¶ Similiter autem ⁊ quicunqȝ intellectum ⁊ ſenſitiuum ex elementis faciunt. Videntur enim plante viuere non participantes loci mutatione: neqȝ ſenſu. ⁊ animalium multa intelligentiam non habere.

COMMENTARIVM.

¶ Declarat nunc ſm. ſ. quod definitio data ab Empeđ. de anima. ſ. ꝙ ſit ſubſtantia cognoſcitiua/ ex omnibus elementis compoſita. vt omnia cognoſcat/ non ſit cõmunis omni anime, quia non competit plantis. Unde dicit. Similiter autem ⁊ quicunqȝ intellectum ⁊ ſenſitiuum ex elementis faciunt, vt Empeđ. qui dicit, ꝙ anima eſt ſubſtãtia cognoſcitiua ex omnibus elementis compoſita, vt omnia cognoſcat, ſic dicentes ſimiliter cõmunem omni anime definitionem non aſſignarunt, quia (vt inquit) videntur plante viuere/ ⁊ habere animam/ non participantes loci mutatione/ nec ſenſu. ⁊ videntur etiaȝ multa animalia habere animam/ que intelligentiam non habent. ergo definitio hec aſſignata de anima non eſt communis omni anime.

¶ Qꝛ ſiq̃s ⁊ hec illis cõceſſerit/ intellectumqȝ Argyr.

partem eſſe poſuerit anime ⁊ identidem ſenſitiuum: neqȝ ſic de omni anima/ neqȝ de vlla tota dicere videbuntur.

Tex.84 ¶ Si autē aliquis ⁊ hec cōceſſerit: poſueritqȝ intellectum partem aliquam anime: ſimiliter autem ⁊ ſenſitiuum: neqȝ vtiqȝ ſic dicent de omni anima: neqȝ de tota: neqȝ de vna.

COMMENTARIVM.

¶ Ut placet Simplicio, hic Ariſtoteles dat vnam ſolutionem, que eſt de mente Pythagore/ ⁊ Empeđ. Pythagoras enim dixit ꝙ anima eſt quid compoſitum ex parte intellectiua/ ⁊ ſenſitiua, ⁊ ꝙ anima ſit vna ſpecie: que exit ⁊ intrat homines ⁊ bruta. Empeđ. vero dixit, ꝙ hec eadem eſt anima plantarum/ ⁊ cum exit ab homine/ intrat plantas aliquando. Concedunt ergo iſti, ꝙ nec eſſe ens maxime motiuum eſt anima/ nec eſſe ſubſtantiam cognoſcitiuam/ ſiue intellectiuam: ſed animam dicunt eſſe compoſitum ex his tribus vnam ſpecie in omnibus viuentibus. Unde dicit. Si autem aliqs ⁊ hec conceſſerit. ſ. ꝙ eſſe ens maxime motiuum ſolum ſit anima/ nec eſſe intellectiuum ſolum ſit anima/ nec eſſe ſenſitiuum ſolum ſit anima: poſueritqȝ intellectum partem aliquā anime. Similiter autē ⁊ ſenſitiuum/ ⁊ ſupple etiam motiuum/ ita vt anima ſit cuius hec tria ſunt partes/ que eſt vna ſpecie in omnibus. Obijcit contra, ⁊ dicit. Neqȝ vtiqȝ ſic dicent, de omni anima/ ⁊ quia omne poteſt accipi pro toto/ ⁊ pro quolibet, exponit quaſi omne pro toto, ⁊ dicit. Hoc eſt ſupple neqȝ de tota/ neqȝ de vna/ hoc eſt iſti ſic dicentes de nulla tota anima dicunt. verbum enim illud neqȝ de vna pro nulla ſumpſit, vt Simplicius intelligit, verbum vo neqȝ de tota expoſitiuum eſt illius verbi de omni. Quaſi ergo Ariſtoteles velit dicere ꝙ ſic dicentes de nulla tota anima dicunt, quia vt Simplicius inquit, per hoc non habentur quot, ⁊ que ſunt omnes anime facultates: cum non expoſuerint vegetabilem/ augmentatiuam/ ⁊ ceteras anime facultates.

Argyr. ¶ In hoc eodē errore vr̄ eſſe ⁊ ea ſententia: que carminibus Orphicis fertur. dicit enī Orpheus: aiam ferri ventis/ ⁊ ex toto ingredi reſpiratione. Id aūt nequit ipſis accidere plātis: neqȝ quibuſdā itidem aialium. quippe cum haud vniuerſa reſpirent. qđ quidē eos preterijt: qui ita de anima cenſuere.

¶ Hoc autem ſuſtinuit: ⁊ que eſt in Orphicis vocatis carminibus ratio. Dicit enim aiam ex toto ingredi reſpirantibus latā a ventis. Non enī poſſibile eſt plantis hoc accidere: neqȝ animalium qbuſdā: ſiquidē nō omnia reſpirant. Hoc autem latuit ſic opinantes.

COMMENTARIVM.

¶ Orpheus vo, vt Simpl. narrat, voluit animam ſiue vitam eſſe reſpirationem/ vel aerem ſpirabilem, vt Them̄. inquit. Cauſas vero agentes ac motiuas totales eſſe ventos, ſine qbus anima nunqȝ animat particulare corpus. Contra obijcit Ariſtoteles, quia non omnibus animatis competit hoc. non enim plantis competit. ergo ratio Orphei eundem errorem habere videtur, quem alie opiniones habent. Unde dicit. Hoc autem ſuſtinuit, ⁊ ratio ſiue opinio/ que eſt in his carminibus, que referuntur Orphei. In illis enim carminibus dicit animam eſſe latam ac motam a reſpirantibus ventis, ⁊ ex toto aere/ qui eſt animal ingredi corpora. Contra quod obijcit, ⁊ dicit. Nō. n. poſſibile eſt plantis hoc accidere, neqȝ quibuſdā animalibus, ſiquidem nō omnia reſpirant, vt piſces, addit ꝙ hoc latuit Orpheum: credebat enim ipſe omne animal reſpirare, qđ falſum eſt. Similiter falſū eſt omne animatum reſpirare.



¶ At vo ſi conficere aiam ex elementis oporteat: non ex vniuerſis cōtinuo ꝯficiēda eſſe videt. altera nanqȝ pars ꝯtrarietatis: ſufficiens eſt ſeipſā oppoſitamqȝ diſcernere. recto enī ⁊ ipſum rectum vt patet/ ⁊ obliquū cognoſcim⁹. regula nāqȝ: iudex eſt vtriuſqȝ at obliquum: nec ſui plane/ nec recti. Argyr.

¶ Si vo ex elemētis animā facere oportet: non oportet ex omnibus. Sufficiēs enī eſt altera pars ꝯtrarietatis ſeipſā diiudicare: ⁊ oppoſitam. Recto enī ⁊ ipſū/ ⁊ obliquū cognoſcimus. Iudex enī vtrorumqȝ canō eſt. Obliquū autē neqȝ ſuiipſius: neqȝ recti. Tex.85

COMMENTARIVM.

¶ Ut Simplicius cōtinuat, cum Ariſtoteles ꝓbauit ſimpl'r ꝙ anima nō ſit ex elemētis ad hoc, vt cognoſcat elementa: nunc probat eam non oportere eſſe ex omnibus elementis ad hoc, vt cognoſcat omnia elementa. qm̄ ſufficit vt ſit ex altero ꝯrioꝝ, vt anima cognoſcat illud, ⁊ illi oppoſitum, ⁊ dicit. Si vo ex elementis animā facere opȝ, ſupple vt elementa iudicet, non opȝ animā facere ex omnibus elementis/ vt ſupple iudicet omnia elementa. Quod ꝓbat ⁊ dicit. Sufficiens enim eſt altera pars ꝯrietatis ſeipſam iudicare, ⁊ oppoſitam, hoc eſt ideo anima nō debet ex elementis omnibus conſtare: qꝛ ſufficit, vt conſtat ex altera ꝯrietate ad hoc, vt per illam iudicet ipſem, ⁊ eius oppoſitam. Qđ exemplo probat lineaꝝ, vt Simplicius ⁊ Auer. expoſuerunt, ⁊ dicit. Recto enim hoc eſt linea recta, ⁊ ipſum hoc eſt lineam rectam, ⁊ obliquum hoc eſt lineam curuam cognoſcimus. Sumpſit enī rectū, vt Simpl. dicit, pro exemplo forme ac habitus. Obliquum vo pro exēplo priuationis. Canon enim hoc eſt regula, q̄ eſt linea recta/ eſt vtrorūqȝ iudex. ſ. recti ⁊ curui. At obliquū neqȝ ſui eſt iudex/ neqȝ recti. ¶ Sed Simplicius dubitat, qꝛ vnum oppoſitum non eſt iudex ſui ⁊ eius oppoſiti, niſi eius oppoſitum dicat ſolam priuationem: vt pȝ 3° huius. Quādo enim dicit habitum: pōt per ſe cognoſci. Cum igit quodlibet elemētum ſit ens poſitiuū, ⁊ nō ſola priuatio: videt ꝙ alterū non poſſit eſſe iudex ſui ⁊ alterius: ſed qđlibet debet eſſe iudex ſui. Reſpondet Simplicius ꝙ hoc dicat Ariſtoteles non ꝙ ita ſit, ſed de ſui conſuetudine: qua conſueuit frigidum dicere priuationē calidi/ ⁊ ſiccū priuationem humidi. Uult igit ꝙ Ariſtoteles argumentetur ex hypotheſi. ſ. dato ꝙ ita ſit. ſ. ꝙ frigidum ⁊ ſiccum ſint priuationes, nam ſi ita eſt, ſufficit vt anima conſtet calido ⁊ humido. Simili rōne intelligit exemplum. vult enim curuum accipi loco priuationis, rectum loco forme, non ꝙ curuum ſit priuatio: hec ex commentario Simplicij: que diligentius tertio huius videbuntur. Dubitō Simplicij.

¶ Sunt ⁊ qui in toto vniuerſo permiſtam ipſam inquiunt eſſe. Quocirca forſitā ⁊ Thales: oīa plena deorum eſſe putauit. Argyr.

¶ Et in toto autē quidam ipſam miſtam eſſe dicunt. Unde fortaſſe ⁊ Thales opinatus eſt omnia eſſe plena dijs. Tex.86

COMMENTARIVM.

¶ Ut recte Thomas continuat) cum Ariſtoteles diſputauit cum eis, qui dixerunt animā eſſe ex elemētis, hic quaſi obiter diſputat cū eis, qui dixerūt animā eſſe in elementis. dico q̄ſi obiter, qm̄ hec queſtio, vt recte innuit Simpl. ſpectat ad librū de celo. vbi agit de aiatione celoꝝ, ⁊ elemētorū, ⁊ ſpectat pro parte 3° hui⁹. vbi idē diſputabit. Procedit aūt ſic, qꝛ ꝑ narrat opinionē/ ⁊ opinionis auctorē, ⁊ dicit. Et in toto mūdo, ⁊ in elemētis qdā veterū ipſā animā miſtā eſſe dicūt. Hi enim, vt Them̄. inqt, ſunt/ qui animam dicūt per q̄tuor elementa/ ⁊ per nām reꝝ oīum iniectam/ fuſamqȝ equabil'r oēs mundi partes vegetare/ animareqȝ. Auerroem vo explicat, ⁊ dicit. Vnde hoc eſt ꝑpter quam cām. ſ. qꝛ oīa ſunt aīata fortaſſe ⁊ Thales opinatus eſt oīa eſſe plena dijs. Cui, vt Them̄. inqt, illud cōgruebat, Iouis oīa plena. Hanc opinionem Zeno viſus eſt velle, qui deum meare, ac ꝑtinere per oēm ſbam cenſuit. Dixit enī in hoīe intellectuali deū eſſe intellectū, in aīali animam, in corporibus nālibus nām. In nā vo affecta dixit deū eſſe affectionē ac habitū, quā poſitionē nō ſpreuit Plato, cuius in Timeo hec ſunt verba/ cum deus inqt animā in medio collocaſſet, per vniuerſū infudit, ⁊ ꝑ oēm globū porrigi iuſſit: ⁊ corpus ei exterius induit. Eſt tm̄ hec oīa ꝙ Thales viſus eſt velle aiam omniū eſſe deū. Plato vo omniū animā aſſerit eſſe ſbā ab ipſo deo creatā: quā Maro in 6° oſtēdit cum dixit. Fuſamqȝ per artus, mens agitat ⁊ molem: ⁊ reliqua. ¶ Uarro vo romanus Thaletis imitator dixit deū eſſe mūdi animā, ⁊ in celo eſſe celeſtē animā, in hoīe intellectum, ⁊ in aīali aīam, ⁊ in plātis vitam, ⁊ in ceteris elementis ⁊ miſtis nām. ¶ Uenit aūt intātum hec poſitio, ꝙ vſqȝ ad tēpora noſtra nōnulli ꝓphani religionis peſſundatores nulla rōne moti dixerūt deū eſſe formā oīum cōpoſitorum totū in oībus ac toto mundo/ ⁊ totū in q̄libet parte: cuius reprobatio libro nr̄o de intellectu querat, vt poſtea dicet Ariſtoteles. Cur vero Ariſtoteles dixit oīa eſſe plena dijs, ⁊ non deo/ nō ſit nobis difficile, qꝛ vtroqȝ modo dicere potuit. tm̄ per verbū illud dijs, intelligit diuinas virtutes, quibus oīa plena ſunt. nā ſi in oībus deus eſt, in oībus erunt virtutes diuine, qbus plena ſunt oīa/ ſi deus ſit in oībus.



Argyr. ¶ Hoc aūt dubitationes hȝ nōnullas. Quā enī ob cām aīa in aere quidē vel in igne ſi ineſt nō facit aīal/ in miſtis autē facit: ꝓſertī cum in illis videatur eſſe preſtantior?

¶ Hoc autē habet quaſdam dubitationes. Propter quā enim cām in aere: aut in igne aīa cum ſit: non facit aīal: ſed in miſtis: ⁊ hec cum in illis melior eſſe videatur?

COMMENTARIVM.

¶ Obijcit cōtra poſitionē querendo qōnes, quas cum non poſſint ſoluere, relinquit poſitio falſa, ⁊ dicit. Hoc autem, (Si hec poſitio detur) habet quaſdā dubitationes, quarū pᵃ eſt, ꝑpter quā cām in aere aut in igne cum aīa ſit, nō facit aīal: in miſtis vo cum ſit, facit, ⁊ potiſſimū cum hec aīa in illis duobus elementis melior eſſe videat. ḡ cum in illis eſt, videt magis aīal cōſtituere. eſt ergo queſtio cum aīa in elementis ſit melior (vt ſupponit) cur non facit, vt ignis ſit animal, vel aer ſit animal, ⁊ cum in miſtis ineſt/ facit miſtum animal. Hec eſt queſtio, ⁊ quidem optima.

Argyr. ¶ Queret etiā quiſpiam: quā ob cām anima ea que eſt in aere/ preſtabilior eſt ac imortalior ea que in animalibus ineſt?

¶ Queret autem vtiqȝ aliquis: ⁊ quā ob cām que in aere anima eſt: ea que eſt in animalibus: melior eſt ⁊ immortalior?



COMMENTARIVM.

¶ Hec eſt 2ᵃ queſtio, in qua, vt Simplicius dicit, vnū ſupponitur. ſ. ꝙ anima, que eſt in elementis: melior ſit ⁊ imortalior ea anima, que in animalibus. Querit vero cauſam, ⁊ hoc dicit. Queret autem vtiqȝ aliquis, ⁊ quā ob cām anima que eſt in aere/ vel in igne/ ea anima: que eſt in animalibus, melior eſt, ⁊ immortalior? ergo ſupponit quia eſt: querit vero propter quid eſt.

¶ Utrobiqȝ aūt: emergit quoddā abſurdū ⁊ rationis egrediens metas nam ignem aut aerē animal eſſe dicere: rōnis egredit fines. ⁊ aſſerere rurſus animalia nō eſſe/ ſi inſit in ipſis anima: perabſurdum eſt ſane. Argyr.

¶ Accidit autē vtroqȝ modo inconueniens: ⁊ irrationabile. Etenim dicere animal ignē ⁊ aerem: irrationabiliū eſt: ⁊ nō dicere animalia: cum anima inſit: incōueniens eſt. Tex.87

COMMENTARIVM.

¶ Quia queſiuit qōnes, circa primam inſiſtit, ⁊ oſtendit pro vtraqȝ eius parte difficultatē, ⁊ dicit. Accidit autē vtroqȝ modo dicēdo magnū abſurdū ⁊ irrationabile. Etenim (vt inqt) ignē dicere aīal vel aerem dicere aīal/ eſt de numero irrationabiliū: imo cōtra ſenſum. Non enim videmus aerem vel ignē ſentire: aut locali motu moueri, nec videmus ei ineſſe aliqđ opus anime. Similiter ⁊ non dicere aerem ⁊ ignē animalia, cum anima eis inſit, eſt inconueniens, potiſſimum cum aīa, que elementis ineſt: ſit nobilior anima animalium. ergo pro vtraqȝ parte ſunt rationes, quare dicendum eſt in elementis non eſſe animam.

¶ Uidētur autē ideo putaſſe in his animam eſſe: qꝛ totū ⁊ partes eiuſdē ſunt ſpeciei. Argyr.

¶ Opinari autē vident animā eſſe ⁊ in his: qm̄ totū cum partibus eiuſdem ſpeciei eſt. Tex.88

COMMENTARIVM.

¶ Cum poſuit opinionē, ⁊ reprobauit illā, nunc vult ponere rationē, qua mouebat opinio, ⁊ reprobare rōnem illā. Uerū ratio, qua mouebat Thales dupliciter pōt exponi. Uno modo vt illā exponit Themiſtius. Alio modo, vt illam exponit Simplicius, ⁊ Thomas atqȝ Auer. vtraqȝ tamen expoſitio ſumit hāc ſuppōnem, ꝙ in elementis pars eſt eiuſdē rōnis cū toto: vt pars ignis cum toto igne, pars aeris cum toto aere, pars aque cum tota aqua, pars terre cum tota terra. Hanc ſuppoſitionē omnes arbitrātur. Tunc hac ſuppōne ſumpta, Themiſtius addidit, ſed portiuncula aque, que decerpitur in aīaliū miſtura, eſt aīata, ergo tota aqua erit aīata. Similiter de aere/ poteſt addi, ſed aeris portiuncula: que in miſtura eſt, eſt animata, ergo totus aer: ſimili rōne induci pōt de igne, ac terra. ¶ Simplicius vero magis iuxta verba/ addit ſed pars aeris intercepta in corporibus animalium per inſpirationem, ⁊ expirationē eſt cauſa, quare animalia ſunt animata. ergo illa pars aeris intercepta per expirationem ⁊ inſpirationem erit maxime animata. Sed cum totum ⁊ pars ſint eiuſdem rationis, fit vt ſi illa aeris pars ſit animata/ totus aer ſit animatus. Hec breuibus Simplicius innuit, que Thomas prolixius repetit: ⁊ Auer. proſequitur.

¶ Quare neceſſe eſt ipſos/ ⁊ aiā ⁊ ꝑtes eiuſdē eſſe dicere ſpēi: ſi aīalia ex eo fiūt aīantia/ quia in ipſis aliq̄ pars cōtinētis recipitur. Argyr.

¶ Quare neceſſarium eſt ipſis dicere ⁊ aiam ſimilis ſpeciei cum partibus eſſe: ſi qꝛ inter

cipitur aliquid de ipſo continente in animalibus animata animalia fiunt.

COMMENTARIVM.

¶ Narrata ratione/qua mouebantur ad dicendum aerem vel elemētum eſſe animatū, nunc (vt placet Simplicio) ponit abſurdum cōtra illam rōnem: quaſi cōuertendo rōnem ad oppoſitū: ⁊ argumētatur hoc pacto: ſi quia portiuncula aeris, que facit aialia animata/eſt animata, totus aer eſt animatus, oportet dicere ꝙ ſicut totus aer eſt eiuſdē rationis cum ſuis partibus: ita oportet dicere totā animam, que eſt totius aeris, eſſe eiuſdem ſpēi cum oībus partialibus animalibus partiū aeris, ⁊ ita oēs anime eſſent eiuſdem ſpēi, vt oēs partes aeris ſunt eiuſdē ſpēi. hoc autē (vt Simplicius ⁊ Themiſtius oſtendunt) eſt cōtra experientiam, quia anima eius partis aeris, que eſt in hoīe/vel per miſturam/vel per ſpirationem: eſt intellectiua ac rōnalis. Anima vō eius partis aeris, que eſt in animali/eſt ſenſitiua. anima deniqꝫ eius partis aeris, que eſt in miſtura plantarum, eſt vegetabilis. ergo nō oēs anime/partiū ſunt eiuſdem rationis cum anima totius aeris. Sic enim oēs anime eſſent eiuſdem ſpēi inter ſe. Unde dicit. Quare neceſſariū eſt ipſis dicere ⁊ animā totius aeris eſſe ſimilis ſpeciei cum partibus hoc eſt cum particularibus animabus/que ſunt partium aeris, que reperiuntur in diuerſis miſtis, dico ꝙ hoc ſequitur ſtante eorum ratione. ſ. ſi quia intercipitur aliqd de ipſo aere nos continente in aialibus animata aialia fiunt. nam ſicut ipſi argumētantur totum aerē eſſe animatum: quia illa pars aeris eſt animata/quū totum ⁊ pars ſint eiuſdem ſpeciei; ſic argumētabor de partibus anime hoc eſt de partialibus animalibus: que ſunt anime partiū aeris, ꝙ ſint eiuſdē ſpeciei cum anima: que eſt totius aeris. Qua rōne euenit, vt oēs anime ſint eiuſdē ſpēi: ſicut oēs aeris partes cum toto aere ſunt eiuſdem ſpēi. Hoc autem tanqꝫ aperte abſurdū ariſtoteles dereliqt, nec ab eis cōceſſum. ¶ Expoſitiones aūt, quas Auer. vel alij afferunt hic, non ſunt ad mentem Ariſtotelis, nec verbis conuenientes.

Argyr. ¶ Qꝛ ſi aer quidem diſcerptus eiuſdē eſt ſpeciei/anima autem eſt diſſimilium partiū: patet aliā ipſius partē ineſſe/aliam nō ineſſe. Neceſſe eſt igitur ipſā: aut ſimiliū eſſe partiū: aut non in quacūqꝫ totius ineſſe parte.

¶ Si autē aer qdē diſcerptus ſimilis ſpeciei ſit. Aia aūt diſſimilaris: aliqd qdem ipſius inerit: patet: quoniā aliud nō inerit. Neceſſe eſt igitur ipſam aut ſimilarem eſſe: aut nō eſſe in qualibet parte totius.

COMMENTARIVM.

¶ Refellit reſpōſionem, que poſſet dari pro defenſione opinionis. Poſſet enī aduerſarius dicere/bene aerem partialem cum vniuerſo aere eſſe eiuſdem ſpēi: ⁊ ſic ſi pars aeris erit animata/totus erit animatus: partes tamē anime cum anima totius aeris nō eſſe eiuſdem ſpēi: quia anima partis aeris, que eſt in miſtura plante: eſt alterius ſpēi ab anima partis aeris, que eſt in miſtura hoīs/vel aialis. Et ſic negant ita eſſe de tota anima ad partiales animas, ſicut eſt totus aer ad partes aeris. ¶ Contra obijcit ſubtiliſſime: qꝛ ſi pars anime vel partialis anima non eſt eiuſdem ſpēi cum anima totius aeris, non ſequitur partialis anima ineſt aeri animalibus permiſto. ergo anima ineſt toti aeri. Non enim opꝫ a parte inferre ita eſſe in toto: niſi pars ⁊ totū in oībus ſint eiuſdē ſpēi. Immo videtur implicare ꝯdictionem totum aerem ⁊ partes eſſe eiuſdem ſpēi: ⁊ formam vel animā totius, ⁊ formas vel animas partiū eſſe alterius ſpeciei, cum differētia ⁊ cōueniētia ſpecifica non ſumantur/niſi a formis: que differūt vel cōueniunt. Unū dicit. Si aūt aer quidē diſcerptus: qui. ſ. diſcerpitur a toto, qꝛ eſt in animatis ꝑmiſtus ſimilis ſpēi ſit cum toto aere. anima vero eius alterius ſpēi cum aia totius: ita vt bene aer ⁊ aer ſint ſpēi eiuſdē: nō autem anima ⁊ anima. ¶ Contra hāc rñſionem mox obijcit, ꝙ tunc aliqd qdē ipſius anime, hoc eſt ꝙ tunc aliq̄ partialis aia inerit partiali aeri. ſ. animatis ꝑmiſto. pꝫ qꝛ aliquid nō inerit, hoc eſt in vno aere anima inerit. ſ. qui in miſtura erit, ⁊ in alio. ſ. qui eſt extra miſturā: nō inerit. ¶ Quo vero ad verba attinet, in alio greco codice hec verba ſic legūtur. [Aliqd qdē ipſius inerit/vt pꝫ. aliqd aūt non inerit:] ⁊ tunc clara ſunt. eſt enim ſenſus/ſi anima totius aeris, ⁊ anime partiū aeris non ſunt eiuſdē ſpeciei, tunc totus aer, ⁊ ſue partes nō erunt eiuſdem ſpēi, nō enim animata ſunt eiuſdē ſpēi, niſi qꝛ anime ſunt eiuſdem ſpēi. Si totus aer ⁊ partes nō ſunt eiuſdem ſpēi: tunc non oportet ſi aliq̄ pars aeris/ſit aīata/vt totus aer ſit animatus. Propterea concludit ꝙ ſi totus aer, ⁊ partes eius ſint animate: neceſſariū ſit animam eſſe ſimilarē ⁊ eiuſdem ſpēi in toto aere, ⁊ oībus aīatis, qđ eſt cōtra experiētiā: vel nō oportet animā eſſe in toto ⁊ in qualibet parte totius aeris: qđ eſt cōtra rōnē eorum: ⁊ ſic habetur eoꝝ rōnem eſſe friuolā: cū argumentantur totū aerem eſſe animatum, qꝛ pars aliq̄ eius eſt animata. ſ. animalibus permiſta. Non enim valet ꝯñtia niſi ſuppoſita conſimilitudine ſpecifica aeris ad aerem, ⁊ anime ad animam: qđ negant, ⁊ eſt cōtra experientiā: hoc pacto hos textus intellexi, vt ex cōmentario Simplicij/ac Themiſtij paraphraxe colligi pōt: ſed ſi tibi aliter videbitur de his, iudicium non recuſabo. ¶ Auerroes hic aſſerit ꝙ qui dicunt animas ac formas, que ſunt actus primi/ſiue ꝑme ꝑfectiones/ꝓciſci non ab agente externo: ſed vi ac neceſſitate materie: iſti coguntur ponere elemēta eſſe animata: ea. ſ. anima: qua animalia ſunt animata: quoꝝ ſunt elemēta. Quā opinionem aſſerit ſentire Alexandrū aphrodiſiū. Ait tamen hanc opinionē eſſe cōtra Ariſtotelē, ⁊ ſilr Democriti opinioni, que dixit omnia euenire caſu. ¶ Sed pace Auer. dixerim, hec non ſunt neceſſaria. nam qui dixerūt rerum formas eſſe vi ac neceſſitate materie: dixerunt non oēs rerum formas eſſe animas/cum nō oēs miſtiones ſint eiuſdē rationis. ⁊ ita nō ſequitur elementa eſſe animata eadē anima/q̄ aialia ſunt aīata: cum elementa non ſint aiata niſi vi miſtionis: que nō eſt in oībus eadē. ¶ Preterea. Qđ īponit Alexandro: ego nō credo. Alexander enim aſſerit oēs effectus nāles ꝓficiſci a natura/⁊ nō ab ipſo deo: ꝓpter hoc illos aſſerit venire neceſſitate nature hoc eſt agētis nālis: vt 3° huiꝰ in collectaneis diximus. ⁊ in libro de intellectu. Que Auer. com. 88

Argyr. ¶ Patet igitur ex dictis: neqꝫ cognitionē ex eo cōpetere aie: qꝛ conſtet ex elemētis/neqꝫ recte vereqꝫ dici motum eidem ineſſe.

¶ Manifeſtū igitur ex dictis eſt: ꝙ neqꝫ cognoſcere ineſt anime: ꝓptera ꝙ ſit ex elemētis. Neqꝫ moueri ipſā bene/atqꝫ vere dicitur

COMMENTARIVM.

¶ Epilogat nunc ⁊ dicit; ꝙ ex dictis patet, ꝙ neqꝫ cognoſcere anime ineſt ex eo/quia ex elementis conſtat, vt dixit Empedo. neqꝫ bene/neqꝫ vere dicitur ipſam moueri, vt dixit Xenocrates ⁊ Plato.

Argyr. ¶ At qm̄ cognoſcere/ſentire/opinari/inſup cupere/deliberare/⁊ oīs appetitiones/ipſius anime/ſunt/motus etiā animalium loco ab aīa fit/⁊ inſuper accretio ſtatus atqꝫ decretio: queret vtiqꝫ quiſpiā vtrū hoꝝ vnūqđqꝫ toti anime cōpetat/⁊ nos itelligamus ⁊ ſentiamus ⁊ moueamur ceterorumqꝫ vnūqđqꝫ agamꝰ patiamurqꝫ tota/an alijs alia ꝑtibꝰ? Ipſum preterea viuere: vtrū in hoꝝ aliquo vno/an in pluribus/an in omnibus cōſiſtat/an ſit eius alia quedam etiam cauſa?

Tex. 89 ¶ Qm̄ aūt cognoſcere aie eſt: ⁊ ſentire: ⁊ opinari: adhuc aūt cōcupiſcere: ⁊ deliberare: ⁊ oīno appetitus. Fit aūt: ⁊ ſm locū motꝰ animalibus ab anima: adhuc aūt ⁊ augmentū ⁊ ſtatus: ⁊ decremētū: vtrū toti anime vnūqđqꝫ hoꝝ ineſt: ⁊ tota intelligimus: ⁊ ſentimus: ⁊ alioꝝ vnūqđqꝫ facimꝰ ⁊ patimur: an partibus alijs alia? Et ipſū viuere aūt vtrū in aliquo hoꝝ vno eſt: aut ⁊ in pluribus: aut ⁊ in oībus: an ⁊ aliqua alia cauſa eſt?

COMMENTARIVM.

¶ Diſputaturus Ariſtoteles cum Platone ⁊ alijs de pluralitate animaꝝ, Mouet duas qōnes: primam de pluralitate animarū: ſcōam vero de cā viuendi. Ut Simplicius longa cōmentatione demonſtrat, ⁊ Themiſtius breui narratione dilucidat. Supponit ergo Ariſtoteles plures eſſe aiales opiniones, vt cognoſcere/ſentire/opinari/concupiſcere/deliberare/appetere, ⁊ ſm locum moueri/augeri/diminui/⁊ id genus, ⁊ querit vtrum oēs iſte oꝑationes in nobis proficiſcantur ab vna eademqꝫ aia: an a pluribus aiabus. ⁊ ſi ab vna anima: vtrum ab eadē eius potētia/an ab vna anima, ⁊ pluribus potentijs. vnde dicit. Qm̄ autē ipſum cognoſcere eſt oꝑatio anime, ⁊ ſentire ⁊ opinari etiā ſunt oꝑationes anime/adhuc aūt ꝯcupiſcere, ⁊ deliberare/⁊ omnino appetitus/ſiue appetere ſunt etiā anime operationes. Fit autem ⁊ ſm locū motus in animalibus ab ipſa anima: ⁊ ita motus ſm locū eſt etiā oꝑatio anime/adhuc autē ⁊ augmentum/⁊ ſtatus/⁊ decremētum ſunt oꝑationes aie. Cum igitur he ſunt anime oꝑationes querit vtrū toti anime vnūqđqꝫ hoꝝ ineſt: ita, vꝫ, vt ⁊ tota vna ac eadē intelligamus/⁊ ſentiamus/⁊ alioꝝ vnumqđqꝫ faciamus/⁊ patiamur/an partibus alijs, hoc eſt an diuerſis partialibus animabus alia atqꝫ alia faciamus. Hec eſt queſtio de pluralitate animaꝝ. ¶ Quo vō ad verba attinet/dixit [faciamus] ꝓpter operationes anime nutritiue: quas facere videmur: dixit [patiamur] ꝓpter oꝑationes cognoſcitiuas, quas patimur. ¶ Deinde q̄rit ſcōam qōnem de ipſo viuere/vtrū ꝑ vnūqđqꝫ hoꝝ operū dicamur viuere/an per plura ſimul/an ꝑ omnia ſimul. Uel ſic, vtrū viuere inſit nobis ꝓpter vnum hoꝝ: que enumerauimus. ſ. tm̄ ꝓpterea qꝛ augemur, ⁊ nutrimur/an non tm̄ propter hoc, ſed ꝓpter plura hoꝝ, vt dicamur viuere, ⁊ propterea qꝛ nutrimur/⁊ qꝛ intelligimus/an ꝓpter omnia hec, ita vt cuicunqꝫ vnū hoꝝ inſit: ipſum viuere dicatur: vel dicimur viuere per aliquam aliam cām ⁊ qdem ꝑter hec omnia: vnde dicit. Et ipſum viuere autem vtrū eſt in aliquo vno hoꝝ, ita vt vno hoꝝ exiſtente/viuere dicamur: aut eſt in pluribus: ita vt pluribus exiſtētibus viuere dicamur/an in omnibus, ita vt omnibus exiſtentibus viuamus/an ⁊ aliq̄ cā alia eſt, preter has, qua viuere dicamur. ¶ Vel lege iuxta ſm ſenſum ſic, ⁊ ipſum viuere autē vtrum ſit in aliquo vno hoꝝ. ſ. tm̄, vt dicamur viuere ſolum, quia nutrimur: aut in pluribus ita dicamur viuere non tm̄ per vnum, ſed ꝓpter plura hoꝝ: aut in omnibus, hoc eſt non tm̄ ꝓpter plura, ſed ꝓpter oīa. ita vt id viuere dicatur: cui vnū hoꝝ ineſt. An ⁊ aliqua alia cauſa eſt preter hec omnia: q̄ viuere dicamur: vtroqꝫ modo legitur a grecis expoſitoribus. Hec de queſtionibus.



¶ Atqꝫ ſunt qui dicunt ipſam eſſe partibilē: noſqꝫ alia eius parte intelligere/alia cupere cenſent. Argyr.

¶ Dicunt vō qdā partibilē ipſam eſſe: ⁊ alia quidē intelligere: alia autē concupiſcere. Tex. 90

COMMENTARIVM.

¶ Nunc diſputat queſtiones, ⁊ primo diſputat primā/nam de illo primo narrat poſitionem Platonis: ſecūdo eam improbat. Quātum ad primum dicit ꝙ quidam voluerūt ipſam animam eſſe ſubſtantia/⁊ ſubiecto partibilem. Poſuit enim Timeus in homine tres animas: quibus exercet homo opera anime: ſenſitiuam quidem in cerebro, ſiue ſenſitiuam/iraſcibilem in corde: vegetabilē in hepate: vel (vt alij dixerunt) Timeus poſuit intellectualem in cerebro: ſenſitiuam in corde/nutritiuam in hepate. ergo anima ſubſtātia/⁊ ſubiecto partibilis eſt.

¶ Quid igitur ipſam ꝯtinet aiam: ſi partibilis ſit? non corpus. quippe cum: ꝯtra potius videtur corpus aia cōtinere. Quapropter ⁊ egreſſa: diſſoluitur corpus atqꝫ putreſcit. Si igitur aliqd aliud ipſā ꝯtineat/vnāqꝫ faciat illud erit potiſſimū aia. At oportebit de illo etiā q̄rere: vtrū vnū/an multarū ſit partiū. Atqꝫ ſi ſit vnū: cur ⁊ aiam cōtinuo non dicimus vnum eſſe? Sin partibile: rurſus ratio q̄ret quidnā ſit illud qđ illud etiā continet? atqꝫ hoc pacto fiet in infinitum abitio. Argyr.

¶ Quid igitur cōtinet aiā ſi partibilis eſt ſuaptenatura? non enim vtiqꝫ corpus: vr enim cōtra magis aia corpus cōtinere. Egrediēte. n. expirat: ⁊ putreſcit. Si igitur aliqd aliud vnā ipſam facit: illud maxime vtiqꝫ erit aia. Oportebit aūt iterū ⁊ illā: q̄rere: vtrū vnū: an multaꝝ partiū ſit. Si enim vnū eſt: ꝓpter quid nō mox: ⁊ anima vnū eſt. Si vō partibilis eſt: iterū ratio quereret: qđ eſt cōtinēs illam? ⁊ ſic vtiqꝫ procedet in infinitum. Tex. 91

COMMENTARIVM.

¶ Preterea contra hanc poſitionem/querit Ariſtoteles. Si anima ſuaptenatura ſubſtantia ⁊ ſubiecto partibilis ſit, quid eſt quod animam continet, vt per ipſam compoſitum animatum ſit vnum? non enim illud continens animam in tali vnitate/poteſt eſſe corpus, quia potius anima videtur corpus continere in vnitate/qꝫ contra corpus animam: cuius ſignum eſt/quia anima egrediente a corpore/corpus diſſoluitur expirat, ⁊ putreſcit. Sin aūt aliqd aliud preter corpus ipſam animam vnam facit/ſi detur licentia fingendi/illud non eſt niſi anima/⁊ ſic oportebit iterum querere ⁊ illam vtrum vnum/an multarum partium ſit. Si enim anima/que facit primam animam vnum quid, ſit quid vnum, propter quid ⁊ non mox ⁊ prima anima non vnum eſt. non enim videtur maior ratio de ſecunda/qꝫ de prima. Sin autem ſcōa anima: que primā facit vnā/eſt quid partibile, iterum ratio queret, quid eſt continens illam in vnitate: ⁊ ſic procedetur ad infinitum. oportet ergo dicere primam animam eſſe ſubſtātia/⁊ ſubiecto vnā: alioquin procedetur in talibus in infinitum.

¶ Dubitabit etiā q̄ſpiam de partibus eius quam vnaqueqꝫ potentiā in corpe habeat. Argyr.

Nam ſi anima tota totū contineat corpus: oporteat ⁊ vnāquāq; etiam partem/aliquā partem corporis continere. Id autē eſſe nō poſſe videtur. quam enim partium corporis intellectus/aut quo cōtinebit pacto fingere quoq; difficillimum eſt.

Tex.92 δύναμιν Pōnem Potētiā ¶ Dubitabit autē aliquis ⁊ de ipſius partibus quā poſitionē habeat vnaqueq; in corpore. Si enim tota anima totum corpus cōtinet: ꝯuenit ⁊ partiū vnāquāq; cōtinere aliquid corporis. Hoc autē aſſimilatur impoſſibili. quam enim partem: ⁊ quō intellectus continebit: difficile eſt etiam fingere.

COMMENTARIVM.

¶ Quia vero opinio aliquorū fuit ꝙ aīa ſit vna ſm ſubſtātiā ⁊ ſubiectū, ptāte plures/vt eſt opinio Ariſt. vt dicit Simplicius: ideo iterū q̄rit de ipſius ptibus: quā pōnē habeat vnaqueq; eaꝝ in corpe: vtrū oēs ſint in q̄libet parte corporis, an alia potentia ſit in alia: ⁊ alia in alia. Queſtio enim hec pro hac pte p̄ma frōte vr̄ rōnabilis/q̄ ſi tota aīa totū corpus ꝯtinet, ita vnaqueq; eius pars d; poſſidere ꝓpriam corpis ptē. Ex alio latere vr̄ hoc ſil'e impoſ'i, q̄ quā partē aſſignabimus ipſi intellectui: difficile enim videtur fingere partē ꝓpriā intellectui: q̄ tūc intellect⁹ eēt vtus organica.

Argyr. ¶ Videmus autē ⁊ plantas diuiſas viuere: ⁊ animaliū inſectoꝝ nōnulla/vtpote animam etſi non numero tamen ſpecie eandē habētia. Itaq; partiū vtraq; ⁊ ſenſū habet/⁊ per aliquod tempus loco mouetur.

Tex.93 ¶ Videnť autē ⁊ plante viuere diuiſe: ⁊ animalium inſectoꝝ quedam: tanq̄ eandē habentia animā ſpecie: ⁊ ſi nō numero. Vtraq; enim partium ſenſum habet: ⁊ mouetur ſm locum ad aliquod tempus.

COMMENTARIVM.

¶ Quod vero partes ſiue potentie anime nō differant ſubiecto/probat exēplo aīaliū inſectoꝝ: ⁊ plantaꝝ, ⁊ dicit. Videtur aūt ⁊ plante diuiſe viuere: vt rami cum a tota planta deciduntur. Et etiam animaliū inſectoꝝ quedam vt lacerta ⁊ vermes/quoꝝ partes diuiſe vſq; ad certum tēpus viuunt, ⁊ mouenť ſm locum: cauſa autē eſt: q̄ partes ille habent animā eandē non numero, ſed ſpē: ⁊ ita quelibet pars illoꝝ h; vitalem potētiā/⁊ motiuā. ergo antē diuiſionem in talibus anima erat vna numero in toto corpore/⁊ oēs potentie erāt per corpus totū, ⁊ per oēm partem corporis. Et in hoc apparet clare error eoꝝ: qui dixerunt in parte aīalis anuloſi nō remanere aīam, niſi in illa parte, vbi manet caput ⁊ cor. Cuius oppoſitū aſſerit hic Ariſtoteles volens in vtraq; parte remanere animā ⁊ potentias oēs, q̄ ꝑerant ſaltem quo ad certū tēpus: verū de hoc in 2° ſatis.

Argyr. ¶ Nec abſurdum eſt: ſi non perdurāt. inſtrumenta nāq; non habent vt naturam cōſeruēt: ſed nihilo minus oēs in vtraq; partiū inſunt/anime partes. Atq; anime partes eadem ſub ſpecie collocantur: ⁊ etiā tota. ille quidem/q̄ non ſeparabiles ſunt: tota autē anima/quia indiuiſibilis eſt.

Tex.94 ¶ Si autem nō permanent: nullū incōueniēs eſt: inſtrumēta enim nō habent: qbus ſaluēt naturā. ſed nihilominus in vtraq; partium oēs exiſtūt partes anime: ⁊ eiuſdē ſpēi ſunt adinuicem: ⁊ toti. Adinuicem quidē: tanq̄ que nō ſeparabile ſunt. Toti autem anime: tanq̄ indiuiſibili exiſtente.

COMMENTARIVM.

¶ Sed dices, ꝙ aīe ptes nō permanēt in ptibus deciſis aīalis inſecti, poſtq̄ fuerit diuiſum. Contra obijcit, q̄ nullum incōueniēs eſt dicere illas non remanere, fortaſſe q̄ partes ille nō habent inſtr̄a, qbus ſaluent nām/vt radices ⁊ os/tn̄ in vtraq; partiū exiſtūt partes aīe, ⁊ ita l; nō remaneat aīa: remanēt eedē potētie: que ꝑerant/ergo potētie nō differūt ſbto, Remanēt dico potētie/q̄ ſunt eiuſdē ſpēi adinuicem/q̄ po^a ſenſitiua in cauda: ⁊ ſenſitiua in capite ſunt eiuſdē ſpēi/ſil'r ⁊ motiua que remanet in cauda ⁊ motiua que remanet in capite: ergo ſingula ſingulis referēdo potētie, que remanent: ſunt eiuſdē ſpēi inter ſe/⁊ ſunt eiuſdē ſpēi toti. ſ. potētie, ante q̄ fuit diuiſa. Quod exponit, ⁊ dicit. Adinuicem qdem ſunt potētie ille eiuſdē ſpēi, q̄ nō ſunt ſpecie ſeparabiles, nā ſenſitiua caudē, ⁊ ſenſitiua capitis eiuſdem ſpeciei ſunt: ſic ⁊ motiua vtriuſq;. Sunt etiā toti anime ſpecie eadem/q̄ anima eſt qd indiuiſibile ſpecie ſm potentias: ⁊ ſic potentie anime non vidētur ſubiecto diuiſe: ſicut neq; ipſa anima. Hec de prima queſtione voluit diſputare.

Argyr. ¶ Videť aūt ⁊ id principiū qd ineſt in plantis: anima quedā eſſe. hec enī ſola: cōis eſt ⁊ plantis ⁊ animalibus. Atq; hec quidem: a ſentiendi principio ſeparatur. ſine aūt ipſa: nihil eſt prorſus quod habeat ſenſum.

Tex.95 ¶ Videť aūt ⁊ qd in plantis principium eſt: anima q̄dā eſſe. Hac. n. ſola cōicant ⁊ aīalia ⁊ plāte. Et hec quidē ſeparať a ſenſitiuo p̄n cipio. Senſitiuū aūt nihil ſine hoc habet.

COMMENTARIVM.

¶ Soluit 2^am q̄ōnem: querebať enī vtrū per vnūq̄dq; eoꝝ animatū dicit̄ viuere, an p vnū oibus prius. Ad formā nō r̄ndet, ſed ad nām dicit duo: p̄miū ꝙ vr̄ id, qd in plantis eſt p̄n^m viuēdi eſſe q̄dā animā. Quod probat, q̄ hac cōicant aīalia ⁊ plāte. niſi enī illud p̄n^m eſſet aīa/nō poſſent aīalia cōicare cū plantis in illo: ꝑſertim cum animalia cōicent in illo cum plātis in eo ꝙ ſūnt aīata, vt nunc ſupponit. ¶ Scōm qd dicit, eſt, ꝙ hec anima que cōis eſt aīalibus ⁊ plantis/ſeparať a p̄n° ſenſitiuo: ſenſitiuū aūt nō ſeparať ab illa aīa. Simili rōne ⁊ de intellectiuo: nā vegetatiuū ſeparatur ab intellectiuo: cōtra vero minime, de mortalib⁹ loquor. ¶ Ex his h̄r ſol'o ad ſrā nā: cōcedo enim ꝙ ſit dabile vnū p̄mum quo aliquid viuit, ⁊ illud habeť p augeri, nutriri, ⁊ minui. Et etiā cōcedo ꝙ per q̄olibet poſterius illo aīatū viuit: qm̄ in poſteriori ſemp includit̄ prius, vt trigonū in tetragono vt 2° huius dr̄. Verū de re hac in 2° dicet plenius. ¶ Hec ſunt: que mihi curſim videntur de hoc libro/vbi ſcias me nihil retuliſſe eoꝝ: que Auer. dicit in cōmentarijs ſuis, qm̄ pene nihil ad ꝓpoſitum verborum Ariſtotelis dicere mihi viſus eſt. Ob malas enim tranſlationes incidit ſepius in aniles errores, quos recenſere viſum eſt mihi ſuperfluum: cum omnia cōmentaria/que in erroribus confecit, videntur penitus inutilia. Expoſitiones vero Simplicij, ⁊ Themiſtij ſecutus ſum, quoniam tetigerunt mentē ⁊ verba Ariſtotelis. ¶ Hactenus de primo libro.

FINIS.



¶ Ariſtotelis de Anima Liber ſecundus.



Argyr. Ictis hiſce que a maiorib⁹ de aīa nobis tradita ſunt: redeamus rurſū op;: atq; enitamur velut ab initio determinare qd aīa ſit/⁊ quenam ſit eius cōmunis maxime ratio.



Tex.1. ἐφ᾽ ὅσον ἕκαστος ἀπεφήνατο. Inquātū vnuſq̄ſq; demrauit. Voniam autē que tradita de aīa ſunt ab alijs: quantū eorū vnicuiq; viſum ſit: prius dicta ſunt. Nunc tanq̄ a p̄ncipio iterū redeam⁹: tētātes determinare quid eſt aīa: ⁊ q̄ vtiq; erit cōmuniſſima ratio ipſius.

¶ Auguſtini Niphi eutichi Sueſſani philothei in ſcōm de anima collectanea ⁊ commentaria.

Collectanea textus com. p̄'. PRo ponit intentionē ſuam in ſcōo hoc, ⁊ inqt: que quidē igiť a prioribus. i. veteribus phis [tradita de aīa ſunt dicta.] dixit [tradita:] quoniā nulla rōne ꝯfirmata. dixit [dicta] qa abūdanter diſcuſſa, ac diligenter examinata: ⁊ tunc ſtatim apponit intentionem eius, ⁊ inquit. [Iterum aūt tanq̄ ex p̄ncipio redeamus tentātes determinare/qd eſt aīa, ⁊ que vtiq; erit cōiſſima rō ipſi⁹] dixit [redeamus tanq̄ ex p̄n°] qm̄, vt dixit in p̄ huius, difficultas eſt circa regulā venādi diffōnē, an ſit vna, ⁊ an plures. Vlteri⁹ poſito ꝙ ſit vna, adhuc accidit difficultas circa p̄n^a el'ntaria ꝓpria vniuſcuiuſq; gn̄is aīe: q̄ igiť ab antiq̄s quodāmō regulā accepit, ⁊ nō p̄n^a el'ntaria: ideo nō dixit redeamus a p̄n°: ſ; tanq̄ ex p̄n°: qm̄, ⁊ ſi nō in totam acceperit diffōnē: ſaltē modū venādi diffōnē accepit, ⁊ h̄ dixit in p̄. aīatū igiť ab inaīato in duob⁹ maxime differre videť motu ⁊ ſenſu. accepimus aūt a ꝓgenitoribus fere hec duo de aīa. ¶ Methodus ḡ eſt: q̄ ex motu ⁊ ſenſu d; definitio aīe inueſtigare vt cōſtat ab Auerroi ibidē. S; in quo gn̄e, ⁊ q̄ dīa ꝯſtituať aīa nō habemus: ⁊ q̄ h⁹ p̄n^a el'ntaria inueſtigare difficile, iō ſubdit: redeamus tentātes. i. cū labore pſcrutātes determinare qd eſt aīa, ꝓpriis diffōnibus attributis ſpēb⁹ aīe, ⁊ q̄ vtiq; erit cōiſſima rō ipſi⁹. eſt ḡ intētio tradere duplicē aīe diffōnē. ſ. ꝓpriā ⁊ ſpecificā vnicuiq; ſuā: ⁊ cōē oib⁹ ſuſaꝫ oēſq; aīe ſpēs ꝯtinērē. ¶ Debes ſcire in p̄ hui⁹ Ari. q̄ōnē mouiſſe p̄^am: an aīe d̄nt ſpē, ⁊ gn̄e, an nō. Et ſi d̄nt, an debemus q̄rere cōem aīe diffōnē oib⁹/an ſingulā ſingule reddere. ⁊ hui⁹ cām reddit, qm̄ nūc qdem dicētes ⁊ q̄rētes de humana ſolū videnť intēdere. cū igitur ita ſit, hāc q̄ōnē abſoluit hodie, ⁊ inuit duplicem diffōnum modū cōē oibus. ſ. ⁊ ꝓpriū vnicuiq;. ⁊ h̄ vt Themiſti⁹ ait, vt ne ſolū humanā tangat de qua tm̄ priores partim ꝙ ita collubitum erat partim ꝙ inniti fallebantur egerunt.

com. p̄m Cum cōtradixit. ¶ Cōmētum iſtud p;, p̄ter vltimum verbū, vbi inqt. Et p̄ debemus inuenire diffōnē: que eſt magis vl'is oib⁹ ptibus eius. ⁊ reddit cām. d. cognitio. n. vl'is ſemp debet p̄cedere cognitionē ꝓpriā. i. ſpālē. Ecce igiť quō cām reddit ei⁹ qd Ariſto. accepit in textu. ¶ Sed circa textū ⁊ cōmētū pn̄t

Dubitationes. oriri ambiguitates. vr̄ enī Ariſtotelem ſibi opponi: inquit enī in p̄ diffōnes cōes nō eē dandas, cum nō faciāt cognoſcere accidētia ꝓpria rei, ⁊ iō ibidē Auer. equocas appellauit. mō ꝓponit cōē, imo cōiſſimā anime dicere rationem. Com. 11

ℭ Poſt hos ergo legimus alios peripateticos, qui vegetatiuū, ſenſitiuū, ⁊ intellectiuū poſuerunt in hoïe tres aïas ſubſtantia, ⁊ re diſtinctas: non aūt loco, vel ſubiecto. In aïali vō vegetatiuū ⁊ ſenſitiuū poſuerunt duas aïas re ac ſubſtātia ſimiliter diſſectas: nō tn̄ loco vel ſubiecto, vt Plato poſuit. Nam ſm̄ iſtos in eodē corporis hoïs puncto oēs fiunt. Hinc tradūt hoïem aïali addere, quia ſupra duas animas, quas aïal habet, homo hz intellectiuam aïam. Similiter aïal ſtirpibus addit: q2 ſupra aïam vegetatiuā/ quā habent plante aïal hz illam, ⁊ ſenſitiuā. Et licet ꝯueniant, tn̄ valde differunt.

Pō Aui/cebrōis.

ℭ Auicebron enī voluit has tres aïas in gn̄atione hoïs ordine quodā fieri: q2 primo fit vegetatiua: ſcōo ſenſitiua: vltimo intellectiua. Verū dicebat oēs mām equal'r informare, ac perficere, nec aliam eſſe ad aliā diſpoſitionē. Nō. n. (vt inquit) vegetatiua diſponit materiā embryonicā pro receptiōe ſenſitiue: lz vegetatiua prius generetur. Nec ſenſitiua diſponit ad receptionē intellectiue: lz intellectiua nō recipiať, niſi prius fuerit recepta ipſa ſenſitiua.

Argu^m pōnis.

ℭ Moueť autē (vt arbitror) credens ſub̄az nō poſſe diſponere ad receptionē ſubſtantie, q2 ſubſtantie eſt perficere, ⁊ dare eſſe ſimpl'r, Accidētia vō: que has comitanť, diſponere ad receptionē intellectiue bene aſſereret.

Pō Cā/dauēſis.

ℭ Joānes candauēſis tam etſi nō ſemp ſibiipſi cōſtat, imaginať p̄cedentes formas in facto eſſe hoïs. ſ. cū hō cōplet⁹ eſt, diſpōnes eſſe conſeruatiuas intellectiue aïe quibus ipſa ꝯſeruať in mā. In fieri vō ac in via autumat eas perficere mām, ⁊ diſponere: nā cū fetus vite plante fungiť, vegetatiuū ipſū mām embryonicā pficit, q̄tenus embryonē reponit in gn̄e plātarum. Diſponit vō quo mā per ipſā p̄parať ad ſequentē formā: eſt tamē hec contingētia, q̄ cū poſt aduentū vegetatiue aduenit in eadē mā aïa ſenſitiua, p^o ceſſat mām pficere, ⁊ ꝯuertiť in diſpōnē ꝯſeruatiuā: quas ſequēs forma p primā in mā eadē ꝯſeruabiť. Sil̄i mō ⁊ de ſcōa reſpectu tertie fingit. Sic igiť p̄cedētes aïas prius fieri perficiētes demū diſponētes, ſiue cōſeruantes aſſerit.

Pō attri/butā. Auicen/ne.

ℭ Auicēna vō (vt nōnulli autumāt) aſſeruit p̄cedētes aïas diſponeť mās ad ſequētes, ſimulq; mām, in qua ⁊ aū ⁊ poſt aduentū vltime recipiunť, pficere, reponereq; illam ſub diuerſis gn̄ib⁹, nam aïa vegetatiua mā ē in gn̄e plante, aïa ſenſitiua in gn̄e aïalis. Intellectiua vō in ſpecie hoïs: vbi cā, in hoïs gnōne vegetatiua aïa fetum perficiēs, atq; in gn̄e plātaruz conſtituēs ad ſenſitiuā diſponit que rurſus fetuz perficiēs, ⁊ in gn̄e aïalis cōſtituēs ad intellectiuā diſponit. Intellectiua deniq; fetuz perficiēs, atq; in ſpē hoïs eū reponēs complet gnōnem, ⁊ nihil vltro diſponit. Hec ſunt, que nonnulli Auicēne attribuūt: lz in his libris quos de aïa ſcripſit, ⁊ in libris aïalium cōtrariū ſcripſerit. Verū nos nō diſputam⁹, que ſit opinio Auicēne nūc.

Refuta/tio pō/num. Suppō pipate/ticaex q̄ hētur d̄riaiter formaz diſponē/tē ⁊ pfi/cientez. Comē. 4.

Nobis aūt ſatis ſit accipe precedētes aïas, que ſimul ſunt cū vltima in hoïe/ aut pficere tm̄: vt Auicebron dixit: aut diſponere tm̄: vt autumat Candauēſis: vel ſimul pficere/ ⁊ diſponere, ſiue ſit Auicēne hec poſitio, ſiue alterius. ℭ Sz ꝯ̄ hec aſſurgamus, ⁊ ſupponamus ex ꝯſenſu oïum peripateticorū oēm ſub̄am ſubtū vel mām pficientē/ illi ſimpl'r eē dare. nam lz vna ſub̄a ſit altera pfectior, quelz tn̄ eſt ens ſimpl'r: vn̄ ita eſt ens ſimpl'r forma ignis, ſicut forma miſti. ſ. lapidis, ⁊ ita forma ignis dat eſſe ſimpl'r igni, ſicut forma hoïs: hoï: vterq;. n. conſtituiť a ſua forma in ꝓpria ſpecie: lz alter ſit altero pfectior. Unde ⁊ Auerroes ſupius aſſeruit per h̄ d̄riā inter ſub̄az ⁊ accn̄s. Preterea ſi vna ſub̄a eſſet ens ſimpl'r: altera vō non ſimpl'r ens, ſz ens quia entis: tunc altera ſub̄a reſpcū alterius vere accn̄s eſſe poſſet, ⁊ ſic incideremus in errorē ſupius exploſū.

Q̄ prio/res forme nō perfi/ciant.

ℭ Hac ergo ſuppōne nobis cōſtituta, argumētemur, ſi quelz aïa ei⁹ mām. ſ. hoïē pficeret, cū quelz harū ſit ſub̄a, quelz harū conſtitueret hoïem in eſſe ſimpl'r, vt per ſuppōnē pz. Quare cū p^a aïa primit⁹ in mā recepta cōſtituat illā in eſſe ſimpl'r: tūc oïs forma adueniēs poſt illā erit accn̄s.

ℭ Preterea. Si p̄cedēs aïa. ſ. vegetatiua, que embryonicā māz pficit nō ꝯſtitueret illā in eē ſimpl'r, nulla via eſſet, qua ſcire q̄ſpiā poterit aū aduētū vltime aïe in eius mā eē receptū aliq̄ō accn̄s. Dicā. n. nullū precedere accn̄s aū aduētū vltime aïe, nam ſi nulla precedit forma aū aduētū vltime q̄ det eſſe ſimpl'r, nullū precedit accn̄s: qō nō recipiť niſi poſt ſub̄az, que dat eſſe ſimpl'r. Et ſi precedit nulla ꝯiectura p̄ceſſiſſe pōt ſciri: nō. n. pōt ſciri accn̄s p̄cedere, niſi q2 ſcim⁹ aliq̄ō p̄ceſſiſſe, qō dat māe eſſe ſimpl'r: mō nullum tale, qō det ſimpl'r eſſe māe p̄ceſſiſſe ſcimus cū illud nō ſit forma ſub̄alis, de qua maxime videť.

ℭ Preterea. Si quelz forma p̄cedēs ē ei⁹, ī quo recipiť pfectiua: tūc cū p̄cedēti nō poſſet ſtare ſequēs, vt cū vegetatiua nō poſſet ſtare ſenſitiua, nec cū his itellectiua: ſi. n. cū vna harū pficiētium poſſet ſtare alia, cū vegetatiua in planta poſſet ſtare ſenſitiua, ⁊ cū ſenſitiua in aïali poſſet ſtare itellectiua, ꝯn̄tia pz: q2 vegetatiua aïa in embryone, ⁊ in plāta eſt eiuſdē rōnis, ergo ſi cū vegetatiua in embryone pōt ſtare ſenſitiua: ergo ⁊ in plāta: cū vegetatiua pficiat embryonē ita vt pficit plantā: ⁊ in vtroq; ē eiuſdē rōnis.

ℭ Preterea. Hac pōne ſtāte, tūc hō eēt ſimul plāta, pecus, ⁊ hō. Si q̄dē quelz aïa ſit entelechia cōſtituēs aïatum ſua ꝓpria conſtitutione, vt vegetatiua plantā, ſenſitiua aïal itellt̃iua hoïez.

ℭ Preterea. Si p caſum poſitū poſt aduētū ſenſitiue aïe in fetu nunq̄z aduenirct intellectiua: nō. n. fetus ille eſſet pecus: ſentiret. n. ⁊ moueretur. Ergo dato q̄ nūc adueniat intellectiua, erit ēt pecus: cū per aduētū intellectiue nō muteť de ſpeice in ſpeciē. Hec ꝯ̄ Auicebronem.

Q̄ nō diſponen/tes tm̄.

ℭ Cōtra vero Candauēſem qui voluit precedētes animas eſſe in facto eſſe diſponētes, ⁊ nō pficiētes. Hoc. n. dixit ad euitandum hec abſurda: q2 ſi ſunt diſpōnes, nō opz, vt reponāt embryonē in ſpē, ſcō ſolū vltima forma cōſtituit. Argumētemur ergo, q2 (vt Simplici⁹ inq̄t.) Omnis entelechia corporis eſt aut vtēs. aut pficiēs, ergo iſte erūt aut vtentes, ⁊ ſic ſeparate a corpore ſm̄ eē, qō nō cōcederet Candauenſis, aut pficiētes: ⁊ ſic recidit eius opinio in primā opionē.

ℭ Preterea. Sumo vegetatiuā in illo priori ī quo fet⁹ viuit p ipſā: ⁊ pz tūc eſſe entelechiā pficiētē fetū, cum ſit tunc p̄n^m viuēdi primo ⁊ p ſe. Sed vegetatiua toto tp̄e vite hoïs eſt eiuſdē rōnis, ergo ſicut aū aduētū intellectiue erat entelechia perficiens. ⁊ p̄n^m quo fetus per ſe p̄ viuebat, ita quoq; poſt aduētum intellectiue, alioq̄n nō eſſet eiuſdē rōnis, ⁊ mutaret nomē ⁊ rōnem ipſa exiſtente, qō eſt ridiculum.

ℭ Preterea. Si ī facto eē diſponūt tm̄: tūc nō eſſent aïe: q2 vel in facto eē ſūt viuēdi p̄n^a primo ⁊ p ſe, ⁊ ſic erunt forme pficiētes contra opinionē. Si aūt nō ſunt p ſe primo viuēdi principia, tunc nō erunt anime. Cū eis nec cōmunis, nec ꝓpria aïe definitio cōpetat.

Q̄ nec pficien/tes ⁊ di/ſponen/tes.

ℭ Q̄ vō nō poſſint eſſe pficientes, ⁊ diſponētes: lz ſtatuz ſequať ex dictis, argumentor ſpeciatiz, q2 tunc nulla eēt via ad probandum materiā eſſe ens in pura potētia: q2 poſſem fingere ipſam eē quintū elementum cōpoſitū ex prima forma/ ⁊ mā imo poſſez dicere māz eſſe corpus/ qō eſt in potētia ad oēs formas gn̄abiles, quia ſm̄ opinionē attributā Auicēne non repugnat ens in actu pfectū eē in potētia ad vlteriores formas.

Cōl'o ꝯ̄ pōnē.

ℭ Ex his apparet in hoïe vel aïali plures animas eſſe non poſſe, cū precedētes nō poſſint eē ꝓficiētes tm̄, nec diſponētes tm̄/ nec ſimul diſponentes, ⁊ pficientes. ergo in homine vna erit anima, que ſimul eſt intellectiua, ſenſitiua, ⁊ vegetatiua. In brutis ſil'r vna, que ſimul ſm̄ ſub̄am eſt vegetatiua, ⁊ ſenſitiua. In plātis autē vegetatiua tm̄.

Pria pō ꝯ̄ modo ponēdi.

ℭ Sz de mō ponēdi nō parua eſt d̄ria. Quidaz acutiſſimi viri arbitrati ſunt intellectiuā aïam eſſe ſenſitiuā, ⁊ vegetatiuā h̄ modo, q̄ mā eſt potētia anima vegetatiua/ que p̄cedit. Aïa vō vegetatiua fit in actu per agens, qō perficit mām in eſſe vegetatiuo. eſſe vegetatiuū iterū eſt quid interminatū, ⁊ adhuc eſt perfectibile adueniente vero ſenſitiuo, vegetatiuū qō erat interminatū, vlteriori termino per ſenſitiuū pficiť, ſenſitiuū vō adhuc eſt

interminatũ, per intellectiuũ demuʒ pficitur in eẽ vltimo. Ergo nõ eſt imaginandũ ſcõm recipi in primo, ita vt ibi ſit cõpoſitio ⁊ multitudo ex recipiẽte, ⁊ recepto. Sʒ cum ſemper cũ primũ ſit interminatũ, terminat̃ p ſcõm, ⁊ ſcõm iterũ: cũ ſit interminatum: termitatur p tertiũ. Ergo intellectiua aĩa eſt ſenſitiua, ⁊ vegetatiua terminata. Unde, vt dimẽſio interminata apud Auerroem, terminatur p dimenſionẽ terminatam: non q terminata dimẽſio ſit compoſita ex re, ⁊ re. ſ. ex re, que eſt dimẽſio interminata, ⁊ re diuerſa a prima, que eſt dimẽſio terminata: ſic prima materia, que ẽ forma interminata, terminatur p formam: ſcilicet p vegetatiuam, ⁊ vegetatiua adhuc exiſtẽs interminata, terminatur per ſenſitiuã, ⁊ ſenſitiua adhuc interminata vltimo terminatur p intellectiuã, q̃ poſtea relinquet̃ vna anima ſimplex vltima terminatione terminata, q̃ ẽ ſimul vegetatiua ⁊ ſenſitiua pfecta ⁊ vltimo terminata.

Quoli. 3°. q. 5. arti. 1. Comẽ. 24.

¶ Pro hac poſitione Ricardus mediauillenſis argumẽtatur: q2 Ariſto. 7° meta^ce. cum loquit̃ de agẽte inquit: agẽs ipſum nõ pbere multitudinẽ ſed perfectionẽ: vbi Auerroes aſſerit hec verba, ⁊ nõ facit aliqd vnũ in aliquo vno. v. g. formam in ſubito, qm̃ manifeſtũ eſt, q ſi facit: facit ex alio aliud, ⁊ nõ aliud in alio: facit. n. ex mã formatũ, ⁊ nõ in mã formã. Ex qbus pʒ mãʒ eẽ formã interminatam, ⁊ formaʒ eẽ mãm terminatã: ⁊ ſic nõ differũt re: ſicut ps, ⁊ ps, ſed ſicut interminatũ, ⁊ terminatũ: volũt ergo aĩam vegetatiuã eẽ materiã terminatã ad gradũ vegetatiuũ, ſenſitiuã aĩam eẽ vegetatiuũ terminatuʒ ad ſenſitiuũ, ſenſitiuã aĩam vo eẽ ad itellectiuã terminatã: que actu ſimplex eſt, potẽtia plẽs: vt Simplici⁹ dixit. Hãc opionẽ ſecunt̃ magni viri d mẽte Ariſt. nõ tñ pro veritate.

Refuta/tio.

¶ Sʒ hec poſitio nõ ẽ pipatetica: q2 Ariſt. aſſerit ĩtellectiuã extrinſecus accedere: ⁊ p ↄñs, nõ eẽ vegetatiuã ⁊ ſenſitiuã pfectã, ac terminatã, vt iſti autumãt ad ĩtellĩuã. ¶ Preterea. Tũc hõ nihil eẽt pter ĩtellĩuã aĩaʒ, q2 hec vltimo oĩa terminat: ⁊ ſic cũ hõ corrũpit̃, nihil corrũperet̃.

Scõa põ diui Thome

¶ Quare al'r eſt dõm, q primo in embryone fit vegetatiua, poſtea adueniẽte ipſa ſenſitiua pma corrũpit̃, ⁊ remanet ſenſitiua, q̃ ẽ ſil' vegetatiua ⁊ ſenſitiua: demũ cũ aduenit extrinſecus intellĩua, ſenſitiua, que pñit, corrũpit̃, ⁊ relinquit̃ itellectiua, que ẽ oẽs: vt dicem⁹.

Dubõ. ↄ põnez

¶ Sed ↄ hãc põnẽ ſunt dubitatiões nõ leues, quas nõ tacebimus, q2 eaꝝ ſolo facit ad dilucidationẽ põnis peripatetice, pma qdẽ q2 vt Ariſt. auctor ẽ: fetũ in vtero prius viuere videm⁹ vitã vegetatiuã cũ nutriatur, ⁊ creſcat. Scõo vitã ſenſitiuã, cũ ſentiat ⁊ moueatur, g̃ erit vtraqʒ aĩa aĩatus: vel igit̃ aĩe qbus in vtero viuit, remanẽt in aduẽtu aĩe ĩtellectiue, aut corrũpunt̃: nõ corrũpũtur, q2 tũc pgreſſus gñatiuus hoĩs eẽt p plẽs corruptiões, qd nõ vr̃, g̃ remanẽt: q̃re hõ ñ tm̃ itellĩua aĩa ↄſtituit̃. ¶ Scõa dubitatio ẽ, ſi itellectiua aĩa ṽtual'r ↄtineret ſenſitiuã, ⁊ vegetatiuã, illas pducere poſſet: cũ virtual'r ↄtinẽt ſic poſſe pducere. ¶ Tertia dubitatio, ſi eadẽ aĩa in hoĩe ſit intellĩua, ſenſitiua, ⁊ vegetatiua: tũc qcqd hoĩ ineſſet p itellĩua, ineẽt p ſenſitiuã ⁊ vegetatiuã, ⁊ eẽ/cũ ſit vna ſimpl'r: ⁊ ſic p ſenſitiuã eẽt riſibile ſicut p intellectiuã: ⁊ ſic p ſenſitiuã eẽt riſibile: tunc oẽ ſenſitiuũ eẽt riſibile. ¶ Quarta p nullam vnã ⁊ eãdẽ formam duo actus oĩ ex parte ↄ̃riJ eidẽ ineſſe pñt: ⁊ qdẽ reſpectu eiuſdẽ obiecti. Sed pñtata nobis re ſumme appetibili, p ſenſitiuam aĩam, quã cõſeqtur appetitus ſenſitiuus, illã appetim⁹. Per itellectiuã vo, quã ↄſeqtur appetitus rõnalis: illã vitamus: igit̃ nõ põt eẽ vna eadẽqʒ anima, qua illã appetimus, ⁊ qua illã vitamus. ¶ Quinta ſenſationes in ſenſorijs noſtris recipiũtur mediãte ſenſitiua aĩa: nõ autẽ mediãte itellectiua: alioquin poſt mortẽ poſſent remanere, cũ accñs, cum ↄ̃riũ nõ hʒ: ſui ſubti ↄſeruatione in ipſo cõſeruari poſſit. Ergo itellectiua ⁊ ſenſitiua nõ ſunt eadẽ aĩa. ¶ Sexta eadem aĩa nõ poteſt eẽ extẽſa per ſubm: ⁊ nõ extẽſa: ſed ſaltẽ per Auerroem ſenſitiua ⁊ vegetatiua in quolibet aĩato eſt extẽſa: itellectiua vo ex ĩdiuiſibilis, ergo nõ eſt vna eadẽqʒ aĩa. ¶ Septima ſi ita eſſet: tũc hõ in generãdõ nihil gñaret: vel eſſet in generãdo deterioris conditionis q̃ʒ cetera aĩalia. Siquidẽ oẽ aĩal gñat p formã quaʒ gñat in mã, ſibi ſil'e in ſpecie: hõ ãt cũ nullã formã efficeret nõ gñaret ſibi ſimile: ⁊ ſic eſſet ĩperfectiſſimũ aĩaliũ: eſt. n. pfectiſſimum aĩal, qd põt gñare tale, q̃le ipſum: vt dicemus. ¶ Octaua tũc in hoĩe nulla prorſus eſſet nutritio. Nõ. n. p hoĩs nutritionẽ gñatur mã, cũ illa ſit eterna: nec gñat̃ vegetatiua vel ſenſitiua, cũ quelibet haꝝ ſit aĩa intellectiua, que nec gñabilis eſt, nec corruptibilis: nec generat̃ p humanaʒ nutritionẽ accidẽs, ⁊ nihil plus, q2 tũc hõ nõ ſubal'r nutriret̃. qnĩmo nutritio in aĩalis eẽt pfectior humana nutritione, q2 p eã fieret aĩa, que eſt ſubſtãtia. Ergo oʒ in hoĩe dare pter itellectiuã aĩam, aliquã aliam aĩam, que per gnõnẽ generet̃, ⁊ nutritionẽ ↄſeruet̃.

Comẽ. 17.

¶ Nona Auerroes pmo metaph̃ice q p^a mã pmo recipit primã formã corporis, ⁊ mediãte illa recipit vegetatiuã, ⁊ mediãte vegetatiua recipit ſenſitiuã, ⁊ mediãte hac recipit humanã formam, g̃ iſte aĩe in hoĩe differũt. ¶ Decima, ſi nulla forma eſſet in hoĩe preter intellectiuã, tũc hõ nunq̃ʒ corrũperet̃, cũ corruptio ſemper ſit alicuius forme. ¶ Undecima ⁊ vltima eſt, q2 illa forma, quã aliqd accñs reale cõſeqt̃ tali mõ real'r, qd ſpecificã formam real'r nõ cõſeqtur, differt re ⁊ ſubſtãtia a ſpecifica forma. Si. n. ſpecifica ⁊ generica forma eẽt vna, ⁊ eadẽ forma, atqʒ aĩa, oẽ q real'r alterã cõſequeret̃, ⁊ alterã ſequat̃ neceſſe eſt: ſed ſenſitiuã ſenſus cõſeqt̃, qui rõnale nõ ↄſequitur: igit̃ rõnalis ⁊ ſenſitiua differunt ſubã. He ſunt dubitatiões ↄ hãc põnez: que volo, vt ſufficiant.

Dilucidatio põnis.

¶ Añq̃ʒ dubitationes ſoluã, debes ſcire vnã formã eẽ alteram, põt tripl'r itelligi (vt vtar ṽbis theologorũ) aut eminẽter, aut ṽtual'r, aut formal'r. Eminẽter aurũ eſt argẽtũ, ⁊ plumbũ ⁊ oẽ metallũ, q2 cõtinet pfectionẽ argẽti, ⁊ eminet, vel q2 ↄtinet aliquã pfectionẽ, que eminet pfectioni argẽti: ⁊ hoc pacto nõnulli veterũ dixerũt Iouẽ eẽ oĩa, ⁊ Poeta dixit Iuppiter eſt qdcũqʒ vides, qdcunqʒ mouet̃. Ariſtoteles etiã dixit. Deũ eſſe oĩa, vt mare ſtellas, ⁊ cetera id genus: eſt. n. oĩa, q2 cõtinet pfectionẽ entis, p quã oĩb⁹ eminet.

Libro de mundo.

Uirtual'r ſol ẽ oĩa, que gñant̃, ⁊ corrũpunt̃, quatenus cõtinet virtutẽ pductiuã oium: nam virtual'r oĩa gñabilia cõtinẽs oĩa gñabilia ẽ, vt pote in pdicatiõe cauſali. Formal'r aũt dicimus aliqd eẽ aliqd, cum per ſe eſt illud, vt hõ animal, ⁊ aĩal ſubã. ¶ Cum g̃ dicimus intellectiuã animã in hoĩe eẽ ſenſitiuã, ⁊ vegetatiuã, intelligere volumus, itellectiuã animam eẽ formal'r in hoĩe ſenſitiuã, qua aĩal formal'r eſt hõ: ⁊ formaliter vegetatiuã, q̃ formal'r hõ eſt viuẽs: nõ. n. dicimus aĩam itellectiuã eẽ ſenſitiuã virtual'r, vel eminẽter, ⁊ nõ formal'r, q2 lʒ itellectiua aĩa ſit virtual'r, vel eminẽter oẽs aĩe brutales, q̃tenus ſua pfectio eminet pfectionibus illarũ, tñ formal'r intellĩua aĩa eſt in hoĩe ſenſitiua, q̃ hõ eſt formal'r aĩal: ⁊ vegetatiua, qua hõ ẽ formal'r viuẽs. ¶ Ergo aĩa ſenſitiua in hoĩe, ⁊ in brutis differũt ſpẽ, q2 in hoĩe ſenſitiua eſt intellectiua, ĩ brutis ſenſitiua nõ eſt intellectiua.

Excerptum. Pria põ de ortu intellĩue anime.

¶ Tũc ad primã qui tenent hãc opinionẽ nõ vna rõne rñdent. Aliq. n. dixerũt embryonẽ in vtero, cũ ſemẽ virile recipit̃ in matrice, hr̃e q̃tuor ſtatus. Primus qdẽ, qui ſpatio ſeptẽ dieꝝ pficit̃, eſt, quo duo ſemina in embryonicã maſſam reducunt̃. Scõs vo ẽ, quo ĩcipiũt opa vite apparere, vt nutritio ⁊ auctio. Tertius eſt, quo appent opa ſenſitiue. Quart⁹ ẽ quo ĩcipiũt apparere opa intellectiue. Tũc dicunt ſemẽ in p ſtatu regi ſolũ a ṽtute ſibi a parentibus tributa, quã ipſi formatiuã ſiue ſeminalẽ appellãt, qua ⁊ ſemẽ eſt ſemẽ, ⁊ ſpumificat̃ ⁊ ad embryonicã formã mouet̃. In ſcõo vo ſtatu itellectiua primo ĩfundit̃, cuius opa pmo apparẽt eius, vt vegetatiua eſt, vt nutriri ⁊ creſcere. Scõa opa, que apparẽt in ſcõo ſtatu, eius ſũt, vt ſenſitiua eſt: vt ſenſus ⁊ motus. Tertia que apparent in tertio ſtatu q̃ forte nõ apparẽt niſi poſt ortum, ⁊ longo tpe poſt, eius ſunt, vt intellectiua eſt, vt velle ⁊ intelligere. Ex his aſſerũt in fetu ſemp fuiſſe intellectiuã, lʒ apparuerit eẽ primo vegetatiuã, 2° ſenſitiuã, ⁊ 3° intellectiuã.

Refutatio.

¶ Conra hoc ẽ decretũ oium medicoꝝ oium phoꝝ atqʒ theologoꝝ oium, qui pro veritate aſſerunt intellectiuã aĩam fetui accedere in marib⁹ 30° die. In femellis vo in. 45. hoꝝ mediuʒ tps eſt. 37. vel. 38. dieꝝ.

2^a poſitio de acceſſu intellectiue.

¶ Alij dixerũt tũc aĩam accedere, cũ eius opa apparẽt, vel apparere pñt, cui. n. aliqd hoꝝ ineſt, ipm viuere dicim⁹. Quo fit vt hoĩs gñõ nõ ſit ſimplex q2 cũ hõ gñat̃, ſuccedũt inuicẽ, q̃ʒ plures gñones, atqʒ corruptiões: ſiqdẽ ſemẽ a parẽtib⁹ p formã ſeminis hʒ, deinde formã ſanguis, deinde alias donec humana gño pficiat̃, ſʒ cum gño ⁊ corruptio nõ ſint abſqʒ abiectione, ⁊ additione forme, ideo forma impfecta, que pus aderat abijcit̃, perfecta addit̃, ⁊ hoc ſemp quouſqʒ fet⁹ vltimã formã accipit, q̃ rõne fit vt vegetatiua pus in ſemine recipiat̃, q̃ in aduentu ſenſitiue corrũpit̃, deinde recipit̃ ſenſitiua: q̃ in aduẽtu itellectiue ẽt corrũpit̃. Intellectiua vo vltimo extrinſecus accidẽs corpi ĩfundit̃: q̃ formal'r eſt, ⁊ ſenſitiua, ⁊ vegetatiua. Et nõ ſolũ in aduẽtu intellectiue priores aĩe corrũpunt̃, ſed accña oĩa, q̃ illas comitabant̃, qnimmo, ⁊ diſpõnes oẽs. Quoꝝ fundamẽtũ eſt, q2 accña imediate in mã p^a nõ ĩſunt, ſed in cõpoſito ipſo. Igit̃ ſeqt̃ ipſa corrũpi forma, quã ↄcomitabant̃, corrupta, ⁊ ſic cũ vegetatiua corrũpit̃, oĩa accñtia, q̃ illã comitabant̃ corrũpunt̃, vſqʒ ad pmã mãʒ reſol'one eoꝝ facta. Cũ gñone vo ſenſitiue noua accña fiunt: adueniẽte aũt itellectiua oĩa pora corrũpunt̃, ſola mã, que ẽ omnium eadem, remanente.

De tpe aduẽtus oĩa.

¶ Sed de tpibus qbus fiãt tales aĩaꝝ gñones, ſiue acceſſus, digladiant̃ phi. Auer. aſſerit intellectũ nõ pus nobis copulari q̃ʒ phantaſma ſpeculemur: non autez puer phantaſma aliqd ſpeculatur, niſi eo tẽpore, quo oẽm feminam matrem, ⁊ oẽm virum patrem, appellare enitit̃. q̃re ṽm eum dicere opʒ in vtero gñonem hoĩs nõ fuiſſe cõpletam q2 ſolum in vtero ſenſitiua ⁊ vegetatiua genite fuerunt. ¶ Añte Auerrois hac, quam diximus: aliq non mediocres in phia viri, de mente phoꝝ dixerunt intellectiuã nõ accedere in vtero, ſed poſt ortuʒ: nõ. n. ante eius opa ceperũt apparere. Preterea, dixerũt phos nõ ↄcedere aliquã formã pfectã eẽ fruſtra aliquo tẽpore, quare ſi ante ortum intellectiua aĩa fuiſſet inducta: cum opere nõ potuit vti, fruſtra ibi fuiſſet: ⁊ ſic ↄcedũt poſt ortum in aduentu intellectiue aĩe ſenſitiuã corrũpi, ⁊ oĩa accña, que illã in puerperio comitabant̃, etiam deſinere, ⁊ noua cum acceſſu itellectiue fieri.

Refutatio.

¶ Cõtra quã opionẽ, lʒ demrationes mathematice fieri nõ poſſint, tñ eſt ↄ illã auctoritas Ari. in libris de aĩalibus, vbi cõplet gñonem hoĩs p acceſſum intell's in vtero, vt pʒ eis, que legunt eius ṽba, eſt ẽt optima ↄiectura. nã aĩa itellectiua ẽ act⁹ corpis phyſici organici po^a viuẽtis. g̃ cõpleta organiçatione, mox aĩa actus eius corpis eſt, cuius organiçatio cõpleta eſt.

Arg^m

¶ Antiq ẽt, vt narrat Ari. 8° die poſt ortũ noĩa pueris imponebãt, ⁊ pus feciſſent, vt ait niſi pꝑiculo epilepſie, que pueros inuadit ante illud tps, fuiſſent impediti. Nos aũt h̃ ſeruamus 8° die bapticantes, ⁊ noĩa ĩponẽtes: verũ vbi vite piculum imineret: pueniraus. Melius agentes, q̃ʒ veteres gẽtiles: illi. n. iõ ante octauum noĩa nõ ĩponebãt, nec aqua eos mũdabant, q2 ſi moreret̃ puer, ſicut facile ↄtingit pp epilepſiã, q̃ eos inuadit, fruſtra putabant ⁊ noĩa eẽ ĩpoſita, ⁊ aque fuſionẽ eẽ factã. At nos vbi piculũ vite ĩminet, mox fundimus, q2 fuſione a parentũ labe emũdant̃ pueri, a qua nõ mũdarent̃, niſi fuſione bñdicte aque, cum ſuis cerimonijs mũdarent̃: veꝝ de hoc ad theologos, illud nobis accipiẽdũ eſt: pueros eẽ hoĩes ante q̃ʒ ſpeculari ceperint, vt nos ⁊ veteres noĩa ĩponẽtes pueris tenemus. ¶ Eſt igit̃ dõm intellectiuã aĩam accedere inter. xxx. ⁊. xlv. diẽ ſemp: quo tpe corpis humani formatio oĩ ex pte completa eſt, cuius intellectiua aĩa nãlis actus ẽ: atqʒ entelechia: quare formato aduenit, forma priori cum ſuis oĩbus accñtibus corruptis vſqʒ ad primam mãm excluſiue. Hoc eſt diui Thome decretum: qui pace aliorum dixerim oĩbus Ariſtotelis interptibus ẽ pferẽdus.

Laus Thome

¶ Uerum Candauẽſis doctor malignus, ⁊ erroneus: euaginato gladio: ⁊ qdem bñ acuto: contra decretum iſtud veriſſimũ digladiat̃. Primo, q2 hac poſitione data, aliqs motus finitus eẽ ſine termino ad quẽ: conſequẽtiam pbat. q2 ſemen continuo alteratur ante forme inductionẽ. Uel igit̃ hec alteratio in aduentu forme terminat̃ ad diſpõnes pcedentes, vel ad diſpõnes ſequẽtes formã, vel ad nullum terminum finirent̃: non ad diſpõnes, que adueniunt poſt formã, quia motus: ⁊ terminus motus ſunt idẽ numero: vt Auer. iqt 3° phyſice auſcultationis, ⁊ li° 5° modo ille corrupte, ⁊ he genite eedem numero eẽ nõ poſſunt: nec motus ille terminari poteſt ad diſpõnes pcedẽtes: cum per Thomam ille non remaneãt. ergo illa alteratio ad nihil terminabitur: ⁊ ſic motus aliqs erit finitus ſine termino ad quẽ.

Cõ. 4°. Cõ. 9.

¶ Preterea. Si pcedẽtes diſpõnes corrũpũt̃, aut p ſe, aut p accidẽs corrũpunt̃. nõ corrũpunt̃ per accidens, nihil corrumpitur, niſi vt ſuapte natura corruptibili eſt. modo illa accidentia non ſunt corruptibilia niſi per ſe, cum hñt contrariũ corruptiuũ, nõ ergo pñt per accñs corrumpi. Q. autẽ tũc nõ corrũpant̃ p ſe, declarat̃, q2 qd per ſe corrũpitur a ↄtrario corruptiuo corrũpitur. At forma ſequens: ⁊ accña que illaʒ ſequũtur, nõ ſũt illis ↄtraria, cũ ſint eiuſdẽ ſpẽi. Igitur in aduentu noue forme non vr̃, q debeãt corrũpi.

Cõ. 62.

¶ Preterea. Si corrũpuntur, aut in inſtãti, aut in tpe: non in tpe, q2 non in tẽpore ſequẽte inductionẽ noue forme, cũ eo tpe nõ ſint, nec in tpe pcedẽte, cum antea continuo gñabant̃, non ergo poterãt tunc corrũpi, nec in inſtanti, cum eo modo res corrũpitur, quo gñatur, veluti forma ſubãlis, q2 ſubito fit, ſubito corrũpitur. At diſpõnes h⁹ ſucceſſiue gñant̃, vt Auer. 8 phyſicꝝ inqt. ¶ Preterea. Si corrũpunt̃ in inſtanti, non vident̃ corrũpi niſi in eo inſtãti, in quo vltima forma introducitur. at in illo corrũpi non pñt: q2 oẽ corruptum eẽ precedit alterari. modo cõtinuo ante hoc pficiebant̃, ⁊ non alterabantur ad corruptionẽ. Igitur in illo inſtanti corrũpi nõ pñt. ¶ Preterea. Tunc tales diſpõnes fruſtra fuiſſent inducte, q2 in aduentu finis: pꝑter quem fuerũt inducte, corrumperẽtur. ¶ Preterea. Si in aduẽtu noue forme deſinerent: tũc in illo pori, in quo mã pcederet formã: mã remaneret nuda: ⁊ ita indifferẽs ad oẽs formas: quo conceſſo nullaʒ reciperet, cum nõ magis alterã, q̃ʒ alterã. ¶ Preterea. Ariſt. dixit agẽtium actum eẽ in pp̃a mã ⁊ diſpoſita. ergo pcedẽtes diſpõnes in aduẽtu alterius forme non corrũpuntur.

Põ qrũdã de accidẽtib⁹ tantum.

¶ Quidam ergo qui tenẽt vnicam eẽ animam in vno animato: de mẽte Auer. aſſerunt duplicia eẽ accña. Terminata quidẽ que certam formã ſequunt̃ ſub certo termino: quẽ illa forma ſibi limitat: qcũqʒ ſit ille. Et interminata: q̃ ſunt interminata: aut interminatione materie: q2 ita ſũt cuiuſlibet termini capacia: vt mã ẽ capax omnis forme. ⁊ hoc pacto dimẽſiones tres primitus recepte in mã ſũt interminate, aut ſunt interminata interminatione formaꝝ el'ntoꝝ: q2 ſunt in po^a ad oẽs terminos eoꝝ el'ntalium accñtium: quos limitat ſibi forma miſti: cum qua pñt ſtare forme elemẽtorum. Aut interminata interminatione qua forma miſti ẽ interminata: que poteſt terminari p oẽm formam vltimo ſpecificam. dicunt g̃ q accña interminata: q̃ ſunt interminata materie interminatione: remanẽt vt dimenſiones. Similiter remanẽt accña interminata que interminatione formarum el'ntalium: interminata ſunt, vt ſunt pme qualitates: ſimiliter remanẽt, vt dicunt, accña interminata interminatione miſtionis. ¶ Huius rei cã eſt, q2 oĩa hec ſunt cõmunia gñato, ⁊ corrupto: dimenſiones enim cões ſunt ei qd poſterius fit, ⁊ ei, qd pus corrumpit̃, qualitates pme ſimiliter hoc pacto vtriqʒ cões ſunt, ⁊ qualitates ſequentes miſtionem ẽt cões ſunt vtriqʒ. ¶ Eſt alia ratio, quia ſubſta non corrũpunt̃. Scõm enim Auerroeʒ ⁊ Ariſto. mã pri/

ma, quā ꝯſequunt̄ dimēſiones/remanet ꝑori ⁊ poſteriori aīe cōis. ergo ⁊ dimēſiones. Scḋm Auerroez elīntarie forme diſponentes māꝫ remanēt ſub priori ⁊ poſteriori aīa. ergo ꝑme qualitates, q̄ illas ſequunt̄, remanēt ſub vtraqꝫ forma. Similr̄ forma miſtionis/que eſt vna formaruz elīntaliū, eadē numero manet cum vtraqꝫ aīa. ḡ ⁊ accn̄s q̄ miſtionē illam ꝯſequunt̄. Variant̄ aūt hec cōia accn̄a ſolū terminis, ⁊ ſic, vt terminata nō ſunt eadē, q̄ ſequunt̄ formam ſequentē, ⁊ q̄ erāt cum aīa precedente. ℭ Sed hec poſitio ſupponit in eodē miſto aīato eē plures formas/vt elīntales ⁊ formā miſtionis: q̄ ſuppoſitio (lꝫ ſit de mēte Auer.) tn̄ eſt res ſeorſum digna ꝯtrouerſia. Propterea ſuſtinēdo nūc pōnē Thome, dico ꝙ rōnes Cadauēſis, nō cogūt. Prima quidem nō cogit, q2 nos tenemus ꝙ terminus totius ꝑcedentis alterationis eſt ſemꝑ gn̄o poſterioris forme, ad cuius introductionē ꝑcedēs illa alteratio diſponebat: cū v̄o dicebat terminū mot⁹, ⁊ ipm̄ motū idē eē numero, ⁊ ſpē: dico h̄ eē veꝝ, qn̄ alteratio terminat̄ ꝑ ſe ꝓprio, ac intrinſeco termīo, vtpote qn̄ alteratio ē intenta ab agēte ꝑꝑ ipſam, ⁊ nō ꝑ accidens alterius grā: cum.n. intendit̄ alterius cā, nō ꝓprio/ſꝫ alieno termino teminat̄, veluti in ꝓpoſito ꝑuia alteratio, non ꝓpter ſe/ſꝫ ꝑꝑ gn̄onem forme ſequentis intēdit̄: cum gn̄o 5° phyſi. ſit finis alterationis. ḡ recte Expoſitor ſentit, ꝙ qn̄ mot⁹ ordinat̄ ad aliud, ipſiuz nō termino ꝓprij generis, ſed alieni terminet̄. Ex quo ſequit̄, ꝙ iſte mot⁹ eſt finitus, lꝫ per nihil ſui finiat̄. ℭ Scḋa ēt rō nō cogit, q2 diſpōnes ꝑ accn̄s corrūpunt̄ eius ſubti corruptiōe, cuius ſūt accidētia: erāt.n. accn̄a illa bifariam corruptibilia: ⁊ ꝑ accn̄s corruptione ſubti, cui⁹ erant, ⁊ ꝑ ſe aduētu ꝯrij corruptiui. q2 ḡ erāt ſubti corruptiōe corruptibilia, iō nō corrūpebāt̄, vt nō poterant corrūpi. ſed quo apta corrūpi erant. ℭ Tertia ēt non cogit, q2 tales ꝑcedentes diſpōnes oēs in inſtanti corrūpunt̄, ita vt ꝑm̄ inſtās eē forme ſequētis ſit ꝑm̄ nō eē, forme ⁊ diſpōnuz ꝑcedētiū. Ex quo ſequit̄ aliquā rē corrūpi, quo nō eſt ꝑ ſe corruptibilis, vtpote cuz corrūpit̄ ꝑ accn̄s. Ulterius dḋm eſt alterationē cōtinuo ꝑceſſiſſe ꝑparantem ad corruptionē forme ꝑoris. nā ſicut ꝯtinuo ꝑparāt ad gn̄onem forme ſeq̄ntis, ſic ꝯtinuo ꝑparāt ad corruptionē ꝑcedētis. quare ante corruptionē vegetatiue ꝑceſſit alteratio ad illā diſponēs. In aduentu ḡ ſenſitiue vegetatiua deſinit cū oībus ſuis accn̄tib⁹. Preterea. Siqs diceret aliqd poſſe corrūpi nulla ꝑcedēte alteratiōe ad illā diſponēte, nō diceret abſurdū, qn̄. ſ. corrūperet̄ illud ꝑ accn̄s, alterius corruptiōe, vt in ꝓpoſito diſpōnes forē ꝑcedētis corrūpunt̄ ꝑ accn̄s corruptione ei⁹ forme, cui⁹ erāt. ℭ Etiā 4° non cogit, q2 diſpōnes, que ꝑcedūt nō inducte erant, vt diſponerēt ad factum eē, ſed ad fieri, ꝓpterea non ſunt fruſtra, ſi non remanēt, cum ꝑuenerunt ad finē debitum. ſ. ad ipſum fieri. ℭ Quinta ēt non cogit: non enim in aliquo inſtanti mā nuda ⁊ indifferēs reſtabit, q2 ꝑmū inſtās eē forme ſequētis ē primum inſtans nō eē forme ꝑcedētis. ℭ Ultima nihil eſt, q2 omnis actus in materia diſpoſita ſit: non quidē diſpoſitione remanēte pro facto/ſed diſpōne, que inducta ſuit pro ipſo fieri. hec pro defenſione diui Thome. Hec de ꝑma dubitatione. ℭ Ad 2am vero, dicendum ꝙ intellectiua aīa nō eſt virtualr̄ ſenſitiua ac vegetatiua, ſed ipſamet que formaliter eſt intellectiua, eſt formalr̄ ſenſitiua, ⁊ formalr̄ vegetatiua: dr̄ autē potētia continere illas, quatenus poteſt eē ꝑncipiuz oīum eoꝝ operū, quorū ille ſunt. ℭ Ad tertiā ꝯcedo hoīem per eandē formaz eē hoīem, aīal, ⁊ viuēs: nō tn̄ oportet omne illud, qḋ ineſt homini, quo hō eſt, illi inſit, quo animal eſt: per eandē.n. formam lignum eſt bicubitū, ⁊ q̄ꝫtum: ⁊ tn̄ non qcqd ligno competit, quo eſt bicubitū, ei cōpetit, quo q̄ꝫtum eſt: ligno enim per rationē bicubiti: competit eē mihi equale, qḋ non competit per rōnez quāti, q2 tunc vbicūqꝫ eēt ratio quanti eſſet equalitas mihi. Preterea. Niphus eadem forma album ⁊ quale: nō tamen

Qualis hec expoſitio.

oportet. qcqd ſibi competit rōne qua albū: ſibi cōpetat rōne, qua quale: rōne enim qua album competit eſſe Cateniſſilez: qḋ nō ſibi competit rōne qua quale. Dico ergo ꝙ eadem forma eſt intellectiua/ſenſitiua/⁊ vegetatiua: non tn̄ opꝫ qcqd competit homini per intellectiuam, ⁊ competat per ſenſitiuā vel vegetatiuam: q2 lꝫ eadem aīa ſit, rō ſenſitiue communior eſt q̄ꝫ rō intellectiue. ℭ Ad quartam dḋm, ꝙ per eandem formam non poſſunt nobis ꝯrij actus ineſſe ſub eadā rōne, ⁊ per eādē virtutē. Modo intellectiua quo intellectiua eſt, quoue vtitur rōne nos euitamus voluptatem. Quo v̄o ſenſitiua eſt, quoqꝫ vtit̄ ſenſu, ⁊ appetitu ſequente ſenſum, appetimus voluptatem. q̄re ex hac actuuz diuerſitate nō ſequitur realis diſtinctio aīarum. ℭ Ad quintam dḋm, ꝙ ſenſibiles ſpēs ſunt in aīa intellectiua/ſꝫ quo depēdent ineſſe. ⁊ ꝯſeruari a potētijs ⁊ ſenſorijs, que ſunt corruptibilia: ⁊ ſic non eterne, lꝫ intellectiua anima ſit eterna. ℭ Ad ſextam dḋm, ꝙ in homine ſaltem aīa ſenſitiua, ⁊ vegetatiua ſunt indiuiſibiles, ſed quales ſint in aīalibus, ⁊ plātis, ſupius dictū eſt. ℭ Ad ſeptimā dḋm, ꝙ hō gn̄at vegetatiuā, ⁊ ſenſitiuā: que tn̄ in aduentu intellectiue deſinūt: dr̄ tamen gn̄ans hominem, non q2 ponat formam in mā, cum intellectiua extrinſecus accedat, ſed q2 inducit in mā diſpōnem, ſine qua anima intellectiua non poſſet induci in mā. Propter hoc argm̄ nonnulli poſuerunt formam corporeitatis, que aduenit in mā humana poſt inductionem formarum elemētaliū: ⁊ hāc dicūt inducere parētes, pro gn̄one hoīs, ⁊ per hanc dr̄ hō corrumpi. Hanc ponit Herrice candauenſis, ſimul in eodem inſtāti recipi in mā, in quo intellectiua aīa recipitur. Et lꝫ de hac mā al's diligentius dicet̄, tn̄ quātum ad ꝓpoſitum ſpectat, debes ſcire ꝙ Herrice in hoīe tn̄ ponit duas formas in eodē inſtāti ſimul inductas. ſ. intellectiuā aīam creatā deo, ⁊ corpeitatē inductam ab agēte nāli. Mouet̄ aūt ex eo, q2 diuerſoꝝ agentium, q̄ agunt diuerſis mutationib⁹, impoſ'e eſt terminum eē vnū. ⁊ eūdē numero. At hō in gn̄one hoīs agit ꝓpa mutatione, ⁊ deus in creando aīam, agit alia, ḡ alia atqꝫ alia eſt forma q̄ terminat hincinde. Per hanc ergo ſaluāt gn̄onem hoīs, ⁊ corruptionez. Sed hec queſtio reqrit longā diſputationē. ℭ Tn̄ ꝓm v̄itatē opꝫ dicere ꝙ hec corporeitas nihil ſit, vt al's oſtendetur, ⁊ dato ꝙ aliqd eēt, tūc non ſaluarent gn̄onem hoīs in eo ꝙ hō eſt, ſed in eo ꝙ corp⁹, q2 hō, vt homo non ſit niſi ꝓpter animaz, qua hō eſt hō. modo hec aīa ſit a deo: ⁊ ſic ſi ſit hō a parētibus, ſolum ſit, q̄tenus eſt corpus: ⁊ ſic in eo ꝙ hō nec eſſet gn̄abilis, nec corruptibilis. Sicut ḡ ipſi dicunt hoīem fieri, q2 inducitur corporeitas, ita poſſumus dicere nos ꝙ hō ſit, non per hoc, ꝙ eius forma ſit a parētibus, ſꝫ ꝑ h̄ ꝙ ſit in mā/ſilr̄ corrūpit̄ ꝑ hoc ꝙ ei⁹ forma deſinit eē in mā. Et cū dicis, qd ſit in gn̄one hoīs a parētibus, dico ꝙ ſit intellectiua aīa in mā: ⁊ ſic hō generatur ſimplr̄, non ꝙ ſimplr̄ eius forma gn̄etur, ſed q2 ſit in mā: ⁊ ſili rōne corrūpit̄. ℭ Ex quo ſeqtur aliqd ſimplr̄ generari vel corrūpi, cuius nulla pars eēntialis gn̄at̄, vel corrūpit̄, vtpote nec mā/nec forma. ſed ſoluz ſimplr̄ ſit, q2 eius ſubalis forma ſit in mā, ⁊ ſimplr̄ corrumpitur/q2 ſubalis ei⁹ forma deſinit māꝫ informare: veꝝ de his in 3° li°. ℭ Ad octauā eodē mō de nutritione dicat̄: nutrit̄.n. hō nō q2 forma de nouo ſiat: vel mā, vel accn̄s, ſed q2 eius forma de nouo ſit in pluri, ⁊ noua mā. ℭ Ad nonā dḋm eſt, ꝙ ille ordo eſt rōnis: in hoīe.n. cum aīa intellectiua ſit in mā/prius vnit̄ illi, vt eſt forma corpis. 2°/vt eſt vegetatiua. 3°/vt eſt ſenſitiua. vltimo eſt intellectiua, tn̄ vna ē forma/q̄ in eodem inſtāti vnitur, vt eſt corpalis/⁊ vegetatiua/⁊ ſenſitiua/⁊ intellectiua. ℭ Ad 10am pꝫ ſol'. ℭ Ad 11am dḋm, ꝙ accidentia q̄dam ſunt ſubordinata, vt vegetare, ⁊ ſentire, ⁊ intelligere: quedaz ſunt oīno aduerſa/diſperata, ⁊ inter ſe oīo abiūcta. Prima accn̄a ꝓficiſci ab eadez forma ſub diuerſis rationibus. Scḋa v̄o arguūt diuerſas formas/vt ſunt mot⁹ cele-

quol. 3. q. 15.

ſtes, qui cū non ſint ſubordinati, arguūt celoꝝ aīas diuerſas. ℭ His dilucidatis, ad ꝑncipales rōnes. Ad ꝑmā patuit ſol'o, ⁊ ad 2am ſilr̄, q2 ſenſitiua/q̄ ē aīa hūana, extriſec⁹ accedit. at ſenſitiua ⁊ vegetatiua, q̄ vt diſpōnes in fieri inducebant̄, itrinſecus accedebāt. ℭ 3a ēt ſoluta ē: ē.n. ſenſitiua ⁊ vegetatiua i hoīe ſba, q̄ ē aīa itellectiua, lꝫ itellectiua ſit v̄tualr̄, ⁊ eminent̄ oēs, vt dcm̄ ē. ℭ 4a ſoluta ē, q2 ſenſitiua ⁊ vegetatiua i hoīe ſba ſunt, dꝫ tn̄ intellectiua v̄tualr̄ ⁊ eminēter ille, nō q̄ ſūt in hoīe, ſed q̄ ſunt in brutis, vt dcm̄ eſt. ℭ Ad 5am ꝯcedo, ꝙ hō ⁊ brutū in aīali ꝯueniūt ꝑ ſenſitiuā q̄ ē ſba: nō tn̄ ſenſitiua i bruto nō ē itellectiua. ḡ nec i hoīe. nā hō ⁊ brutū ꝯueniūt in aīali ꝑ aīalitatē, ⁊ aīalitas i bruto nō ē humanitas, at i hoīe idē eſt. ℭ Ad ſextā dico i oſſib⁹ ⁊ carne eſſe oēs: tn̄ itellectiua exercet opa vite in oſſib⁹, i carne opa ſenſitiue: nullibi exercet opa itellectiue. Et h̄ ꝓpter differentiam diſpoſitionum. Hec de queſtione.

Argu. ℭ Neceſſe eſt autem euꝫ qui de hiſce ꝯſiderationem facturus eſt/quid naꝫ ſit vnumqḋqꝫ ipſoꝝ accipē: deniqꝫ querere perſcrutariqꝫ de hiſce que ſequunt̄ ac comitant̄. Nō ſi dicere oporteat quid vnūqḋqꝫ ipoꝝ ſit: vt qd ſit intellectiuū/vel ſenſitiuū/vel nutritiuuꝫ: antea dḋꝫ eſt quid nā ſit itelligē qd ſentire. nā opōnes actiōe ſiue potētijs viribuſqꝫ ꝑores ſt̄ rōe. Nō ſi ita ſit/atqꝫ prius ēt obiecta q̄ꝫ iſta ꝯtēplari oporteat: ꝑmū ꝓfecto d̄ illis ꝑꝑ eādē cām/vt de alimento/de ſenſibili d̄ itelligibili determinare oportet.

T.c.33. ℭ Neciū aūt eſt debentem de his perſcrutationem facē/accipē vnumqḋqꝫ eoꝝ qd eſt: poſtea ſic de habitis. Si autez oportet dicē qd vnūqḋqꝫ ipſoꝝ ſit/vt quid intellectiuuꝫ aut ſenſitiuū/aut vegetatiuū. Prius adhuc dicendum eſt quid ſit intelligē/⁊ qd ſentire/priores.n. potētijs act⁹/⁊ operationeſ ſꝫ rationem ſunt. Si aūt ſic eſt/his adhuc priora oppoſita opꝫ conſiderare. Quare de illis ꝑmuꝫ oportebit determinare ꝑꝑ eādē cāꝫ: vt de alimento/⁊ ſenſibili/⁊ intelligibili.

Collectanea ter. c. 33. ℭ Sic in ꝑ inqt Auer. cognitio alicuius gn̄is ſcibilis nō cōplet̄, niſi ꝑꝑ duo/ꝑ ꝑ. ſ. cognē diffōnis, ⁊ accn̄tiū ꝓpoꝝ illi, vt ēt i poſteriorib⁹ dcm̄ ē. cū ḡ eſſentiā exqſiuit, nūc tranſit ad accn̄a, ⁊ ide iteꝝ ad eſſentiā: ad h̄/vt doctrina ſit aptior. Et ꝓponit itētionē, ⁊ cām eius, ⁊ inqt [aūt] ꝑ ſꝫ. debētē ꝑſcrutationē. ſ. ſciētificā facere d̄ his. ſ. diffōne ꝓpa, ⁊ cōi aīe, neceſſariū eſt accipē vnūqḋqꝫ eoꝝ qd eſt ſupple ſic fecim⁹. poſtea inueſtigare de his. i. potentijs, quas enumerauerat, ⁊ alijs accn̄tib⁹ eis. ſi aūt opꝫ dicere qd vnūqḋqꝫ ipſoꝝ, vt qd itellectiuū, ⁊ ſenſitiuū, aut vegetatiuū, ꝑus adhuc dḋm qd ſit itelligē, ⁊ qd ſentire.n. ꝑ q2 act⁹, ⁊ opōnes ꝑores ſt̄ ſm̄ rōnē. i. cognē potētijs. ſi aūt ſic ſup. eadē rōne, oppoſita. i. obta his priora opꝫ ꝯſiderare, de illis vtiqꝫ. i. ḡ ꝑmum oportebit determinare ꝑꝑ eandem cām, vt de alimento, ⁊ ſenſibili, ⁊ intelligibili. i. obiectis eorum.

Co. 33m **Cum declarauit.** Proponit intētionem. ⁊ pꝫ. [Et opꝫ illū.] Exeqt̄, ⁊ tria facit. Primo ꝓpōit itētionē toti⁹ capli, vt Ari. facit i textu. 2a ibi [Et cū declarauit.] Apponit viā quā vult tenere, 3a ibi [Et cū narrauit.] Oñdit a q̄ ꝑ erit inchoādū ſimplicit̄ ⁊ an̄ oīa alia, ⁊ oīa hec patēt i fine cōmēti iqt, ⁊ vocauit ea



oppoſita paſſiuum.n. ⁊ actiuum vidētur eſſe quodāmodo oppoſita. Et tūc adde, ſꝫ potētie. ⁊ obiecta ſunt tanq̄ꝫ paſſiuū ⁊ actiuū. poa.n. in ꝑnc eſt diſſilis i fine ſilis, ⁊ declarabit̄, quare merito oppoſita ſunt obta, ⁊ potentie.

Dubiū ℭ Ambigūt qdā qḋ eſt nā noti⁹ ſemꝑ dꝫ eſſe nobis notū, cū noſter modus cognoſcendi ꝯformet̄ nāe, actus eſt nāe notior. ḡ ⁊c. ℭ Rn̄dit Themiſtius. d. Neqꝫ moueri d̄bem⁹: ꝙ nāe qdē eſtimatione act⁹ poſteriores eſſe potētijs videātur: cū via ⁊ rō cognoſcēdi. alia nobis, alia nāe conueniat. ℭ Sed obijcies: qm̄ actus nā eſt notior cum ſit ꝑor nā potētie ℭ Pōt dici ꝙ aliqḋ notū nā duplr̄. vno mō vt cā ⁊ ꝑnm̄. alio mō vt finis/⁊ cōplemētum. 2° mō actus eſt i eodē prius notus, ⁊ nā primo modo potentia. ℭ Obiecta ergo priora nobis poſt hec actus, poſt hos potētie ⁊ vltīo eſſentia anime, vt dicetur.

COMMENTARIVM.

**Propoſuit ſe velle** dicere d̄ vegetatiuo/ſenſitiuo/⁊ itellectiuo/que ſūt potētie mō vno, ⁊ aīe alio mō, vt dcm̄ ē. Nūc v̄o ſtatuit ordinē. ⁊ ꝑ ſtatuit ordinē ꝓcedēdi int̄ hec. ⁊ ſua accn̄a, aſſerēs ſe velle ꝑus ꝑtractar̄ vnūqḋqꝫ illoꝝ qd ſit, vt vegetatiuū qd ſit, ſenſitiuū qd ſit, ⁊ itellectiuū qd ſit, poſtea de his accn̄tib⁹, q̄ vnūqḋqꝫ illoꝝ ꝯſequunt̄. deinde ordinē ꝓcedēdi iter hec, ⁊ ſuas opōnes, ⁊ dicit ꝙ in ꝑtractādo de vnoquoqꝫ hoꝝ qd ſit. vꝫ in ꝑtractādo qd vegetatiuum ſit/qd ſenſitiuū, ⁊ qd itellectiuū. Prius adhuc dḋm eſt qd ſit itelligere, ⁊ qd ſentire, ⁊ qd vegetari: qm̄ actus, ⁊ operationes priores ſunt ſm̄ rōnem potētijs/quaꝝ ſunt actus. Tertio dat ordinē ꝓcedēdi iter actus ⁊ obta, ⁊ dicit, ꝙ q2 ſic eſt ꝙ ꝓcedendum eſt a ꝑoribus ſm̄ rōnem/⁊ ꝑora ſm̄ rationem ſunt obta actibus quoꝝ ſunt obta. ergo de illis ꝑmū opꝫ determinare ꝓpter eandem cām, vt de alimento, quod eſt vegetatiui obm̄, ⁊ de ſenſibili, qḋ eſt obm̄ ſenſitiui, ⁊ de intelligibili, qḋ eſt obiectum intellectiui. Ex quibus patent tres. Primus eſt potentiaꝝ ad ſua accn̄a, que potentias illas conſequuntur. Scḋs eſt actuum ſiue operationum ad ſuas potentias: quarum ſunt opōnes. Tertius eſt obtoruꝫ ad actus: quoꝝ ſunt obta. ℭ Quo v̄o ad verba attinet per [vnumqḋqꝫ qd eſt] intelligit vnāquāqꝫ potentiam enumeratarum/que potētia pōt eſſe vno modo v̄tus. alio modo aīa, vt dcm̄ eſt. Sunt iſte tres, que pn̄t eſſe aīe vegetatiuū/ſenſitiuū/⁊ intellectiuū. Due vero nō poſſunt eē aīe appetitiuum/⁊ motiuū de qbus duobus in 3° dicet. de vegetatiuo ⁊ ſenſitiuo ſm̄ oēm faciet in hoc 2° d̄ intellectiuo vero in 3°. Verbum v̄o [perſcrutationē] grece eſt λόγον, logō, antiquus interpres expoſuit logon. i. ꝑſcrutationem. Simplicius exponit ſcientificam ꝯſiderationem, ⁊ intelligit per ſcientificam ꝯſiderationē, qua ꝑmo intelligimus definitionem de vnoquoqꝫ iſtoꝝ. deinde per talem definitionē ea, q̄ per ſe vnicuiqꝫ illorum ineſt. ergo per ꝑſcrutationem Simplicius intelligit doctrinam demonſtratiuā, in qua ꝓcedit̄ ad definitionem ſubti ad accn̄a ꝓpria illi ſubiecto. Verbū aūt habitis grece eſt ἐχομένων, echomenon, latine habitis, vel ꝯſequentibus, vel concomitantibus, ⁊ per echomena Simplicius intelligit que ꝯſequunt̄ definita velut alijs exn̄tia: ergo intelligit accn̄a que ꝯſequunt̄ vnumqḋqꝫ horum. Themiſtius vero per echomena intellexit ꝓxima/⁊ exponens qd per ꝓxima intelligat/inqt/ꝓxima ⁊ attinentia vocam⁹ ea q̄ ſue cuiqꝫ ꝑtāti ꝑ ſe inſunt: ⁊ ſic Simplici⁹ ⁊ Themiſtius per echomena intelligunt accidentia, que vnicuiqꝫ hoꝝ inſunt. ⁊ hoc ſeruabit Ariſt. nam aſſignata vnaquaqꝫ potentiaꝝ qd ſit/aſſignat aliquas ꝓprietates de vnaquaqꝫ illaꝝ/vt verbi cauſa/de viſu/ꝙ ꝓprium ſit viſui ſentire a remotis, magis q̄ꝫ aliquis ſenſus/⁊ ſuſcipē ſpēs magis intentionales, q̄ꝫ aliqs ſenſus de intellectu ꝙ ſit abſtractus: ⁊ ſic facit in oībus. ḡ per habita intelligit Ariſto. accn̄a/que vnicuiqꝫ haꝝ potentiarum inſunt. Expoſitores

Tres ordines.

Verborū ꝯſideratio.

etiā nō ab rōne iter echomena, ſiue hita enumerāt organa. nā Ari. agit nō ſolū dē accñtib⁹ hax poa, ſʒ de organis. Pʒ ḡ p̄m⁹ ordo, q ē doctrine demr̄atiue ſm Simpliciū: nō tñ eſt alienū Ari. itelligē hūc ordinē ī doctrina definitiua, q̄ definitio ſbti ē cauſalis definitio oium accñtiū illi⁹: ⁊ tūc non erit equocatio ī ỽbo logos. Cū ỽo dicit. [Priores. n. potētijs act⁹, ⁊ opōnes ſm rōnē ſt,] p rōnē itelligit definitionē vt Expoſitor dicit. Eſt. n. ỽbū rōnē grece λόγον, logō mō logos ⁊ rōnē, ⁊ orōnē, ⁊ cōplura alia ſignat. Cā aūt, q̄ ſʒ rōnē definitiuā act⁹, ⁊ opōnes ſunt priores potētijs, q̄ poa, q̄ poa eſt iportat habitudinē ad actū, cū ſit p̄nm agēdi vel patiēdi. Et tūc iuxta hāc expōnē, ordo potētiax ad actus, vel ordo actuū ad potētias, eſt ordo doctrine definitiue. ⁋ Sʒ dices tu Ari. ī pauco ſpatio equocaſſe, de iſto noie logos, q̄ ṗ accepit p doctrina demr̄atiua, hic p doctrina definitiua. ⁋ Pōt dici q̄ vtraqʒ doctrina ꝯuenit in rōe doctrine: ⁊ ſic noie gñis pñt dici doctrine, ſiue logos. vel dicat̄, vt dictum ē, q̄ nō equocat, q̄ hic eſt ibi idē itelligit: q̄ hic itelligit p rōnē, definitionē qua formal'r definit̄ poa p actū, ibi p rōnē, ēt definitionē, qua cāliter definiunt̄ accña p definitionē ſbti. Hāc expōnē ſentit Alex. q aſſerit act⁹ eſſe priores potētijs, q̄ ponunt̄ in rōne illax. ⁋ Themiſti⁹ ỽo p rōnē, ſiue logon itelligit cognitionem q̄ʒtitatis v̄tutis. aſſerit. n. ex actionibus nos cognoſcere q̄ʒte ⁊ quales ſint virtutes, ſcimus. n. q̄ʒta ſit poa portatiua, ex ipſa delatione ſi fuerit magna vel pua, mēſurat̄. n. v̄tus p extremū ⁊ finē hoc ē p maximū, in qd̄ pt. Mihi aūt placet magis p̄ma expō, q̄ Ariſto. hic non docet ex actib⁹ q̄ʒtitates ⁊ qualitates potētiarum, ſed definitiones eax. Cū ỽo dicit. [His ỽo priora ſt oppoſita] ỽbū oppoſita grece ē. ἀντικείμενα, anticimena: poſſumus aūt p oppoſita itelligere obta. obta. n. oppoſita ſunt, q̄ v̄tus eſt agēs vel patiēs: obm ỽo ꝯ agens, ſi v̄tus patiens fuerit, vel patiens, ſi v̄tus agens. ergo obiecta anticimena h̄ eſt oppoſita dici pñt. Eſt aūt terti⁹ ordo actuū cū obtis, nam obta ſunt rōne definitiua priora actib⁹ at potentijs: vt exponit Alex. ⁊ Thomas. Obiecta enim potentiarum paſſiuax cōparant̄ ad illas, vt actiua, potentiarum vero paſſiuax, vt fines, ⁊ paſſiua: modo vtroqʒ modo obiectū formal'r ſumptum ponitur in definitione potētie atqʒ eius actus: dico formal'r ſumptū, q̄ nō calor ponitur in definitione viſus, ſed viſibile. Themiſtius vero per obta eſſe priora potentijs itelligit, quo ad diſtinctionē, q̄ poa p obta diſtinguunt̄. Et lʒ vtroqʒ mō obta priora ſint potentijs: tñ h̄ intelligit ſm definitionem ea eſſe priora. ⁋ Sed q̄res q̄ ordine pcedit intellectus ad cognitionem ſui. ⁋ Dicendū q̄ ṗ cognoſcendo obm, deinde actum reflexe, demū ſpēm obiecti, qua reflexe intelligit ſe, vt 3° huius dicetur. Huius cā eſt, q̄ non eſt in actu: intellectus diuinus econtra ṗ ſe intelligit, deinde alia, q̄ eſt in actu.

Argyr.

**⁋ Quare: de alimento gñone ue, primo dōm eſſe videtur. Nutritiua nanqʒ anima: et ceteris ineſt, ⁊ prima eſt ⁊ maxime cōmunis aie vis ⁊ potentia q̄ cuncta viuentia viuunt. Cui⁹ ſunt operationes officiaue: gñare, nutrimentoqʒ vti. hec. n. operatio maxime omnium operationū viuentibus eſt nālis viuētibus inquā hiſce q̄ ſt̄ pfecta nō mēbris capta, q̄qʒ nō ſine ſemie oriunt̄: vnūqd̄qʒ iquā aliud ſibi ſil'e pcreare, aial qdem aial, plātā aūt plātā, vt ſint ſemper hoc pacto conditionē q̄ ſubeāt quoad poſſunt diuinā. id. n. ipʒ appetūt vniuerſa: gr̄aqʒ ipſius oia agunt q̄cunqʒ ſm naturam agunt.**

T.c. 34

**⁋ Quare prio de alimēto, ⁊ de gñone dōm eſt. Vegetatiua enim anima ⁊ alijs ineſt, ⁊ p̄ma, ⁊ maxime cōmunis anime potentia eſt: ſm quam ineſt viuē oibus. Cuius ſunt opera gñare, ⁊ alimento vti. Naturaliſſimuʒ. n. operum viuentibus eſt q̄cūqʒ perfecta, ⁊ nō orbata, aut gñonem ſpontaneam habēt, facere altex, quale ipm, animal quidem aial, plātā aūt plantam. Quatenus ipſo ſemp, ⁊ diuino eſſe participant, ſm qd̄ poſſunt. Oia eniʒ illud appetunt, illius cauſa agunt omnia, q̄cunqʒ agunt ſm naturam.**

Collectanea tex. c. 43

⁋ Cū ppoſuit itētionē exequit̄, ⁊ ordinat ſe. d. Quare ṗ de alimēto, ⁊ gñone dōm eſt: tāq̄ʒ de obtis pe aie. ⁋ Vegetatiua. n.] reddit cām. ⁊ vʒ, q̄ duas itēdat cās, vbi debes ſcire q̄ duplici p̄oritate vegetatiua p̄or ē, ſm apparētiā. ſ. ṗ i viuo op⁹ ei⁹ appet. ⁊ ſm eē. Eſt. n. oib⁹ alijs cōior, ⁊ vlior. ⁊ iſta duplici p̄oritate ſtāte, ab ea erit exordiri. Inqt ḡ vegetatiua. n. aia ⁊ alijs ineſt p̄ma ſup. q̄ʒtū ad apparētiā, ⁊ maxie cōis poa aie ē, q̄ʒtū ad eē, cui⁹ rōnē q̄ſi reddit. d. ſm quā viuere ineſt oib⁹. pp hec duo p̄or nobis erit. ⁋ Cui⁹ ſt.] Cū exordiū accepit a vegetatiua, opa eius diſtinguēs, inqt cuius ſunt, opa gñare. i. ppagare, ⁊ alimēto vti. ⁊ ait Simpl' in vti. alimēto, auctionē, ⁊ cremētū cōprehēdit. iō duo enumerauit. in 2° itex cōprehēdēs duo alia. ⁋ Vex nāliſſimū.] ſi Simpliciū, ⁊ Themiſtiū ſeqmur, dicim⁹, q̄ appoſitis tribus vite opibus, qd̄ hox viuo exiſtit nālius oñdit. Et tūc lr̄a legat̄: cum ly vex ſic, vex nāliſſimū opex viuentibus eſt quecūqʒ pfecta, ⁊ non orbata, aut gñonem ſpōtaneā habeāt, facere altex, quale ipm. ⁊ dixit [quale] qm̄ intelligit̄ ſm formam, ⁊ non ſm accña mäe: cui⁹ exēplū ponit. d. Aial qdem aīal, plāta aūt plātā. ⁋ Et h⁹ reddit cāʒ ex fine. d. quatenus pticipēt ipſo ſemp ⁊ diuino, ⁊ imortali eſſe ſm q̄ pñt. ſ. ſm ſpēm. oia. n. id appetunt: oia agunt, q̄cunqʒ agunt ſm naturam, illius cauſa.

Cō. 34

**Cum declarauit.** Primo recapitulat ⁊ pʒ. ibi 2a [Incepit narrare.] ppōit intētionē. ⁊ q̄ dicit itex pſpicua. ⁋ Et cum declaratū.] Inqt mō, ⁊ cū declaratū eſt q̄ ṗ opʒ ꝯſiderare de actionib⁹, ⁊ de paſſiuis. i. obtis q̄ paſſiua dicant̄ in p̄n° aū v̄tutes: nece eſt vt ṗ loqmur inter oēs iſtas actiones de cibo, ⁊ de gñone: q̄ ſunt paſſiuū aie, ⁊ actio: cib⁹. n. patit̄ ī ṗ ppagatio eſt actio. reddit aūt cāʒ, ⁊ iqt, ⁊ eſt nece vt ṗ loqmur ꝯ aīa nutritiua, q̄ ē p̄or nāliter alijs reb⁹: p quas aliqd dr̄ viuū. i. q̄ ē p̄or gñone, ⁊ ortu alijs, ⁊ p ꝯñs nobis pprior, ⁊ q̄ eſt magis vlis iter al's v̄tutes aie ⁊ replicat rōnē. d. ⁊ inuit, ⁊ pp p̄oritatē. ſ. näe, ⁊ gñonis, ⁊ ei⁹ vlitatē, opʒ pponi ī ꝯſideratione. vle. n. notius eſt apd̄ nos q̄ʒ ppriū. ⁋ Et cū.] iqt, ⁊ cū declarauit h̄, incepit numerare actiones attributas illi. cui⁹ cām dat. d. cum ante debemus ſcire eē: q̄ʒ qd ē eē, ⁊ reliquum pʒ. [Et dicim⁹.] Debes ſcire q̄ vbi lr̄a Siplicij hʒ [verum naturaliſſimum ⁊c̄.] Tranſlatio Auerrois hʒ [Actio enim.] vbi illa particula [enim] reddit cauſam. eſt ergo ſenſus ſm Auerroim, q̄ tria ſunt opera vegetabilis. ſ. nutrire, augmentare, ⁊ generare, ⁊ q̄ generare nō videtur apte eſſe opus illius, ideo reddit Ariſto. cauſam, ⁊ dedit illa intelligere per ly [enim.] poteſt ergo ſyllogiſm⁹ componi ſic, oīs actio nāliſſima alicui, eſt actio illius. tunc Auerrois accipit minorem, p̄mo tñ concluſionem. d. Et dicimus, q̄ generare eſt actio illius virtutis. ⁊ accipit minorem. d. Quoniam actio, que maxime conuenit nature ei⁹ ⁊ qd̄ dr̄ viuum per hanc virtutem, eſt ſibi ſimile in ſpecie generare. ⁋ Et dat concluſiones requiſitas ad propagationem. d. Et hoc fit tribus cōditionibus. i. ⁊ ad ppagationē tria requirunt̄, quox vnū eſt, vt ptingat tp̄s in quo hʒ hāc v̄tutē, cū nō ſit in eſſe oī tpe. vult dicē tp̄e virilitat̄. ⁋ Secūda eſt, vt cū hoc nō hēat occaſionē. i. aliquē defectū. Iſta. n. ipedit hāc actionē, lʒ ptingat tp̄s in quo hʒ hanc v̄tutē vt pueniat ab illo hec actio. ⁋ Tertia vt id viuū, nō ſit ī eis que fiant caſu, ſed per ſe: quod dicit propter animalia genita ſponte, vt veſpe, ⁊ mures: q̄ qdem forte generant, ſed nō ſibi ſilia in ſpē, vt Ari. ait ī ṗ de gñone aialium. Qñ igr̄ in viuo fuerint congregata hec tria, tunc gñabit ſibi ſil'e.

Cap. 4° Dubō

⁋ Querit Simplicius ſi ſunt aliqua indiuidua alicuius ſpēi non gñantia: ḡ dabitur aliqd̄ fruſtra. Rñdet hoc nō eē icōueniēs ſm idiuiduū, ſed bene ſm ſpēm. Q̄. n. tota ſpēs ſterilis ſit, inconueniens eſt. ⁋ Sed ecōtra. de mulo, mulina. n. ſpēs non generat tota. imo (vt Ariſt. ait in ſecundo ꝯ gñone aīalium) habet oia inſtrumenta gñonis, ⁊ genitus eſt ex ppagatione, ⁊ tñ non generat. ⁋ Dicit. q̄ eſt quaſi caſu genitus, nō tñ fruſtra eſt. q̄m ſibi ſil'e i ſpē ſubalterna generat, vt Auer. dic̄ 7° metaph. ⁊ 12° metaph.

Com. 18 Cō. 13

⁋ Et iſta virtus.] dat neceſſitatē illius v̄tutis ex fine, ⁊ inquit, iſta v̄tus exiſtit in viuo, vt gñabile. ⁊ corruptibile cōicēt cū ſempiterno ſm ſuum poſſe. Solicitudo. n. diuina. i. deus, cū non potuerit facere ipm permanē ſm idiuiduū: miſerta eſt in dando v̄tutem, qua pōt permanē in ſpē, ⁊ inquit, q̄ habere hanc v̄tutem eſt melius ſine dubio. Q̄ aūt oia gr̄a perpetui eſſe moueant teſtatur, ⁊ patet.

Qōnes

⁋ In iſto cōmento ⁊ textu plures occurūt q̄ōnes, quarum p̄ma eſt de numero, ⁊ ordine potentiaruʒ anime nutritiue. Ambigunt enim quot ſint, ⁊ qualis earum ordo exiſtit.

⁋ Ad qd̄ Auicēna reſpondere videt̄ in 6° nāliuʒ eas eſſe vij. ſ. gñatiuam, augmentatiuam, nutritiuam, attractiuam, digeſtiuam, retentiuam, ⁊ expulſiuam. Alij diminutiuā addunt. ⁋ In oppoſitum eſt Ariſt. Themiſtius, ⁊ Simplicius, ⁊ Auer. qui tm̄ tres enumerāt. ſ. nutritiuam, augmentatiuam, ⁊ generatiuam. ⁋ Dicendum ergo tres eſſe virtutes aie ad alteras inuicem non reducibiles, lʒ plures reductiue, quod ſic Albertus in lib. de hoie declarat. omnis enim virtus vegetabilis vel eſt ad ſubſtantiam: que eſt forma, vel ad ſubſtantiam, que eſt materia, vel ad robur vtriuſqʒ. ſi ṗ mō, ſic eſt gñatiua. ſi ſecundo modo, ſic eſt nutritiua. ſi tertio modo, ſic eſt augmentatiua. ⁊ quia non poſſunt eſſe ad plura, inde tantum tres eſſe debent. ⁋ Quod autē dicebatur in oppoſitum ſol' patet. Auicēna. n. enumerauit deſeruiētes, ⁊ p̄ncipales, vt Albertus inquit. Ipſa eniʒ nutritiua vna eſt, que diuerſa ſortitur noia put diuerſis vtit̄ īſtrumentis. Si. n. ſicco vtitur ſic retentiua dicetur. ſi ỽo frigido, ſic attractiua dicetur etiam, ſi calido, ſic digeſtiua, ſi vero humido, ſic expulſiua, vna ergo v̄tus, pluribus inſtrumentis vtens, patet q̄ diuerſis noibus dicetur, vt Alber. inqt, oēs ergo ad ipſam reducuntur, de diminutiua vero pʒ ipſam non eſſe operatiuam, ſed corruptiuam, ⁊ ideo ad alias reducetur.

2a qō

Cō.60. **Et cauſa** Cum dixiſſet gn̄atiua ſenſationis eſſe forinſeca.intētionis ṽo intrinſeca,cām reddit, ⁊ inquit.cām quā Ariſt.dedit,⁊ pȝ. Et dixit [ ⁊ iſta q̄ſi ſunt in aīa. ] Et Ariſto.in trāſlatione latina inquit. [ Hec enim ipſa quodāmō ſunt in aīa. ] Et nō dixit oīno ea eē in aīa, iō reddere cām conat iſtius diminute locutionis.d.quia poſt declarabit, ꝙ ea q̄ ſunt de prima pfectiōe in intell'u.i.ꝙ ea q̄ ſunt cōparata ad pmā pfectionē in intellectu,ſunt q̄ſi ſenſibilia de pᵃ pfectiōe in ſenſu.i.ſūt ſilia ſenſibilib⁹ ſenſus in hoc,ꝙ ambo mouēt,⁊ ſunt intētiones imaginabiles,⁊ iſte ſunt vl'es potētia,lȝ nō actu,⁊ ideo dixit,⁊ iſte quaſi ſunt in aīa,qꝛ intētio vl'is actu alia eſt ab intētione imaginata, que eſt vl'is potētia. vult ḡ ꝙ iō dixit [ q̄ſi in aīa ] qm̄ loqtur de vl'ib⁹ in potētia,q̄ ſūt intētiōes imaginate,q̄ nō ſunt in rōnali aīa:ſed in memoratiua,cōſeruate ad libitū intell's,q̄ eſt vicina intellectui,vt dicet in 3ᵒ. Et hāc expōnē dedit The. a quo accepit Auer. Simplici⁹ aūt (vt mihi videt) al'r inqt. Vult eni pma pncipia ſimpl'r quodāmō eē cōgenita intellectui:put nullo alio inoteſcūt:niſi lumine illi⁹,⁊ qꝛ pmᵃ ſunt potētia oīa ſcibilia,iō oīa ſcibilia ſūt q̄ſi in aīa rōnabili p q̄ȝto ꝯtinet in pmis notiorib⁹,q̄ actu ſunt in itell'u. Et h expō pulchra eſt,poſtmodū. ℄ Et qꝛ mouētia. ] Auer.ſecūdā dat dꝛiaȝ,quā in expōne l'r̄e poſui. [ Et iſta diſpō ] qꝛ (vt dixi) qs poſſet credere vl'eȝ fuiſſe dꝛiaȝ inter actū ſciētificuȝ:⁊ ſenſibilē,iō ſecludit practicuȝ.d. Et iſta diſpō ſup. q̄lis in ſenſu,eſt ēt in nobis in ſcia ſenſibiliū. Qȝ decl'at.d. Et nos diſcimus ab eis,qꝛ exiſtūt in ſenſibilib⁹,eo eni practicamus:qꝛ aſſunt ſingularia,circa q̄ opus porrigit, ⁊ qꝛ in eſſe iſti⁹ diſpōnis in ſcia ſenſibiliū in nobis.i.cur nos indigemus ſenſibili extrinſeco eſt eadē in cā in eſſe iſtoruȝ in ipſis ſenſibus.ſ.qꝛ tam ſenſus:q̄ȝ practicus actus circa ſingularia ſunt,⁊ hec eſt cā indigentie extrinſeci obti aſtantis vtriqȝ opationi. ℄ Et ſil'r eſt intelligēdū ꝙ diſpō exiſtēs in nobis in ſcia vl'ium eſt in nobis, qꝛ eſt in ṽtute rōnabili.i. cogitatiua,⁊ memoratiua,⁊ ꝙ cā ꝙ ſumus p illaȝ h mō.ſ. intelligētes ſine pn̄tia forinſeca rerum,eſt cā,qꝛ illa eſt illo mō.ſ.cōſeruās imaginabilia:in qb⁹ potētia ſunt vl'ia. Reliquū pȝ. ℄ Et pt aliqs. ] Mouet.q.argᵗᵒ in 2ᵃ figura,⁊ iqt, ⁊ pōt aliqs dicere ꝙ ſenſibilia nō mouēt ſenſum illo mō:q exiſtūt ex̄ aīaȝ:qȝ pbat.mouēs eniȝ ſenſus oȝ eē ſm ꝙ ſūt itētiones.i.eſt forā itēſibilis,cum in mā.i.ſȝ in mā nō ſunt intētiones in actu:ſȝ potētia.ḡ ſup.in 2ᵃ figura res ex̄ aīaȝ nō debēt mouere ſub eē illo. ℄ Et nō pōt. ] Remouet ſol. quorūdā.d.⁊ nō pōt aliqs dicere ꝙ iſta diuerſitas accidat pp diuerſitatē ſbti,ita ꝙ ſiāt intētiones pp mām ſpūaleȝ q̄ eſt ſenſus nō pp motorē extrinſecū. ℄ Debes ſcire:ꝙ qdā dicūt,ꝙ receptū hȝ eē tale a ſbto:quū recipit p modū ei⁹, ⁊ iō dicunt ꝙ color hȝ duplex eſſe.ſ.mãle,qꝛ paries mā eſt phyſica.⁊ ſpūale,qꝛ viſus mā eſt ſpūalis. Hoc ḡ cōfutat.d. Melius eſt eni eſtimare,ꝙ cā in diuerſitate mãe eſt diuerſitas formaꝝ.i.ꝙ viſus ⁊ paries ſint diuerſa,qꝛ color ſpiritalis ⁊ phyſicus ſunt diuerſi,nō ꝙ diuerſitas mãe ſit cā diuerſitatis formaꝝ,qꝛ (vt Ariſt.inqt) mēbra leonis differūt a mēbris cerui:qꝛ aīa ab aīa. ℄ Scōo h pbat loco a ſili.d. Et cuȝ ita ſit,neceſſe eſt ponē motorē extriſecū a ſenſibus, aliū a ſenſibilib⁹ ſicut ſuit necē in intell'u.i.ꝙ quēadmodū intellectus poſſibilis nō ſufficit in dando eſſe intentionale vl'ibus,ſed ſuit indigētia agentis ſeparati, ſic ⁊ in ſenſu reſpectu ſenſibiliū. Tunc apponit ſol.d. Viſum eſt igit, ꝙ ſi cōceſſerimus ꝙ diuerſitas formaꝝ eſt cā diuerſitatis materie,ꝙ neceſſe erit motorē extrinſecum eſſe ſupple tanq̄ȝ cām illius eſſe intētionalis.⁊ excuſat Ariſto.in hoc.d. Et Ariſto.tacuit hoc in ſenſu,quia latet,cum loquitur iunioribus.⁊ apparet ſup.hoc ſil'e per ſil'e in intellectu,quaſi dicat,tacuit qꝛ expreſſit in intellectu agente,de quo idem eſt iudiciū,⁊ tu debes conſiderare,qm̄ indiget pſcrutatione.

Qō de ſenſu agēte. ℄ Et qꝛ Auer.iuſſit hāc qōnē eſſe pſcrutādā, ideo aliqual'r ppoſui imorari,lȝ de hoc in quodā tractatu meo ꝯ Joan. iam multa dixerim. Abbreuiabo ergo breuiter quedā que hoc loco vident mihi digna. ℄ Vt igit oſtēdat qōnis vis debes ſcire,ſm Joā.⁊ alios q̄ȝplures latinos,colorē habere duplex eſſe.ſ.phyſicū in mā.ſ.⁊ intētionale.vȝ.ſilitudinarium ad pmū eē in medio.ſ.⁊ ſenſu,⁊ idē in oibus alijs dōȝ ſenſibilb⁹,⁊ Joan.addit ꝙ poſt eſſe intētionale:in potentia ſenſus eſt ad eſſe: qȝ ipſe vocat actualem ſenſus ad obm applicationē,quā ſenſationeȝ ait eē obiecti. Eſt ergo

queſtio an tã pro eſſe ſpiritali ⁊ eſſe ſcðo: ꝙ ſenſatio dr̃, ſufficiat ſenſibile ⁊ potẽtia, an vltra debeat dari aliqua potẽtia actiua ꝑ altero illoꝝ. ¶ Opinio Joã. Joã. opĩo in qõne ſua eſt in vno ⁊ eodẽ ſenſorio eẽ duas virtutes ſꝫm rẽ diuerſas inter ſe ⁊ ab eẽntia aĩe, ⁊ ab organo in qua ſunt, q̃rũ vna eſt pñm paſſiuũ ⁊ receptiuũ ſpẽi ſenſibilis, ⁊ ſenſationis, ꝑaccepta ſpecie velut diſpõne. altera vero erit pñm effectiuum non ſpeciei, cũ illa ab obto cauſat᷑, ſed ſenſationis ſequẽtis ſpeciez. Sunt aũt hꝰ potẽtie in organo, quẽadmodũ qualitates diuerſe in pomo ad diuerſa officia ordinate. ⁊ tu vide ipm. ¶ Mouerũt aũt Joã. potiſſime duo motiua, ⁊ vnũ verbũ Cõ.37. huis. Ariſto. ⁊ Auer. ⁊ qꝛ motiua ſua ſunt manifeſta in eius qõne, nõ expedit illa enarrare. ¶ Error Joan. Sʒ hic hõ pluribꝰ peccat. dimiſit enim dignũ perſcrutatione, qõ Auer. precepit, ⁊ trãſit ad inutile. ¶ Scðo in hoc nihil neceſſitatis hñt ſua thoremata, qõ oſtẽdo pmo, oẽ agens potẽs in aliquã formaʒ, põt in oẽ ꝯñs eſſentialr̃ ⁊ per ſe illã formã: Eſt enim regula Com.4. ⁊.32. Auer. in 8ᵒ phyſic. ⁊ 4ᵒ celi, ⁊ alibi, ſed ſenſibile extrinſecũ põt in ſpẽm ſenſibilẽ, ad quã eſſentialiter ⁊ per ſe ſeq̃t᷑ Cõ.22. ⁊.23. ſenſatio, ergo ⁊ in ſenſationẽ ipſam, ergo fruſtra dat᷑ ſenſus agẽs. ¶ Rurſus ſpẽs preaccepta in potẽtia / vel eſt actiua ſenſationis / vel mere paſſiua. ſiqdẽ actiua ocioſus ẽ ſenſus agẽs. Si vero paſſiua tm̃, ergo erit potẽtia cõtradictionis: ⁊ ſic cõtingenter ad ipſaʒ ſequitur ſenſatio, qõ ipſe negat. ¶ Amplius omne agens, qõ põt inducere ſummã diſpoſitionẽ pro aliquo actu, põt ⁊ illũ actũ: ex regula Auer. Cõ.31. 7ᵒ metaph. Sed ſenſibile extrinſecum eſt potẽs inducere ſpẽm, que eſt ſumma diſpoſitio: ergo ⁊ virtute illius actuʒ ſcðm. Jdeo dicta Joã. neceſſitate carent. imaginat᷑ eniʒ ipẽ ſpẽm ſenſibilẽ, ⁊ actus ſentiẽdi diuerſos eſſe effectus, quod oĩbꝰ diſplicet ſicut eniʒ nihil aliud eſt gñatio niſi forma genita. o. Reſpectũ ad agẽs, ſic ⁊ ſenſatio nihil aliud: q̃ʒ ſpẽs ſeſibilis in ſenſu recepta. ⁊ ſicut generatio ad agens dr̃ generatio, ad mãm dr̃ forma, ſic ſpecies ad obm dr̃ ſiltudo, ad ſenſum dr̃ ſenſatio, ergo non due res, ſed vna res ſunt in ſbto differentes mente tm̃. Quo fit: vt ſenſibile vna ſpẽʒ generet, ⁊ ſenſationẽ ipſaʒ. ſpẽm vt ſui ſiltudinẽ. ſenſationeʒ vt ea ſenſus in obiectũ tranſit. ¶ Tũc ad pmã Joã. rõnẽ dicẽdũ, ꝙ ſpẽs hec ⁊ ſenſatio a ſenſibili fit, ⁊ dico ſenſibile eẽ ĩmediatũ ſenſuʒ: ꝓut per mediũ defertur in ſenſum: vt infra ſuo loco patebit. ¶ Põt etiã dici ꝙ ſenſus paſſiuꝰ reductus ad actũ ꝑ ſpẽm: vt Alber. ait nec inconuenit vnũ ⁊ idẽ eẽ in actu ⁊ in potẽtia in formis mãlibus / vt ipſemet ꝓſtat in 8ᵒ phyſic. in. q. de grauibꝰ. ¶ Ad 2ᵃᵐ dicẽdũ eodẽ mõ ſenſibile eſſe ĩmediatũ pncipiũ ſenſationis, ⁊ nõ ſpẽm. põt ⁊ ſpẽs dici cũ ipſa nõ diſpoſitio ſit, ſed forma. Nec obſtat ſenſum eẽ in potẽtia plurima, qꝛ illa plurima potentia artat᷑ ab agẽte pñti. ¶ Hec igit᷑ dicta neceſſitate carent. ¶ Jdeo opus eſt ad ꝑſcrutationem Auer occurrere, vbi duo volo tãgere. Primo an pro eſſe intẽtionali coloris ⁊ alioꝝ ſenſibiliũ ſit neceſſarius aliquis motor extrinſecus. Scðo an ille erit ſenſus agens. ¶ Pro prima parte ex verbis Auer. duo colligimus argumẽta ꝙ ſit. pᵒ, color hʒ duplex eſſe. ſ. in mã, ⁊ in medio illuminato ⁊ oculo hec duo ſunt due forꝫ, q̃rũ vna in mã recipit᷑. ſ. pariete, altera ĩ medio ſeu viſu. q̃ro a quo diuerſant᷑ iſta duo eſſe, aut a ſubiectis, aut ab aliq̊ agẽte extrinſeco a ſbtis. non a ſbtis, qm̃ forme diuerſificant ſubta, ⁊ nõ econtra. ḡ ab extrinſeco agẽte. ¶ Scðo arguit ſicut intelligibile hʒ duplex eẽ. ſ. in ſenſibus interioribus, ⁊ in intellectu: ad hoc qõ fit in intellectu nõ ſufficiunt ſenſus interiores, nec intellectus poſſ, ſed motor extrinſecus. ita ⁊ color. Et huius ratio eſt, qꝛ oẽ qõ trãſfert᷑ de vno gñe in alteꝝ, reqrit agẽs transferens id: vt pʒ. ¶ Tertia ratio eſſe põt, qm̃ in quocũq; gñe dat᷑ potẽtia oĩa fieri: dõʒ dari potẽtia oĩa facere, vt in tertio dicet᷑. ḡ ſicut dat᷑ ſenſus paſſiuus recipiẽs eſſe ſpũale, ita ⁊ ſenſus agẽs cãns id eſſe intentionale. ¶ Poſitio Plat. Circa iſtud q̃ſitũ Platonis eſt ſnĩa, ꝙ aĩa tam rerũ incorporearũ / q̃ʒ corporeaꝝ formas habeat in ſe, nõ ꝙ ille ſint accidẽtia iacẽtia in aĩa: ſicut linee in tabella, cũ aĩa neq; nouas / neq; antiquas recipit impreſſiones, ſed ſunt in aĩa: ſicut in ea ſunt vires intell's ratio, imaginatio, ſenſus, ⁊ potentie vegetabiles. ſicut enim rerũ cognoſcẽdarũ rões hʒ: q̃ſi vires eſſentiales, quẽadmodũ mẽbra poſſident ſenſibiles rões: hoc habito. Volũt ergo Plato ⁊ Plotinus nullã paſſionẽ a ſenſibilibꝰ in aĩa defluere, ſed ſiqua paſſio cõtingit ab eis in corpꝰ ꝓuenit atq; ſpũʒ, quo qdẽ ſpiritu ſic ab externis pulſato: vel affecto, ſtatiʒ aĩa pñs affectiões eiuſmodi ꝑcipit. id võ ꝑcipi nõ eſt pati, ſʒ potiꝰ ageret. i. alr̃ tũc ſpũm atq; alr̃ vegetare, ⁊ inatas formas edere. hec Jãblicus. ¶ Et ſic pʒ ſꝫm h̃ Platonẽ nõ ſentire ſenſationẽ fieri extramittẽdo, ⁊ q̃uo fiat poſtmodũ dicã. Hec ḡ eſt Platonis Plotini atq; Jãblici poſitio. ¶ Et cuʒ ita ſit pʒ coloreʒ nõ hr̃e duplex eẽ. ſ. in medio ⁊ in mã: ꝓpter qõ ſit neceſſitas ponere duplex agẽs, ⁊ duplex ſubm, vt Auer. atq; fere oẽs peripatetici conant᷑ dicere. ¶ Pro hac põne ſunt argumẽta fortiſſima: ⁊ experiẽtie multe. ¶ Argᵗᵃ qdẽ pᵒ, qꝛ tũc ſi forma ab obto ĩprimet᷑ in oculo, nõ oportebit oculũ ad celũ vltra dirigere. ¶ Scðʒ nõ metiemur quãtũ diſtet celũ ab oculo, imo neq; diſtare putabimꝰ. ¶ Tertiũ celũ nõ videbit᷑ oculo latius. ¶ Quartũ tũc nõ celũ videbimus, ſʒ celi formã. ¶ Primã ꝯñtiã ꝓbat Plotinus in 4ᵃ Eneade. ſ. in 6ᵒ liᵒ, ⁊ ſua ꝓbatio ſupponit idẽ numero eẽ colorẽ intẽtionalẽ, ⁊ ſibi ſilẽʒ realẽ, qõ iõ apud ipm alr̃ viſio non eẽt rei extra. tũc arguit, apprehẽſa ſpecie: tũc ſenſus ſpẽs poſſidet, ḡ amplius ſenſibile non querit: ⁊ ſic poterit ſentire qñ vult. ¶ Et debes ſcire Plotinũ ſupponere ſpẽʒ remanere in oculo poſt illius poſſeſſionẽ. Et hʒ fortiſſimũ forte argumẽtum, qꝛ forã ꝯſeruat᷑ a mã, ⁊ nõ ab agẽte. ¶ Scðaʒ deducit / aĩus ſentiẽtis poſſidet ſenſibile, ḡ nõ diſtat ab eo, ⁊ ꝑ ꝯñs iudiciũ nõ põt ferre de diſtantia. ¶ Tertiã ꝓbat / qm̃ ꝑ ĩdiuiſibile nihil iudicat᷑ diuiſibile. ¶ Quartã ẽt ꝓbat, qm̃ qcũq; ſpẽm rei videt: nõ rẽ videt. vide ipſuʒ. ¶ Experiẽtie ſunt multe, pma de igniculo qui videt᷑. ⁊ tñ videmꝰ ſpatiũ interceptũ in nocte: qõ nõ eẽt ſi multiplicaret ſpẽʒ. ¶ Preterea. Aĩalia q̃dã audiũt minima vt canes. Jtẽ apes ⁊ formice mellica olfaciũt remotiſſima. Conche diſtãtia guſtãt. Torpedo piſcis ꝑ longã virgã tãgẽs te: ſtupefacit te. Quo mõ eſtimãdũ a minimo obto totũ mediũ ita affici. ¶ Sed eſtimãdũ ſenſibili illa eẽ adeo cognata ſenſibus, vt cũ primũ circa ſenſuʒ vigẽt actu, ipſe quoq; ſenſus ipſorũ actus circa ea expergiſcat᷑, quẽadmodũ alijs hoibus: alius precipue eſt amicus, ⁊ alius alios ad cãtũ excitat, atq; tripudiũ. Jtẽ ſicut in lyra: dum mouet᷑ hec chorda, ſtatim ⁊ cõtẽperata mouet᷑. Jtẽ ſicut ſi amicus imaginat᷑ aliqd, ⁊ ſuus amicus idẽ. ſic fit ⁊ in ſenſibilibus apõ ſenſibilia. ¶ Hec eſt platonica poſitio, ⁊ fundamẽta, ⁊ experiẽtie ſue h̃ ſunt. ¶ Peripateticoꝝ poſitio. Sʒ peripatetici aduerſus hos argumẽta adducũt, ⁊ experientias. ¶ Argumẽtũ pᵐ qdẽ qõ ex Auer. capit᷑ ĩfra cõ.67. Hec eſt ꝑ ſe / colorẽ ſenſibilis: ⁊ ſic de alijs, ⁊ nõ in pmo mõ, ḡ in ſcðo. ſed nihil eſt in ſcðo mõ tale: niſi ſit cã operatiõis illius, vt pʒ. ḡ color eſt ſola cã ſue ſenſationis, quẽadmodũ hõ eſt cã ſui riſus. vna enim eſt cã potẽtie, ⁊ actꝰ ab illa potẽtia manãtis. ¶ Scðo vt capit᷑ ab Auer. in 8ᵒ phyſi. oĩs noua relatio realis, ⁊ per ſe, vel cõis adueniẽs alicui nũc, q̃ ꝓus nõ, aduenit ꝑꝑ nouũ fundamẽtũ: qõ accidit alicui extremo. cũ igitur hec relatio, qua ſenſus dr̃ nũc ſentiẽs, ⁊ ꝓus nõ: ſit q̃dã noua relatio, opʒ vt ſit accñs aliqd noui viſui, vel colori, ⁊ colori nõ: vt patet, ergo viſu. ſʒ iſtud nouũ: vel eſt ſubã, vel accñs. ſi ſubta hoc falſuʒ eſt. Declaratũ eſt eni ſubaʒ nõ poſſe eẽ imediatũ fundamẽtũ relõnis ĩ 5ᵒ pᵉ phie. ḡ accñs. Vel phyſicũ, vel ĩtentionale. nõ phyſicũ. impoſſibile eſt. n. accñs phyſicũ fieri: niſi ꝑꝑ nouitatem alicuius rei mãlis, ḡ eſt accñs ĩtentionale. Vel igit᷑ cauſatũ ab obto ext᷑, vel ab aĩa ſola. nõ ab aĩa ſola, qm̃ hoc eſt cõtra eos, ⁊ etiam contra rõnẽ, qm̃ vnũ ⁊ idẽ nõ põt eẽ agẽs, ⁊ recipiens alicuius. ¶ Confirmat᷑ qꝛ vel ſilẽ, vel diſſimile obto. nõ diſſilẽ, qꝛ nõ duceret in illius ſenſationeʒ, ḡ ſilẽ. ſed oẽ deriuatum eſt a ſuo ſili. q̃re ⁊c̃. ¶ Experientie / pma Auer. cõ.67. de tranſitu radioꝝ ꝑ viridia colorat parietes, qõ nõ eẽt niſi are viſa cauſaret᷑ ſpẽs ⁊ radiꝰ v̇ſus oculũ, ⁊ ſenſum. ¶ Secũda de imagine ſpeculi. ꝯſtat. n. nos videre nos ꝑ illã imaginẽ palã. ¶ Tertia de ĩpedimẽto medij amouetur odor ⁊ ſonꝰ. ¶ Vltĩo forte ſenſiˡᵉ corrũpit ſenſuʒ, ḡ dʒ aliqd agẽ. ¶ Quibꝰ in ſcða ꝓpõne ꝑſpectiue dr̃ colorẽ illuminatum ĩpreſſiue in viſum opari. Qõ ꝓbat cõmẽᵗᵒʳ illiꝰ ſic. o. oculus ſup fortẽ colorẽ illuminatũ luce forti fixa ĩtuitiõe ꝯuerſus: ſi ad colorẽ debiliꝰ illuminatũ ſe fluxerit ĩueniet colorẽ pmũ 2ᵒ apparẽter miſceri, qõ nõ p̃t: niſi veſtigijs eiꝰ ĩ oculo v̇relictis. Qõ ẽt de apphẽſione ſolis apparet poſtq̃ʒ oĩa ſol vñr. ¶ Opʒ ḡ ex his ſuppon̄ẽ colorẽ, imo qõlibʒ ſenſibile hr̃e duplex eẽ. ſ. in mã, ⁊ ĩtẽtionale eẽ qdẽ phyſicũ ẽ eẽ ꝯcernẽs mãʒ ⁊ eius appẽditia. Eſſe ĩtẽtionale ẽ qñ ſepat᷑ a mã, ſiue ab appẽditijs, ſiue nõ. ¶ Põ Alberti. Tũc ẽ põ Alb. h̃ in loco, ꝙ vna forma p̃t diuerſimode agẽ ꝑꝑ diuerſuʒ modũ eẽndi. eſt. n. calitas forma, ⁊ eſt in mã ignis. ꝓut qdẽ caliditas eſt: vt ſic hʒ agere purã formã in medio, ⁊ in potẽtia ſenſitiua. ꝓut võ eſt in mã hʒ agẽ calorẽ phyſicuʒ in mã, ⁊ cũ appẽditijs mãe. nõ ergo dʒ recurrere ad motorẽ ſeparatũ: vt Auer. voluit. ¶ Põ ꝓpa Sʒ qꝛ hec Albti põ diſſentire vʒ ab Auer. ⁊ ipſam reprobaui in trac. illo, nũc alr̃ dicã. vbi debes ſcire, ꝙ q̃libet forã p̃t agẽ dupʳ. Vnoᵒ inq̃ʒtuʒ in mã eſt ⁊ ſic agit formã mãlẽ, quẽadmodũ ⁊ ipſa in mã eſt. ⁊ inquãtum inſtrm pᵉ cãe: ⁊ qꝛ pma cã ſpũalis eſt, iõ inquãtũ inſtrʒ pᵉ cãe agit ĩtẽtionẽ ſpũalẽ, ꝙ ãt forã poſſit agẽ his duobꝰ modis ꝓbauit ĩ illo trac. rõnibꝰ aptis. ¶ Tũc dico ꝙ eẽ neĉiuʒ motorẽ ſeparatũ ꝓ eẽ ĩtẽtionali ſenſibili põt ĩtelligi, vnoᵒ ĩ rõne pncipij ꝓximi: ⁊ ſic nõ. ꝓximũ eni pñm eſt obm ipʒ ad eẽ, qõ ĩ rõne cãe ꝓxime ꝓducit eẽ intẽtionale ſibi equalẽs. ¶ Scðo mõ ĩ rõne pncipij remoti ⁊ pmi: in cuiꝰ virtute id eẽ intẽtionale fit ab obto: ⁊ ſic opʒ recurrẽ ad motorẽ ſeparatũ. vʒ. deuʒ ſublimẽ, in v̇tute cuiꝰ forã ꝓducit ſe intẽtionalr̃ ĩ medio ac organo, ⁊ ſic diuerſitas illoꝝ eẽ nõ ex mãe diuerſitate ꝯſurgit, ſʒ ex agẽte. color. n. mãlis ẽ ita phyſicꝰ ꝑꝑ agẽs phyſicũ. color vero ĩtẽtionalis: ꝑꝑ aggẽs ſaltẽ pᵐ in virtute cuiꝰ fit. Jd võ qõ petebat᷑, an hic motor ſeparatus ſenſus agẽs dici dʒ, iã apparet ꝙ nõ, qm̃ potiꝰ proximũ agens ꝯuenit in noĩe cũ effectu q̃ʒ remotũ. cũ igit᷑ cõcurrat tanq̃ʒ agẽs remotũ nõ ſenſus, ſʒ motor ſeparatꝰ dr̃. Etiam qm̃ intell's agẽs accõmodatur intellectui poſſ ꝑꝑ aĩe rõnalis excellẽtiã. merebat. n. ſua nobilitas: nõ tm̃ hr̃e pñm paſſiuũ ſue opatiõis: ſʒ actiuũ. nõ ſic ſenſus cũ ſit multo ĩferior intellectu. ⁊ q̃ʒto minꝰ mã. nõ. n. hʒ mãʒ actiuã ſibi correſpõdẽtẽ ꝑꝑ vilitatem eiꝰ. ¶ Peripateticoꝝ poſitio. Et qñ ꝯſideraui cõmẽtũ Simplicij in multis locis hic ĩueni opionẽ ſuaʒ in hoc. eſtimauit eni ipſe: aliud eẽ recipẽ colorẽ, ⁊ aliud diiudicare ac cognoſcere. cõe eni eſt medio illuminato, ac ſenſorio aĩato recipere colorẽ ſine mã. attamẽ quẽadmodũ mediũ ſic recipiens nõ cognoſcit, nec diiudicat. ita ſenſoriũ nõ cognoſcit: nec iudicat. veꝝ qꝛ in ſenſorio fit ſenſatio que in iudicio ac cognitione ꝯſiſtit vltra ſenſoriũ in aĩa ſenſitiua virtutẽ quãdã eſtimat actiuã nõ effectiuã extra: ſicut antiq qdã eſtimant: ſed actiuã iudicij ac cognitionis. ⁊ ſic apud Simpli. nõ dat᷑ virtus paſſiua ſenſationis, q̃ ſenſus dicatur paſſiuus, nec virtꝰ actiua ĩtẽtionis ſenſibilis. ſed datur v̇tus actiua: nõ effectiua foris, ſed diiudicatiue ac cognitiue. Pro receptione ḡ obti ĩtẽtionalis ſufficit ſenſoriũ aĩatũ, dato ꝙ in eo nulla ſit potẽtia ab eo. Pro iudicio ac cognitiõe ſufficit virtus actiua. ḡ apud Simpl̃. tm̃ ſenſus dat᷑ actiuꝰ ⁊ nõ paſſiuus. Et lʒ Ariꝝ. dicat ſentire in pati cõſiſtere. h̃ dicit, nõ ꝙ ſenſatio ipſa ſit plura paſſio, ſʒ h̃ dicit q̃ʒtũ ad ſenſoriũ ipſuʒ in quo primo fit ſpẽi receptio ſine qua nõ fit iudiciuʒ, ⁊ cognitio.



Sed vtcũq; Plotini rões nulle ſunt, ⁊ ſuo loco copioſe ſoluentur, ⁊ tu cõſidera tractatũ meũ de hoc.

**¶ Nũc id ſit a nobis determinatũ cũ ſimplex in q̃ʒ nõ ſit id qõ dr̃ eẽ potẽtia: ſʒ aliõ qdẽ ſit vt puer quẽ militare poſſe dicere lʒ / aliõ aũt vt hiſce q iã etate militariq; arte aptus euaſit ad militãdũ: ſenſitiuũ ſimiliter ſe habere.** Argyr.

**¶ Nũc ãt tm̃ ſit diffinitũ: ꝙ cũ nõ ſimplex ſit id qõ potentia dicitur: ſed aliud quidẽ vt ſi dicamus puerũ poſſe militare: aliud autem vt in etate exiſtentem: ſic habet ſenſitiuum.** T.c.61.

¶ Collectãea textus cõmẽ.61. Cũ dixiſſet recolligit qd actenus dictũ ſit, ⁊ inquit. Nunc ãt tm̃ ſit diffinitũ. i. determinatũ, qm̃ cũ nõ ſimplr̃. i. ſʒ vnã intẽtionẽ ſit qõ poᵃ dr̃. Sed aiud quidẽ ſicut ſi dicamꝰ puerũ poſſe militare. i. in potentia remota: aliud aũt ſicut etate exñtẽ. i. vt ille qui iam etate militariq; arte aptus euaſit ad militãdũ. Sic hʒ ſup. ſe ſenſitiuũ. ſ. in poᵃ remota, vt puer, ⁊ ꝓpinqua. ¶ Et inquit Auer. ⁊ intẽdit ꝑ oĩa iſta declarare ꝙ poᵃ ſenſus: que recipit ſenſibilia, nõ eſt pura p̃paratio. i. priuatio: relinquẽs tm̃ aptitudinẽ, ſicut p̃paratio que eſt in puero ad recipiẽdũ ſnĩam. eſt. n. illa tm̃ priuatio ſcie: cũ aptitudine ad illã, quã ignorãtiã negationis appellãt, ⁊ ꝙ eſt aliqs actꝰ: ſicut hñs habitũ qñ nõ vtit᷑ ſuo habitu. Et veꝝ ait. poᵃ. n. ſenſitiua nõ eſt pura priuatio: quẽadmodũ ĩ puero capacitas illa, ſed eſt quedã qualitas: que reſpectu organi actus dr̃. reſpectu vero ſenſationis dicit᷑ p̃paratio.

**¶ Atq; cũ ipoꝝ dr̃ia noĩe careat / d̃terminatũ ãt ĩ ipſa eẽ diuerſa / ⁊ q̊ pacto diuerſa ſũt neceſſe ẽ ipõ pati ac alterari tãq̃ʒ ꝓprijs noibꝰ vti. Jpʒ ãt ſẽſitiuũ: põa tale ẽ / q̃le iã ipʒ ſẽſibile ẽ actu / ſicuti diximꝰ. Patit᷑ igit᷑ cũ eſt nõ ſilẽ: at paſſuʒ / euaſit ſilẽ / ⁊ eſt tale q̃le eſt illõ.** Argyr.

**¶ Qm̃ ãt inoĩata eſt ipſoꝝ dr̃ia: d̃terminatũ eſt ãt d̃ his ꝙ alia: ⁊ q̃uo alia: neĉe ẽ ipõ pati ⁊ alterari tãq̃ʒ ꝓprijs noibꝰ vti. Sẽſitiuũ ãt: potẽtia eſt tale q̃le iã actu ſenſibile: ſicut dictũ eſt. Patit᷑ igit᷑: nõ ſimile exiſtẽs: paſſuʒ aũt: aſſimilatum eſt: ⁊ eſt tale quale illud.** T.c.62.

¶ Collectanea te.c.62. Vult recolligere diffõnẽ ſenſitiui. ꝓponit tñ priꝰ quoddã vtile ad ſermonẽ, ⁊ inqt. Qm̃ aũt inoĩata eſt dr̃ia ipſoruʒ. ſ. potẽtie, ⁊ tranſmutationis: vt Auer. exponit. Determinatũ eſt aũt, qm̃ altera ſup. eſt alteratio corruptiua ab alteratione ꝑfectiua, ⁊ q̃uo altera, qꝛ equoce ꝓprie vel analogice, ⁊ ꝑ ꝯñs nõ hñt noĩa ꝓpria. His declaratis neceſſario vti debemꝰ ipſo pati ac alterari tanq̃ʒ ꝓprijs noibus ſup. conueniẽtibus ſenſationi ⁊ trãſmutationi ſenſitiue, ⁊ hoc non nocet, vt Auer. inqt, cuʒ iam determinauimus intentionẽ ſꝫ quã diuerſant᷑: id eſt cũ ſit ſtabilitas ſenſus nois. ¶ Sẽſitiuũ aũt. Cũ h̃ ꝑaccepiſſet / diffinit ſenſitiuũ ſimplr̃. i. in genere, vt Auer. intẽdit, ⁊ inqt. Senſitiuũ aũt potẽtia eſt q̃le ſenſibile iam actu. ſicut dictũ eſt. i. vt Auer. inqt. Manifeſtũ eſt igitur ex hoc ꝙ diximꝰ, ꝙ ſentiẽs ſimplr̃ eſt idẽ: qõ eſt in potẽtia ad intẽtionẽ, quã determinauimus de potentia ꝑ intentionẽ rei ſenſibilis in perfectione. i. id qõ innatũ eſt perfici per intẽtionẽ rerũ ſenſibiliũ: nõ ꝑ ipſas res ſenſibiles. ¶ Qꝛ aũt ſenſus nõ ꝑficiat᷑ per ipſas res ſenſibiles: vt Empe. finxit, ꝓbat Auer. d. Et ſi nõ. i. ⁊ ſi ſenſus nõ ꝑficitur ab intentione rei: ſed ab ipſa re, tũc eẽ coloris in viſu, ⁊ in corpe eſſet idem. ꝯñtia pʒ ſi per te ſenſus perficitur a re ⁊ nõ ab intentione rei. ¶ Et tũc dedit incõueniens. d. Et ſi ita eſſet. ſ. ꝙ ideʒ eſſe oĩbus modis haberet color in viſu, ⁊

in mã, tūc eſſe eius in viſu, nō eēt cōprehēſio ſup. queadmodū nec eſſe coloris in mã. Fundatur hec vltima ꝯñtia in h, qḋ qñcūqꝫ eē obiti eſt idē, erit modus eius cōprehēdēdi vel ignorãdi. ¶ Obijcies, qm̄ eē coloris in medio ⁊ ī ſenſorio idē eſt, ⁊ tñ in ſenſorio eſt cōphēſio: ⁊ nō in medio. ¶ Pōt dici ꝙ Auer. ſupponit eē idē eſſe ⁊ eodē modo: vt Empedo. ait, ⁊ tūc optime ſequitur, ꝙ ſi eē eſt idē ⁊ eodē modo quēadmodū in mã nō eſt ſeſatio nec in organo. modo color in medio: ⁊ in ſenſorio: ⁊ ſi habeat idē eē, nō tñ eodē mō, qm̄ in ſenſorio reſpicit ſubm viuū capax iudicij: nō ſic ī medio. ¶ Tūc vt Auer. inqt pōderãdū eſt in arabica trãſlatiōe li. [Sicut ſenſitiuū in ꝑfectiōe] ⁊ in nr̄a [quale ſenſibile iam actu.] vbi nō dixit ſentiēs eē ī potētia id: ſed ad aliqḋ ſicut id, qm̄ ſi eēt ī potētia ad id, tūc idē eēt eē coloris in viſu: ⁊ in mã: vt dcm̄ eſt, ſed bñ eſt in potentia ad aliqd ſile illi in ſpē, vt patebit loco eius. Reliquū textus ⁊ cōmenti patet.

Argyr. **¶ At eni: de vnoquoqꝫ ſenſu deinceps a ſenſibilibꝰ cuiuſqꝫ ꝓficiſcētes dicamꝰ opꝫ atqꝫ. priꝰ ipſa ſenſibilia diſtinguēda eē vīr. Sēſibile itaqꝫ trifariã dī. ſenſibiliū. n. qdam ꝑ ſe, qdā ꝑ accñs ſentiunt̄. Et illorū rurſus: alia ſunt vniuſcuiuſqꝫ ꝓpria ſenſus, alia cōia cūctis. Atqꝫ ꝓpriū id ſenſibile dico: qḋ alio ſenſu ſentiri ñ pt, ⁊ circa qḋ error fieri neqt, vt color reſpectu viſus ⁊ ſonꝰ auditꝰ, ⁊ ſapor guſtꝰ. Tactꝰ āt plēs dñias hꝫ qdē, iudicat tñ de illis vt ceterorū ſenſuū qſqꝫ d̄ ſuo ſēnſibili ⁊ ñ dcipit̄. Viſus. n. ñ errat eē colorē, aut auditꝰ eē ſonū: ſꝫ qd ſit id qḋ ē ifectū colore vel vbi, aut qd ſit qḋ ſonat vl̄ vbi. Huiuſcemodi igr̄ ſēſibilia, dñr vniuſcuiuſqꝫ ꝓpa ſēſus.**

T.c.63. **¶ Dicēdū aūt eſt: ſꝫm vnūquēqꝫ ſenſuꝫ: ⁊ de ſenſibilibꝰ ꝑ. Dicit̄ aūt ſenſibile tripl'r: quorū duo qdē dicimus ꝑ ſe ſentiri: vnū aūt ſꝫm accidēs. Duorū aūt: aliud quidē ꝓpriuꝫ eſt vniuſcuiuſqꝫ ſenſus: aliḋ aūt cōmune oiuꝫ. Dico autē ꝓprium quidē: qḋ nō contingit alio ſenſu ſentiri: ⁊ circa qḋ nō cōtingit decipi. Vt viſus coloris: ⁊ auditus ſoni: ⁊ guſtꝰ ſaporis. tactꝰ autē, plures habet dñias. Sꝫ vniuſcuiuſqꝫ iudicat de his: ⁊ nō decipit̄ ꝙ color ſit: neqꝫ ꝙ ſonus: ſed qd ſit coloratum aut vbi, aut quid ſonans aut vbi. Talia igitur, dicuntur propria vniuſcuiuſqꝫ.**

Collectanea te.c.63. ¶ Cum Ariſt. qſi ꝑambula de ſenſibus cōiter locutꝰ eſt, mō aggreditur de eis ſigillatiꝫ, ſeruans eādē viã qua ſupra. ſ. a ſenſibꝰ obiectis ad actꝰ, ⁊ ab actibꝰ ad potētiã, inde ad eēntiã. ¶ Reddit aūt Them. cāꝫ hꝰ. d. vñ de ſingulis ſeorſum ſenſibꝰ agēdū. nã ois de ſenſu tractatꝰ, ꝓprie cōis, aut gñalis appellari nō pōt, cuꝫ in ſenſu aliqd vt ꝑus: aliqd vt poſterius ꝯſpici ⁊ notari ꝯtingat. qꝛ igit̄ ꝑ ꝑ ordinē eorū nullꝰ tractatꝰ pt eē cōis ac eis ſufficiēs, opꝫ eſt poſt illa cōia ꝑambula aggredī circa vnūqḋqꝫ tractare. ꝑ vō d̄ ſenſibꝰ tãqꝫ ab obiectis, quorū qdā tãqꝫ necīa h tractant̄: vt Simpl'. inqt. ſ. ꝓpa hec necīa ſunt, qꝛ ex eis vnuſqſqꝫ ſenſus innoteſcet: alia āt vt cōia tãqꝫ iuuãtia ad cognē potētiarū. Per accñs autē h iducunt̄ ſenſibilia. vt cōpleat̄ doctrina, ac vt ſecludant̄ a ꝯſideratiōne huiꝰ ſcie. ¶ Ponēs ḡ itētionē ac ordinē inqt. Dōꝫ aūt ſꝫm vnūquēqꝫ ſenſuꝫ, ⁊ ꝑ de ſenſibꝰ tanqꝫ a notioribꝰ, ⁊ ſtatim ꝓſeqt̄. d. Dī āt ſenſibile tripl'r, qr̄ duo qdē dicimꝰ ꝑ ſe ſentiri. vnū aūt ſꝫm accñs ſbdiuidit aūt alterū. d. Duorum aūt aliḋ qdē ꝓpriū ē vniuſcuiuſqꝫ ſenſus. aliud aūt cōe oiuꝫ ſenſuū. ſꝫ qūo ſenſibile cōe ſit oibꝰ ſenſibꝰ poſteriꝰ dicet̄. ¶ Dico aūt.] ꝓpoſita diuiſiōe, ac ſubdiuiſiōe, ſtatiꝫ diffinit mēbra, ⁊ icepit a ꝓpo tãqꝫ a magis itēto, ⁊ inqt. Dico aūt ꝓpriū qdē: qḋ nō ꝯtingit altero ſenſu ſentiri, ⁊ circa qḋ nō cōtigit errare. Hec eſt eius deſcriptio. hꝫ āt hec duas ꝑticulas. ꝑ ḡ exēplo exponit ꝑmã. d. Vt viſus coloris. auditꝰ ſoni, ⁊ guſtꝰ humoris. i. ſaporis. De tactu āt inqt. Tactꝰ aūt hꝫ plēs dñias. ſ. obiectorū, ſed eodē mō vnuſqſqꝫ eorū iudicat de his tñ, ⁊ nō de alijs. ꝙ ḡ nō ꝯtigat altero ſenſus ſentiri his pꝫ. deinde explanat 2am. d. ⁊ nō decipit̄ viſus de obiecto, qm̄ color, neqꝫ auditꝰ: qm̄ ſonꝰ, ſꝫ qd coloratū, aut vbi, aut qd ſonãs. decipit̄ ḡ ſenſus de copulatꝫ ſenſibili ꝓprio. ſ. mã agēte, ⁊ loco: vt ꝯſtat. Tūc recapl'at. d. Igit̄ hꝰ qdē dicunt̄ propria vniuſcuiuſqꝫ. ꝙ ḡ ſenſibile ꝓpriū ſit circa qḋ nō cōtingit altero ſenſu ſentiri, ⁊ circa qḋ nō errare, palã mō eſt.

**Cum declarauit** Auer. ꝑ exponit textū qꝫtuꝫ ad qdā, 2a ibi [Et cuꝫ dixit: ſꝫ in colorato.] Abſoluit tres. q. circa lr̄am vtiles. Adhuc circa ꝑa narrat itētionē ptis. 2a ibi [Et ſꝫmo eiꝰ.] Jã trãſit ad textꝰ expōnē. Pria ps manifeſta ē ꝑ ſe. [Et ſꝫmo eiꝰ.] Hic Auer. aliq̄ exponit textꝰ: aliq̄ dimittit. colligã ḡ ex tota hac ſol'. cuiuſdã difficultatis, qm̄ Arū. dixit ſenſuꝫ nō errare circa ꝓpriū obm, vt qm̄ nō errat in eē albo ⁊c̄. qḋ pōt eē qūo intelligit̄ iſtḋ: aut ſimpl'r, aut cū cōditiōe. Si ſimpl'r ſunt multe inſtãtie, qs vide ab expoſitoribꝰ. ⁊ ſi cū ꝯditione q̄ eſt illa cōditio? ¶ Ad h ḡ Auer. ſol'. innuit. d. Qui nō errat in eis. ſ. in maiori ꝑte. Themiſtius aūt ac Simplicius tres apponūt cōditiones. Jnqt. n. Themiſtius. Falli. n. aſpectus neqt circa rē viſibilē, ſi mundus ⁊ probus oculus habeat̄, ⁊ ꝑ h vult hr̄e ꝙ organū ſit bñ diſpoſitū. Scḋo ait, ſi ſerenū ſit ⁊ ꝑ h notat ſcḋaꝫ. ſ. medij puritatē ⁊ diſpōnē pro eo. Tertio addit ſi iterſticio iuſto colores abſceſſerint. Et ꝑ h notat tertiã. ſ. debitã ac ꝓportionatã diſtãtiã. ⁊ has tres Them. vult eē itelligēdas in q̄libꝫ obto cuiuſcūqꝫ ſenſus. ¶ Albertꝰ āt ait nunqꝫ ſenſuꝫ errare, cū error nō ē ſumēdus ex re: ſꝫ ex intētione rei. ¶ Sꝫ expoſitores ꝯdicūt his mltū ſbtil'r. ꝑ qꝛ dicūt ꝯ textū. Arū. n. ait ſenſum nō errare circa ſenſibile ꝓpriū, ⁊ exēplificat de obtis ꝑmis. iſti dicūt errare ad minꝰ aliq̄, ḡ ꝯdicūt. ¶ Preterea. Sicut ex Alberto colligit̄, qḋ eſt ꝓpriū ē ꝑ ſe. qḋ ē ꝑ ſe eſt de oi, ḡ ſi nō errat circa ꝑm ꝑ ſe, nec circa inferiora ad illud. ¶ Jd ēt ꝙ Albertꝰ inqt, vr̄ error, qm̄ ſi ſic eēt: nūqꝫ ſenſus erraret: ⁊ ſic hñs organū bñ diſpoſitū ⁊ aliq̄l'r male eq̄ bñ viderēt. Etiã ſicut intell's ad itelligibile, ſic ſenſus ad ſenſibile. ſꝫ itell's errat, qm̄ al'r eſt ex ꝑte rei q̄ꝫ itētio repñtet, ḡ ⁊ ſenſus errabit, qm̄ al'r eſt in re q̄ꝫ pñtet ſpēs. ¶ Propter qḋ dicūt dcm̄ Ariſt. eē itelligēdū d̄ obto ꝑ ⁊ ꝑ ſe, ⁊ nō de obto ꝑ ſe ſcḋo ſicut albū ⁊ nigrū ⁊c̄. ¶ Ego autē ſuſtinendo hos maxim: Themiſtiū, ⁊ Auerroim dicerē, ꝙ aliud eſt obiectum cognitum, aliud iudicatū. id enim qḋ cognoſcitur eſt genꝰ. id vero qḋ iudicat̄ eſt ſpēs: ideo ſenſus cōprehēſiue nō errat. iudicatiue errare pōt. hi ergo exponūt non comprehēſionē ſenſus, ſꝫ iudiciū: ⁊ ſic poſſunt ſaluari. id vero qḋ eſt cōtra Albertū ſolue tu. ¶ Et cuꝫ dixit.] Hic abſoluit. q. Et ꝑmo ꝑmã. ait enim Ariſt. [Et nō decipit̄ viſus: qm̄ color, ſed qd coloratū.] Tunc ex hoc vī ſequi viſum cognoſcere quidditatē ſube ac coloris, qm̄ potētia cōprehenſiua nō errat niſi circa poſſibilia cōprehēdi. Senſus. n. nō errat circa cognitionē dei, qm̄ nō cōprehendit eum, quare ſi ſenſus errat in qd coloratū, ergo pōt cognoſcere quidditatem colorati, ⁊ ſubſtãtiaꝫ eius. ¶ Soluit ergo Auer. d. Et quū dixit: ſed in colorato qd eſt, ⁊ vbi eſt: ⁊ in auditu qd eſt, ⁊ vbi eſt, non intendebat ꝙ ſenſus cōprehendit eſſentias rerum, ſicut quidam eſtimant. ſ. vliter ⁊ abſolute cuius rationem

Cō.63.



reddit. hoc eniꝫ eſt alterius potētie, que dicit̄ intell's. vult ergo Ariſto. nō intelligere ꝑ quid eſt quidditatē vl'em. ſed intēdebat ꝙ ſenſus, cū hoc ꝙ cōprehēdit ſua ſenſibilia ꝓpa cōprehēdit intētiones indiuiſibiles diuerſas in generibus ⁊ ſpeciebꝰ. cōprehēdit igit̄ intentionē huius hominis indiuiſibilis. i. quidditatē indiuiduã illius, ⁊ intētionē huiꝰ eq̄ indiuiſibilis, ⁊ vliter intētionē vniuſcuiuſqꝫ predicamētorū idiuiſibiliū. eſt ḡ ſol'. ꝙ Ari. ꝑ qḋ qd eſt intelligit qdditatē particulariter ⁊ ſignate, ⁊ hꝰ bene ſenſus cōprehendit. ¶ Sed hec ſol'o non vī bñ dicta, qm̄ ſenſus exteriores nec adhuc ꝑticulares qdditates ſentiēt decē pñtorū. ḡ circa illa nō pñt dici erronei. ¶ Scḋo tūc h cōpeteret ſenſibus exterioribꝰ brutorū, qm̄ illi ſunt ſenſus ēt ꝑticulares. ꝑmã abſoluit Auer. ibi [Et iſta intētio.] ſed ſcḋam. d. Et h vī eſſe ꝓpriū ſenſibus hois. qḋ verbo Ariſt. ꝓbat. d. Unde dicit Ariſt. in libro de ſenſu ⁊ ſenſato, ꝙ ſenſus aliorū aīaliū non ſunt ſicut hois, aut ſi nō dicit hec verba formal'r dicit ſimile huic ſermoni. ſ. ꝙ ſenſus brutorū ꝑcipiūt cortices, ſenſus hois medullã. ¶ Sed dices tu: ꝓ ꝑ qd fuit hec diuerſitas? ¶ Rñdet̄ ꝓpter finē, ⁊ ꝓpter mãm. ꝓpter finē quidē, qm̄ nullū aīaliū ordinat ſenſus exteriores ad intelligere: niſi hō. ſenſus. n. iſti ad cogitatiuã ordinant̄, que ītellectui deſeruit: ideo nō tm̄ ſunt ꝓpter vtile, ſed ꝓter nobile. Propter materiã vō qm̄ aīaliū nullū cōplexionē hꝫ hois in tãta tēperãtia: iō ꝑ ꝑ tēperãtiã ſenſorij: reddit aptius ad ꝑcipiendū hꝰ. ¶ Ad primã autē quã Auerrois idem diſſoluit, nunc ait, ⁊ iſta intentio indiuiſibilis eſt illa: quã diſtinguit virtus cogitatiua a forma imaginabili, ⁊ expoliat ea ab his, que ſūt adiuncta cū ea: ex iſtis ſenſibilibꝰ corporibꝰ ⁊ ꝓprijs, ⁊ reponit eam in memoratiua. Vult dicere ꝙ idē ſꝫm rem cōprehēdit̄ a ſenſu exteriori, ⁊ a cogitatiua: diuerſimode tñ, qm̄ ſenſus exterior eam cōfuſe ⁊ quaſi inuolute cōprehendit, imo quaſi ꝑ accñs, cogitatiua diſtincte: ac ꝑ ſe, cum illã ꝑcipiat expoliatã ab accidētibus imaginabilibus. ¶ Sꝫ ambiges qūo differat cōprehenſio imaginatiue a cōprehēſione cogitatiue. ¶ Rñdit auer. ꝙ conueniunt in comprehenſo, ⁊ differunt in modo cōprehendēdi. d. Et eſt hec eadē illa, quam cōprehēdit imaginatiua. ergo in re cōueniūt cōprehenſa, ſed imaginatiua cōprehēdit eam coniunctam iſtis ſenſibilibus ſup. cogitatiua expoliatam. ¶ Sed dices. igit̄ imaginatio nō differt a ſenſatione. ¶ Reſpōdet ꝙ differūt in modo, conueniunt tñ in re, ⁊ hoc dicit: lꝫ eius comprehenſio ſit magis ſpūalis: q̄ꝫ ſup. ſit ſenſatio, vnde id relatiuum eius refert imaginatiuã: ⁊ ſic abſoluta eſt queſtio. ¶ Debes ſcire in vno ⁊ eodē apprehenſo eſſe quatuor rōnes, ſeu modos apprehendēdi. v. ḡ. in hoc colorato primo eſt mã, pñtia mãe, cōditiones mãe, intentio indiuidua forē, ⁊ quidditas vlis. ſenſus ergo exterior percipit hoc coloratum, vt abſtrahit a mã: nō tñ a pñtia mãe, nec ab appendicijs mãe, nec intētione ꝑticulari forme. ergo eſt obiectum ſenſus externi: vt abſtrahit tm̄ a mã. imaginatiua ꝑcipit id: vt abſtrahit a mã ⁊ a pñtia mãe, nō tñ a cōditionibꝰ mãe, ⁊ intētiōe ꝑticulari forme. Ergo eſt obm imaginatiue, vt cōcludit cōditiones mãe, ⁊ forme itētionē. vt abſtrahit aūt a pñtia, ⁊ mã ipſa. ⁊ h dicebat Auer. cū iquit, ꝙ nō expoliat ab accñtibꝰ ⁊c̄. Cogitatiua abſtrahit a mã, pñtia mãe, conditionibus mãe. ſed nō ab intētione indiuiſiōis. ergo obm cogitatiue erit hoc mō. vltimo intell's abſtrahit ab oibus his, ⁊ ꝑcipit quidditatē ſimpl'r vt vl'e ē: ⁊ ſic pꝫ ſol'o qōnis. tacuit ſenſum cōeꝫ, qm̄ obiectū eius eſt obiectū ſenſus externi. Jtē tacuit ⁊ memoratiuã, qꝛ ſꝫm eã nō ꝑcipit: ſꝫ ꝯſeruat. ¶ Sꝫ ambiges ſi cogitatiua abſtrahit a mã, pñtia materie, conditionibus mãe, ḡ relictū eſt vl'e. ¶ Dicēdū ꝙ id relictū eſt indiuiduū vagū, qm̄ lꝫ abſtrahat ab accñtibꝰ, nō abſtrahit a ꝑtãte mãe, que ſimul cōcipitur cū ſuo obto.

An cogitatiua cōprehendat formas indiuiduas decē predicamentorum. ¶ Ambigunt an cogitatiua cōprehēdet ſubſtãtias particulares, ⁊ vliter indiuiduas formarū decē predicamētorū, ꝙ nō, qm̄ id qḋ nō percipit preſentiã alicuiꝰ, nec ꝑcipit id. ſed cogitatiua nō percipit preſentiã ſubſtãtie, vt pꝫ in duobꝰ obiectis omnino conſimilibus ſucceſſiue oſtenſis, ergo ⁊c̄. ¶ Scḋo memoratiua eſt ſpiritualior, q̄ꝫ cogitatiua. ſꝫ memoratiua nō cōprehendit ſubſtãtiã: ergo nec cogitatiua. antecedēs pꝫ 3o huius. q̄ꝫtū ad ambas ꝑtes. ¶ Jn oppoſituꝫ eſt Auerrois hic ⁊ alibi. ¶ Jn iſta ambiguitate breuiter latini oēs volunt nullū ſenſum: nec exteriorē: nec interiorēꝫ ꝑcipe ſubam ꝑ ꝓpriã ſpeciē, imo qdã addūt ꝙ nec intell's, ⁊ hoc ꝓbãt fortiſſimo argumēto, qm̄ oē cognitū ꝑ ꝓpriã ſpeciē cauſat prius ſpeciem in potētijs prioribus, ⁊ poſt in potētijs poſterioribus vſqꝫ ad vltimã. mō nō eſt ita. qm̄ ſi ſpecies ſube cauſant̄ in ſenſu exteriori, tūc ſentitur ab eo: quare ⁊c̄. ¶ Scḋo arguūt queadmoduꝫ res in eſſe, ſic ⁊ in cognoſci. ſed ſuba nō fit imediate ſubſtantia, vt Ariſto. ait in ſenſu ⁊ ſenſato: imo ſuba nihil operatur imediate, ſed accidens eius. ergo ſubſtãtia imediate non cauſabit ſpeciē ⁊ cognitionē ſuaꝫ, ſed virtute accidētis. ¶ Auerrois vero opinat̄ cogitatiuã ſubſtãtiã comprehendere, ⁊ hoc ꝓbat̄ apud eū. primo ois potētia cognoſcitiua alicui potētie ſuperiori miniſtrãs aliqd, cognoſcit id. ſed cogitatiua eſt cognoſcitiua, ⁊ miniſtrat ſubſtãtiã intellectui: imo oē cognoſcibile: vt pꝫ 3o huius. ḡ cognoſcit ſbam, ⁊ oē cognſcibile ⁊c̄. ¶ Scḋo potentia altioris gradus cognoſcit qcqd cognoſcit inferior ⁊ vltra. ſed imaginatiua cognoſcit oia accidentia. ergo cogitatiua: cū ſit ſuperior, cognoſcit oia accñtia ⁊ aliqd vltra, ⁊ id nō eſt niſi ſubſtãtia. Pro nūc hec ſufficiūt. ¶ Tūc eſt. q. apud Auer. vtrū cogitatiua cognſcit ꝑ ꝓpriaꝫ ſpēm an ꝑ ſpēm accñtis. ¶ Et dōm ꝙ pōt vtrūqꝫ teneri. ꝑ ꝙ ꝑ ꝓpriã ſpēm: ⁊ argumēta facillime ſoluunt̄. ¶ Primū nihil valet, qm̄ nō q̄libet receptio eſt ſenſatio, ſꝫ receptio in tali potētia ⁊ in tali organo. in plus. n. receptio q̄ꝫ ſenſatio. ¶ Scḋo ēt nihil valet: qm̄ id intelligit̄ in cognē ſꝫm nãm: nō quo ad nos. ¶ Et pt teneri ſcḋo, ꝙ ſuba cognſcit: ſed nō ꝑ ſpēꝫ cãtã ꝑ a ſuba: ſꝫ ab accñtibꝰ virtute ſube. accñtia. n. hñt cauſare ſpē eorū virtute ꝓpria, ſpēm autē ſube virtute ſube, ſicut calor virtute caloris ſoluꝫ calorē, virtute ſube ſubam. Ad argumēta. Ad ꝑm dōꝫ argum id tm̄ arguere cogitatiuã decipi aliqñ ꝑ ꝑ cōformitatē accñtiuꝫ, ſicut accidit itellectui. ¶ Ad 2m dōm memoratiuã eē ſpūalē ⁊ abſtractiorē cogitatiua in ꝯſeruãdo, nō in ꝑcipiēdo: vt ꝯſtat.

Cō.6. Opio latinorum.

Cō.6.7. ⁊.33.

Argyr. **¶ Cōia vō ſūt hec: motꝰ, quies, numerꝰ, figura, ⁊ magnitudo. talia nãqꝫ nulliꝰ ſt̄ ꝓpa ſenſus: ſꝫ oibꝰ cōia ſūt. eteni tactu motꝰ qdã ſenſibil' ē, atqꝫ viſu. Per ſe igit̄ ſēſibilia hec ſt̄.**

T.c.64 **¶ Cōia āt: motꝰ: quies: numerus: figura: magnitudo. hmōi. n. nullius ſunt ꝓpria: ſed cōmunia oibꝰ. eteni ⁊ tactu: motꝰ aliqs ſenſibilis: ⁊ viſu. Per ſe igit̄ ſenſibilia: ſunt hec.**

Collectanea te.c.64. ¶ Expedita declaratione ꝓpriorū, nunc ꝓprie cōia tractat, ⁊ inqt. Cōia autē motus: quies numerus: figura, magnitudo, cuius rōnem reddit. hꝰ autēꝫ nullius ſunt ꝓpria, ſed cōia oibꝰ. Et oſtendit exēplo. d. Tactu. n. motus aliqs ſenſibilis eſt, ⁊ viſu ⁊ ſup. ceteris. Tūc recapitulat. d. Per ſe quidem igitur ſunt ſenſibilia hec. dixit [motus aliqs] qm̄ nō ois motus tangibilis: vt motus celi qui tangi non pōt.

Cō.64. **Cum declarauit** Proponit intentionē partis: ⁊ ſꝫmo pꝫ. [Et hoc qḋ dixit] Auer. Abſoluit apud me duas. q. vtiles, quarū ꝑma accidit in verbis arabice trãſlationis. Scḋa in ſnīa totius ptis. Circa primã inqt Ari. in arabica trãſlatione, [ſed cōia eis oia.] vbi patet ꝙ oia ſenſibilia cōia ſunt ſenſibilia ab eis. i. a quinqꝫ ſenſibus exterioribus. pōt etiã ⁊ in noſtra trãſlatione accidere. ait. n. [ſed cōia oibus] vult ꝙ h enumera-

ta ſint oībus cōia. Modo hoc eſt falſuꝫ, qm̄ magnitudo, ⁊ figura tactu: ⁊ viſu ſolis ꝑcipiunt᷑: alia āt ab oībꝰ. ğ nō oīa coīa ſunt oībus: vt Ariſt. ſonare vꝫ. ¶ Egidius Romanꝰ abſoluit in lr̄a p̄cedēti, ꝙ verbū Ariſto. in tranſlatione nr̄a eſt in ꝓpōne indefinita: cum dicit [ſed cōia oībus] vbi ly [cōia] idefinite dꝫ legi. ¶ Sꝫ hec ſolꝰo lꝫ ſit ad verba trāſlationis nr̄e: nō tm̄ ad ſniam: nec verba tranſlationis antiq̄: vt pꝫ. ¶ Alr̄ ğ Auer. iqt nō itēdit ꝙ vnūqdq̄ꝫ iſtoꝝ quīqꝫ ē cōe vnicuiqꝫ ſenſuū, vt itellexit Themiſtiꝰ, ⁊ ſm qd̄ appa ret. ſed tria eoꝝ. ſ. motus, quies, ⁊ nūs ſunt cōia oībꝰ. figura aūt, ⁊ quātitas ſunt cōia tactui, ⁊ viſui tm̄. Et tūc gloſat verbū Ariſt. d. ⁊ ſic intēdit ꝑ hoc ꝙ dixit, ſed cōia eis oīa. ſꝫ oīa ſūt cōia ſenſibꝰ, nō oīa oībꝰ ſenſibꝰ. vult ğ ꝙ oīa ſint cōia ſenſibꝰ: capiēdo ly [ſenſibus] idefinite, ⁊ q̄ſi in ſuppōne cōfuſa: nō tm̄ oībꝰ ſenſibꝰ, queādmoduꝫ dr̄ oīa poſſumꝰ oēs: nullus tm̄ pōt oīa. ſic oīa ſunt cōia ſenſibꝰ: nullꝰ tm̄ ꝑcipit oīa: vt pꝫ. Hec eſt ſolꝰo Auer. q̄ſi ſophiſtica. ¶ Alr̄ rn̄det Simplicius h̄ in loco: ⁊ inqt. Dꝝ hꝰ ſenſibilia ꝑcipi ab oībus cōtingit duobꝰ modis. vno mō exq̄ſite ⁊ diſtincte, ⁊ ſic tria ab oībꝰ, ⁊ duo. ſ. figura: ⁊ magnitudo a tactu, ⁊ viſu. Alio mō cōfuſe, ⁊ ſic oīa ab oībꝰ. auditu. n. ⁊ ſi nō diſtincte ꝑcipit᷑ magnitudo cāpane: ſm tripedalē quantitatē vel quadrupedalē: tm̄ ꝑcipit᷑ eā eē magnā: imo vnā eſſe altera maiorē, ⁊ ſic de figura. cōfuſe ğ oīa ab oībꝰ, ⁊ hāc ſolꝰ. a caſu ſecuti ſunt qdā latinoꝝ. ¶ Sꝫ dices ſic iā erā ꝯſuetꝰ dicere ꝯfuſe cognoſci, ⁊ diſtincte cognoſci ſunt modi cognoſcendi itellꝰs, nō ğ ſenſui attribui debēt. ¶ Dicēdū aūt ꝙ cōfuſe cognoſci ⁊ diſtincte ſūt modi cognoſcendi itellꝰs circa totū vlꝰe, ꝓprij āt ſenſibꝰ circa totū ꝑticulare: ⁊ ſic nō cogit. ¶ Qm̄ āt h̄.] Poſſet qs dicē hꝰ qnqꝫ nō eē ſenſibilia eēntialꝰr ⁊ ꝑ ſe: iō ꝓbat hꝰ eē ſenſibilia ꝑ ſe, ⁊ p̄ accepit ꝯclꝰonē. d. Qm̄ āt h̄ ſenſibilia. ſ. ꝓpa ⁊ cōia ſt attributa ſenſibilibꝰ eēntialꝰr. i. ſint ſenſibilia ꝑ ſe ⁊ eēntialꝰr, manifeſtū ē, ⁊ p̄ accepit q̄ſi minorē. d. Nō. n. poſſumꝰ attribuere cōphēſionē ſenſuū eis. Alioꝰ ab eo: ſꝫ ꝙ ſunt ſenſus. eſt ğ mīor ſenſi^{lia} h̄ attribuunt᷑ ſenſibus inquātū ſenſus. Tūc accepit q̄ſi maiorē. d. h̄ igit᷑ eſt itentio eius. i. diffinitio eius qd̄ eſt accn̄taliter: qd̄ eſt oppoſitū ei qd̄ eſt eēntialꝰr. vult hr̄e ꝙ ꝑ accn̄s ſenſibile eſt qd̄ nō attribuit᷑ ſenſibus inq̄ꝫtū ſenſus. ğ vult hr̄e hāc maiorē, oē ſenſibile attributū ſenſibꝰ inq̄ꝫtū ſenſus eſt ſenſibile ꝑ ſe. Tūc replicat minorē ꝓpoſitā. d. Iſta. n. ſt cōprehēſibilia ſenſuū ſm ꝙ ſunt ſenſus, nō ſm ꝙ ſunt aliq ſenſus. i. hoīs vel alterius aīalis: ſꝫ generice ſumpti. ¶ Et debes ſcire ꝙ ly [inq̄ꝫtū] nō accipit hic Auer. reduplicatiue, vt valet ſm ꝙ ipſum, q꞉ tūc oībꝰ ſenſibꝰ attribuerent᷑, ſed tenet᷑ ſpecificatiue: ⁊ ideo nō ſeqtur ꝙ ipſum ⁊ vlꝰr.

Argyr. ¶ Per accn̄s aūt ſenſibile dr̄: vt ſi albū Diaris filiꝰ ſit. ꝑ accn̄s. n. hoc ſentit: q꞉ albo qd̄ ſentit id accidit. Quapꝓꝑ ⁊ nihil ipē ſenſus ab huiuſcemodi ſēſibilibꝰ patit᷑/ vt talia ſūt. Eoꝝ āt q̄ ꝑ ſe ſētiūt᷑/ illa ſt ꝓꝑe ſēſibilia: q̄ ꝓpria ſt/ ⁊ ad q̄ ſuba vniuſcuiuſqꝫ ſēſus ē apta.

T. c. 65. ¶ Scdꝫ accn̄s āt dicit᷑ ſenſibile: vt ſi albuꝫ ſit Diaris filiꝰ. ſꝫ accn̄s. n. hoc ſentit: qm̄ accit albo hoc qd̄ ſētit. Vn̄ nihil patit᷑ ſꝫ ꝙ hꝰ eſt: a ſenſibili. Sēſibiliū āt ſꝫ ſe ꝓꝑe ſenſibilia ſunt: ꝓpria ⁊ ea ad q̄ ſubſtātia vniuſcuiuſqꝫ ſenſus: natura inſtituta cōparataqꝫ eſt.

Collectanea te. c. 65. ¶ Nunc vltimo dicit qd ſit ſenſibile ꝑ accidens, ⁊ inqt Secundū accn̄s aūt dr̄ ſenſibile, vt ſi albū ſit diarij filius. Ecce quō diarij filius eſt per accidens ſenſibile. ⁊ reddit cām. d. Scdm. n. accidēs h̄ ſentit᷑: qm̄ accidit albo h̄: qd̄ ſentit᷑. i. filius diarij. eſt ğ diffinitio ſenſibilis ꝑ accidens, ſenſibile per



accn̄s eſt id qd̄ accidit ſenſibili per ſe, vt diarij filꝰ qd̄ accidit albo: qd̄ ꝑ ſe ſentit᷑, ⁊ tūc q̄ſi cōcludit quoddā. d. Vn̄ nihil patit᷑ a ſenſibili ſup. ꝑ accn̄s ſm qd̄ hꝰ eſt, ſed ſꝫ ꝙ ſibi ſenſibile ꝑ ſe ꝯiungit᷑. ¶ Senſibiliū aūt.] Nūc cōparat ſenſibilia ꝓpria ad ſenſibilia cōia. d. Senſibiliū aūt ſm ſe propria ſenſibilia ſunt ꝓꝑe. i. p̄mo ⁊ quaſi magis ſenſibilia, ⁊ addit q̄ſi cauſam. d. Et ad que ſuba. i. eſſentia vniuſcuiuſqꝫ ſenſus. i. potētie ſenſitiue apta nata eſt. i. dr̄ relatiue, q꞉ vt dicetur ſenſus nō diffinit᷑ ſenſibili cōi: ſed ꝓpria, vt viſus nō magnitudine: ſed colore, vt loco eius tanget᷑. ergo ſenſibilia propria ſunt magis ſenſibilia.

Cō. 65. **Cum declarauit** Auer. appoſita intētiōe ꝑtis recolligit deſcriptionē ſenſibilis ꝑ accn̄s, ⁊ vult ꝙ ſenſibile ꝑ accn̄s eſt ſenſibile accn̄s ſenſibili ꝑ ſe ꝓprio. deinde ibi [Sed poteſt aliqs dicere.] Mouet. q. difficilē ꝯ diffōnē ſenſibilis ꝑ accn̄s, ⁊ inqt. Sꝫ p̄t aliqs dicere ꝙ ſilꝰr accidit ei figura, ⁊ nūs, ⁊ motꝰ ⁊ qes. quō igitur fuerunt nūata iſta in eis q̄ ſunt ſenſibilia eſſentialꝰr. eſt ğ vis qōnis diffō cōpetit᷑ alteri a diffinitio. ğ diffōmala vel ſenſibilia cōia ſunt ſenſibilia per ſe. [Qm̄ ſi.] hic dat rn̄ſionē quorūdā, quā ſtatiꝫ confutat, ⁊ inqt. Qm̄ ſi fuerint numerata: q꞉ ſunt cōia. ſ. oībꝰ ſenſibꝰ. obijcit ꝯ h̄. ſilꝰr. ēt itētiones indiuiduoꝝ. i. dr̄ie idiuiſibiles ſunt cōes oībꝰ ſenſibus, qm̄ oēs ſenſus cōprehēdūt ſaltē ꝑ accn̄s dr̄ias idiuiſibiles: vt dicet᷑ poſt, ⁊ fuit dictū. Ecce quō Auer. nō mouet duas. q. vt credūt qdā: ſed vnā tm̄. Expoſitores āt greci vt Themi. ⁊ Simpliciꝰ mouēt aliā. q. hic inqt. n. Simpliciꝰ veꝝ quō albo qd̄ ſentimꝰ accidiſſe ſuba dicat᷑ ꝯriuꝫ nāqꝫ verū: ergo nō bn̄ Ariſt. ait accidētiū ſubam accidere. ¶ Circa hꝰ qōnes primo volo colligere argu^{ta} ꝓbabilia ꝙ ſenbilia cōia nō ſint ꝑ ſe ſenſibilia. Scdo dicā pōnes hominū circa h̄. Tertio dicā opinē Auer. Applicādo eaꝫ verbis ſuis. Quarto quaſdā ambiguitates circa ipſaꝫ tangā, eaſqꝫ abſcindā. ¶ Dꝝ ergo ſenſibilia cōia non ſint ꝑ ſe ſenſibilia: arguit᷑ p̄mo, ꝙ nō eſt ꝓpriū obiectū ſenſus, nec ſub proprio obiecto cōtētō ꝑ ſe ſentiri nō dꝫ. Senſibile cōe hꝰ, ergo nō ſenſibile ꝑ ſe. Minor ꝓbat᷑, cū nō ſit idē eſſentialꝰr ſenſibili ꝓprio: qd̄ ꝑ ſe ſentit᷑. ¶ Item 2° omne ſenſibile ꝑ ſe cauſat ꝓpriā ſpeciē in medio ac in ſenſu, cuꝫ nō alio differt ſenſibile ꝑ ſe a ſenſibili per accidens. Ariſto. inqt, ꝙ vero ſenſibile cōe nō imprimit: oſtenditur primo de magnitudine, qm̄ mediū eſt magnū, ergo nō dꝫ recipere magnā ſpecieꝫ: vt Ariſt. inqt īfra, ⁊ Auerrois ibidē. ⁊ dicet᷑ cōmēto. 67. ⁊ 3° huiꝰ. ¶ Preterea. Illa ſpecies vel eſſet de gn̄e quātitatis, ⁊ hoc nō. tūc. n. due q̄ꝫtitates in eodē eēnt ſubito nec qualitas, cum a q̄ꝫtitate nō q̄litas gn̄ari debeat queādmodū a qualitate nō q̄ꝫtitas. ¶ Adhuc q̄ꝫtitas non eſt de p̄ncipijs actiuis, vt Auer. inqt 4° phycorū. ¶ Nūc oſtēditur de motu. motus. n. nihil eſt extra aīaꝫ niſi mutatū eē, ⁊ indiuiſibile, ſed indiuiſibile ſentiri non pōt: vt in fine libri de ſenſu ⁊ ſenſato hꝫ Ariſto. ¶ Nūc oſtēdit᷑ de numero. eſt. n. aggregatū ex vnitatibꝰ, quarū nulla ſenſibilis eſt, ğ nec ipſe ſenſibilis erit. ¶ Idē de quiete, cū ſit priuatio, cuius eē eſt nihil realꝰr, ergo nihil cauſat ſm rem. ¶ Preterea. tertio principalꝰr arguit᷑, omne tale ꝑ ſe eſt tale quocūqꝫ altero circūſcripto qd̄ ſibi ꝑ accn̄s cōpetit, per regulam tertij celi. ⁊ primi poſteriorū, ſed hꝰ ſenſibilia non ſint taliā expoſitores dicūt. ¶ Rurſuꝫ 3°, ſi ſic, ergo qdlibet contētū ſub illis eēnt ſenſibilia per ſe: qd̄ nō ſic vt de quantitate celi: ⁊ numero intelligētiarū pꝫ. ¶ Ex his pōt quis credere hꝰ ſenſibilia cōia nō eſſe per ſe ſenſibilia. ¶ Supereſt modo adducere pōnes hoīum. eſt ergo prima. q. Ioā. in. q. ſua de hoc, qui ſuſtētat᷑ in h̄, ſenſibilia cōia imprimere in ſenſibus exterioribꝰ qd̄ eſt ſpēs ⁊ character illiꝰ forinſeci repreſentatiua, ⁊ ꝓpter hoc dicuntur ſenſibilia ꝑ ſe. cōia. n. ſenſibilia dicūtur per ſe: ⁊ dicunt᷑ cōia. per ſe quidē: qm̄ ſemꝑ ſimul cū ꝓprijs imprimūt intētiones ſuas in ſenſibus. Et ꝑ

An ſenſibilia cōmunia ſint ꝑ ſe ſēſibilia.

Cō. 71. Com. 4.

Cō. 85.

Cō. 9.

Pō Ioā.



hoc differūt a ſenſibili ꝑ accn̄s. Sor. n. inquātū ſor. nō imprimit intētionē ſuā in ſenſu, ſꝫ ſꝫ ꝙ coloratꝰ, vl q̄ꝫtitas. dn̄r quoqꝫ cōia, qm̄ a pluribꝰ ꝓpriorū nō ſeꝑant᷑: ⁊ iō mouent nō tm̄ vnū: ſꝫ plures ſenſus. Hec eſt Ioā. poſitio. eſt ğ ſenſibile ꝑ accn̄s id: qd̄ ꝑ accn̄s cōiūgit᷑ ſenſibili ꝑ ſe ꝓprio in rōne mouēdi ſm Ioā. ⁊ ſic ſolute ſunt qōnes. Hec poſitio

Cō. 16. eſt Alberti hic, ⁊ Pluſqꝫ cōmētatoris in 2° Themi. Et ꝙ ſenſibilia cōia imprimant rōnibus ꝓbat Ioan. ⁊ auctibus. Pria rō magnitudo, ⁊ reliq̄ ip̄rimūt aliqd. ꝓbat᷑, qm̄ diuerſificāt ſenſationē. ¶ Scdo nō pn̄t cogſci ꝑ ſpēm ꝓpriorū,

Cō. 133. q꞉ tūc ſenſationes nō eſſent diuerſe. ¶ Auctibus p̄ Ariſt. ait. n. Ariſto. poſt, hec oīa motu ſentiri. ibi Auer. inqt. Oīa. n. iſta ſentiuntur a qnqꝫ ſenſibus per aliquā motionem ⁊ paſſionē, mō ſenſibile nō alꝰr mouet ſenſum niſi generādo

Cap. 2. ſpēꝫ in eo: vt diximꝰ. ¶ Adhuc Them. infra in 3° huiꝰ ait. [nō ſic cōia ſentiutur: cū. n. magnitudinē oculus ſentit, ſtatim ſilitudo magnitudinis in oculo ſculpit᷑. eodē modo ⁊

Refuᵒ. motus, ⁊ figure, ⁊ vnitatis, ⁊ reliqua. ¶ Sed tantoꝝ virorū pace dixeriꝫ, vꝫ mihi ꝙ pō iſta ſic refelli poſſet. p̄mo declarādo argumētaiſtorū nihil valere. 2° ꝯ ꝯclꝰonē iducendo argumēta. Cōtra ğ p̄^{m} fundamētū arguo. ſubſtētat᷑. n. in h̄, oē diuerſificās ſenſationē iprimit ſpēm in ſenſu. Sed huic addo hāc minorē, mediū, locus, tp̄s, ⁊ ſitus ⁊c̄. diuerſificāt ſenſationē, ğ hꝰ iprimūt ſpēꝫ in ipſo ſenſu, ⁊ ſic plura q̄ꝫ qnqꝫ erūt ⁊c̄. minor eſt va, ⁊ ꝯclꝰo ipoꝰis. ergo ⁊ maior. ¶ Scdꝫ fundamētū ſuſtentat᷑ in hoc, quecūqꝫ diuerſis cognitionibus cognoſcit᷑, diuerſis ſpēbus cognoſcit᷑. Addo huic hāc minorē, ſꝫ vlꝰe, ⁊ indiuiduū diuerſā cogne cogſcit᷑ ab intellectu, ergo diuerſis ſpēbus. ꝯclꝰo impoꝰis, ergo maiorcū nō minor. fundamēta ğ horum nihil ſunt: vt his qs videre poſſet. ¶ Supeſt mō refellere ꝯclꝰonē horū, ⁊ p̄mo de motu: cū ei nihil rn̄deat in re niſi indiuiſibile. Ioā. ait indiuiſibile nō poſſe ſentiri: tanq̄ꝫ rei ſubſiſtēs: ſed tanq̄ꝫ alteri diuiſibile inexiſtēs, ⁊ hoc Ariſto. nō ꝯtradicit. ¶ Cōtra ex ſolꝰone hac ſequit᷑ oppoſitū ꝯclꝰonis. mutatū eē ſolū ſentit᷑. motꝰ nō ē mutatū eē. ergo motꝰ nō ſentit᷑. ¶ Itē oē viſibile pōt eē baſis pyramidis: ſicut ꝑſpectiui dicūt. ſꝫ indiuiſibile nō pōt eē baſis pyramidis nō ğ viſibile. ¶ Rurſuꝫ oē ſenſibile eſt q̄le: vt Ariſt. ait. ſed indiuiſibile nec per ſe, nec in alio quale, ğ nō ſenſibile. ¶ Adhuc ratio Ariſt. poſita in fine libri de ſenſu equale concludit de indiuiſibili in alio ſicut ꝑ ſe: ⁊ tu lege illā. ¶ Alꝰr ğ Ioā. ait, mutatū eē indiuiſibile eſſe quoddā ſm ſucceſſioneꝫ, diuiſibile tm̄ extenſione. ¶ Cōtra adhuc, qm̄ vel motus ſub forma ſucceſſionis ſpeciē agit, vel ſub forma permanentis. nō p̄mo, q꞉ ſic eēt idiuiſibile, ⁊ nō poſſet ſentiri. ſi ꝑmanētiꝫ, ergo ſpēs repreſentans ipſum repn̄tabit vt ꝑmanens, ğ viſio motus, ⁊ viſio magnitudinis erit vna, cū ſpēs vna, ⁊ eodem modo. ¶ Itē tūc motus ꝑ accn̄s ſentitur, qm̄ ꝑ rōnē extrinſecaꝫ ⁊ accn̄taleꝫ ei. ¶ Rurſum ad qd terminat᷑ ſenſatio, vel ad ſucceſſionē, vel ad extenſionē. non ad ſucceſſionē: qm̄ ſicut ſucceſſio eēt tēporalis, ſic ⁊ ſenſatio. ſi ad extēſionē, ğ ſenſatio ꝑ ſe erit magnitudinis ꝑ accidēs motus. ¶ Ad principale ſcdo ar^{c} de quiete, cui nihil corrſidet in re inquantum quies. Ioā. rn̄det ꝙ quies eſt ꝑ ſe ſenſibilis: nō ꝙ ſpēꝫ cauſet in ſenſu, ſed qm̄ eſt cōiūcta ſenſibili ꝓprio neceſſario ꝓpinque vel remote. ¶ Sed hec ſolꝰo ꝯtradicit ei, qm̄ vel q꞉ diuerſificat, vel nō. ſi nō. ergo nō eſt ſenſibile ꝑ ſe. ſi diuerſificat, ⁊ oē diuerſificās ſm eum, cauſat ſpeciē in organo, ergo quies cauſat ſpeciē ⁊c̄. ¶ Scdo ait ꝙ quies ſentit᷑ ꝑ ſpeciē motus, que p̄mo ⁊ principalꝰr motū repn̄tabit ſecūdario quietē. ¶ Iterū hec ſolꝰo peccat, qm̄ vel illa ſpecies motus repn̄tabit quietē: dū eſt motus, vel dū nō eſt. nō duꝫ nō eſt, qm̄ tunc ſenſus exterior conſeruaret ſpeciem per tempus. Si dum motus eſt, vtiqꝫ quies videbit᷑ dum ipſum nō erit. ¶ Si dices potentiā exteriorē conſeruare ſpēm rei ſenſibilis ꝑ parū tēporis: vt Ioā. innuit. ¶ Hec ſolutio con



¶Sed hic debemus ambigere:tum de tactus organo:tuꝫ De organo ſẽſus tactus. de tactus vnitate. ¶Ad primã.q.antiqui ſunt differẽtes multũ. Aui.quidẽ 2° de aia videt̃ ſentire tactũ ⁊ guſtũ ſine Alex' ⁊ Auicẽ. opio. medio ſenſus eẽ:carnẽ quoq̃ꝫ organũ dicit,cuiꝰ ſnĩe videt̃ Alex.hic ⁊ in lib.de ſenſu ⁊ ſenſato,⁊ auer.in ꝑn° de ſenſu ⁊ ſenſato videt̃ idẽ ſentire. ¶Ampliꝰ ⁊ in 2° colliget:capitulo de iuuamẽto carnis,⁊ ibidẽ d̃ iuuamẽto ſenſus tactꝰ. ¶Jtẽ ariſt.ait in ꝑ° de aialibus libro.oibus vo ſenſus vnꝰ tactus ineſt cõis,itaq̃ꝫ pars qua ſentiẽdi vis iſta contineat̃ noie vacat.alijs.n.eadẽ, alijs ex ꝓportione hĩ vbi carnem inuit. ¶Jtẽ 2° de ꝑtibus idem ſentire vꝫ. ¶Hoc ⁊ rõnibꝰ Capite primo. ꝓbat alexã.d. Quid nam afferri aliud poterit qñ neceẽ eſt oino ſedẽ ſenſoriã tactui deſcriptã ⁊ certã hẽri. Uidet̃.n. ꝙ nihil aliud niſi caro,qm̃ vt 4° metheoroꝝ teſtat̃ alex.tactus exiſtit in quadã media ꝓportione qualitatũ tangibilium:hoc autẽ nõ niſi caro,⁊ hãc rõnẽ videt̃ ariſt.tãgere poſt. ¶Amplius 2a rõne occurrit alex.ſi cõmunẽ (inquit) rõneꝫ viciſſim ſenſus ineunt:queadmodũ que in media ⁊ internũtia reliquis ſenſibus ſunt,ipſa nõ ſentiũt,ita par ſit vt caro nõ ſentiat,cuius oppm̃ videmꝰ carnẽ.ſ.ſentire:imo magis. ¶Poſt hos Simpliciꝰ vir grauis h̃ in loco ſentit Simpl'. opinio. ſenſoriũ tactꝰ eẽ iuxta cor,mediũ vo eẽ carnẽ ꝑ ꝑ ṽbũ ariſt. i lib.de ſenſu ⁊ ſenſato.vbi ariſt.inqt iuxta cor ſenſitiua tactus ⁊ guſtus eẽ. ¶Qꝫ ⁊ ariſt.i lib.de ptibꝰ 2° ſentire dr̃, Capite primo. vbi plane ait cor eẽ ꝑnm̃ tactꝰ,queadmodũ ⁊ ſentiẽdi ⁊ mouẽdi ⁊ nutriẽdi. Jdẽ in lib.de ſomno ⁊ vigilia:⁊ in 3° lib. de partibꝰ idẽ ponit. Jdẽ ⁊ in lib.de iuuẽtute ⁊ ſenectute inquit. Et ratio eſt vt pꝫ,quoniã aial eſt aial ꝓpter ſenſum tactus.aial aũt eſt aial ꝓpter cor,ğ cor eſt primũ ſenſoriuꝫ primi ſenſus. ¶Et hoc eſt qđ Simplicius inquit, verba ariſto.exponẽs,quare manifeſtũ qđ intus tangibilis ſenſuũ.in corde.n.⁊ alibi dictum eſt. ¶Poſt hos fuit ⁊ 3a poſitio quã auer.in hoc 2° exclamat,⁊ in alijs locis,organum Auer. opio. tactus eſſe neruũ,mediũ vero eſſe carnẽ,⁊ hoc ariſto.dicit ſentire hic poa ꝓpinqua vt patuit.nõ.n.expreſſit id,verum dedit ipſuꝫ intelligere.ꝙ.n.tactꝰ medio egeat ariſto.teſtat̃ h̃ i loco,⁊ auer.ſyllogiçat̃ idẽ argumẽto demõſtratiuo ſumpto ab occidẽte ꝓ ꝓ ſenſus in eo ꝙ ſenſus,⁊ huius ſnĩe The. plane eſt i paraphraſi huiꝰ loci. Si igit̃ tactꝰ eget medio, Capite 38a. ⁊ palam ꝙ eodẽ mõ ⁊ organo eget.vel igit̃ idẽ ſimpl'r mediũ ⁊ organũ,vel aliud. Jdem quidẽ dicẽtes credũt ipoſſe, diuerſum vo ↄſitentes,partiti ſunt:qm̃ alij vt Simplicius

organū cor, mediū carnē aiunt. Alij vt Auer. ⁊ latini mediū quidē carnē, organū vō neruos inqunt. ¶ Iſte igitur tres opiones reducunt̃ in duas, qm̄ vel dicūt carnē eē mediū tm̄, ⁊ hi ſunt Simpl. ⁊ Auer. vel carnē eē organum, ⁊ hi ſunt poſteriores. Si quidē dicat̃ caro mediū, pn̄t ſubdiuidi, vel dicēt neruos organū, ⁊ eſt poſitio Auer. vel cor, ⁊ ē poſitio Simplicij. Sed qdā volunt mitigare p̄mas duas ſectas. dicūt. n. carnē q̄ʒtū ad eius formā mediū eſſe, q̄ʒtū ad materiā eſſe organū, eo qꝛ medij ꝓprium agere eſt, organi pati, ⁊ ideo aliud materie aliud forme carnis aſcribunt.

¶ Alij volunt ↄcordare duos, ⁊ dicūtur neruos poſſe ↄſiderari dupl'r. vno° vt atteſtant̃ radici ⁊ origini. ſ. cerebro a quo mediāte nuca oriunt̃: ⁊ ſic nō ſentiūt, ſed ſimul cum carne medij rōnē hn̄t. Alio° pn̄t ↄſiderari vt ſepant̃ a cerebro ⁊ nuca, dyᵐ acqrēs: ⁊ ſic organi rōnē hn̄t tm̄. ¶ Sed prima quidē ſnīa peccat, qm̄ organū vt ſic debet eſſe viuū: viuū autē eſt rōne forme, nō autē mediū eſt viuū: vt Ariſt. ait. Itē organū inquātū organū debet eē terminatū: vt politico primo ad ſolonē teſtat̃ Ariſt. terminatū aūt rōne forme fit: vt Auer. ait in locis pluriſſimis. ¶ Rurſuʒ de rōne medij eſt primo moueri: vt in 8° phīce auſcultatiōis dicit Ariſt. ſed res primo mouet̃ rōne materie, quare illa diſtinctio pura eſt fictio. ¶ Ad ſcdāʒ quoqʒ ↄcordiā nō ↄſentio, qm̄ Simplicius in cōmēto ſuo hic eſtimat ſimpl'r organū tactus ⁊ guſtus precipuū eſſe cor, reliquoꝝ ſenſuū nō. Et ſi diſtinctio eſſet vera, tūc non coactus eſſet dicere cor.

¶ Videt̃ igit̃ mihi ſaluo iudicio meliori tactū poſſe dupl'r conſiderari. vno° inquātū forma: ⁊ pfectio aīati, ⁊ ſic eſt in toto corpore, radicat̃ aūt primo ⁊ ꝑ ſe in corde, ⁊ hoc modo oēs ptes corpis ſentiunt tactione: ꝑ accidēs tm̄ rōne totius ⁊ primi organi, ⁊ ſic verba Ariſt. ⁊ Auer. ſentiūt, cuʒ dicūt carnē ⁊ neruos ſentire tactiōe. Alio° pōt conſiderari vt iudicium eſt tangibiliū, ⁊ ſic tactus eſt in cerebro p̄mo, qm̄ lʒ cerebrū ꝓpter ſui frigiditatē ⁊ humiditatē nullū habeat tactū: tm̄ ab ipſo ↄfundit̃ ſpūs aīalis, qui dicit primuʒ principiū ſenſuū, vt alga. inquit, ꝙ tactus ꝑtingit ad ptes carnis, ⁊ cutis, mediāte corpe ſubtili, qd̄ eſt vehiculū ei⁹: ⁊ qd̄ dr̄ ſpūs, ⁊ diſcurrit ꝑ cōpagines neruoꝝ, qbus mediātibus ꝑtingit ad ptes carnis. ⁊ h̄ corpus ſubtile nō haurit virtutē hanc niſi a corde, ⁊ a cerebro, ⁊ reddit carni ⁊ cuti īmutatio, g̃ a tangibili ſimul tpe fit in carne ⁊ neruo. ſʒ nā prius in carne, ⁊ ſic caro quandam rationem videtur habere, quā nō hʒ neru⁹, vt videt̃ Ariſt. velle. ¶ Dico ergo ꝙ ſi ↄſiderat̃ tactus vt iudiciū ſenſibiliū, ⁊ ſic prio ē in corde, delatiue in ſpiritu, ↄcte in cerebro, iudicatiue in neruo ⁊ in carne: tāqʒ in medio. ¶ His habitis ad auctēs pro p̄ª poſitione. Dicēdū Auer. dicere carnē eſſe organū, nō q dē pro carne pura, ſʒ ꝓut neruoſa eſt: ſic ⁊ Ariſt. ſentit verū. Auer. al'r dicit. Ariſt. locutuʒ eſſe tūc ꝺm ꝙ apparuit. ſ. ꝙ ſciuit de mēbris aīaliū tpe illo quo librū de aīalib⁹ ſcripſit. tūc. n. neſciebat neruos. ¶ Obijcit ad h̄ Petrus de Habano, vir grauis phs ac medicus ītegerrimus in ſuo ↄſiliatorio. ¶ Prio qm̄ Ariſt. ī libris de aīalib⁹ dicit nō tm̄ carnē organū tactus: ſʒ qd̄ intus, quēadmodō hic dicit. ¶ Amplius ariſt. in aīaliū lib. tūc prudētior erat cū vlīa oīa ſcripſiſſet, ⁊ librū de aīa primo feciſſet. ¶ Rurſuʒ ad ſe ↄ̈dicit qm̄ ī de ſenſu ⁊ ſenſato ⁊ colliget 2°. capitib⁹ de iuuamēto carnis, ⁊ iuuamēto ſenſus tactus: ſuā nō ſeruauit legiſlationē, cū ibidē poſuerit carnē organū tact⁹. in li. vō de aīa qd̄ intus. ¶ Sed pace ſua dicā hic vir multū errat. Ari. n. nō organū tact⁹ aſſerit ī lib. de aīalib⁹ niſi carnē, verū ait 3° de ptib⁹ aliqd̄ ītra carnē eſſe p̄mū ſenſitiuū. ſ. cor, ⁊ h̄ p̄mitate radicis vt diximus, nec aliquo libroꝝ illoꝝ neruos cognouiſſe teſtat̃, ⁊ ſic p̄mū amouet̃ argᵐ. ¶ Ampli⁹ qd̄ dicit ariſt. tūc prudētiorē eē, pace ſua dicā nihil eſt, qm̄ auer. teſtante, liber de aīalibus p̄ceſſit librū de aīa. eſt. n. octau⁹ hic atqʒ vltimus: vt diximus in p̄mo hui⁹, ⁊ ꝓpterea nihil ꝓhibet al'r ariſt. tūc ⁊ aliter nūc ſentire. Eſt eni ↄtradictio oppoſitio ad idē nūc, ⁊ reſpectu eiuſdē ⁊c. ¶ Rurſum qd̄ dicit ſibi ↄ̈riari, ſalua pace. in libro enim de ſenſu ⁊ ſenſato auer. ꝺm auic. loquit̃ ⁊ alios. Sūmas. n. illas ſcripſit ī iuuētute: ⁊ iō retractauit ſe: ⁊ id dici pōt de eo, qd̄ ipſe: at de ariſto. id. ſ. fuiſſe dictū ī diuerſis tpibus. ¶ Qd̄ vō dicit ī colliget de carne ītelligit neruoſa vt viſuʒ ē. ¶ Ad rōnes alex. rn̄det Them̄. in paraphraſi ſua hoc in loco. ait enim carnē eē mediū tm̄: cōgenitū quidē, media vō alioꝝ forinſeca eē: ⁊ lʒ caro tēperata ſit, h̄ qdē bonitatē arguit nō organi: ſʒ medij, vt dicā cōmēto. 1 90. ſcdō vō ſoluit Them̄. ꝙ Ariſt. dicit aīal non carne: ſed ſimul cum carne ſentire. ¶ Que vō iuuāt Simpliciū ſoluta ſunt, cor qdē. n. p̄mū ſenſoriū ariſt. inqt ꝺm primitatē radicis, ⁊ hoc nō tm̄ in tactu: verū ēt ⁊ ī oībus: vt dixi. qd qdē igit̃ organū ſit tact⁹, ⁊ qd mediū, ⁊ quot ſunt q hoc in loco loquunt̃ pʒ his.

*Qō de vnitate tactus.*

¶ De vnitate tactus porro nō parua eſt qō. Videt̃ eni aſpectu primo tactū eſſe vnū in ſpecie, qm̄ oīs ſenſus: q medio vtit̃ vnius rōnis. vnus eſt in ſpecie, tact⁹ carne vtit̃ vna, q̄ vnius rōnis, ergo ⁊ tactus vnus dʒ eſſe. ¶ Amplius oēs ſenſus: qui adequate ſunt in vna ⁊ eadē parte: ſunt nō tm̄ vnius rōnis: ſed vnus nūero ſenſus. ſed ↄſtat in eadē particula eſſe oēs tactus, fieriqʒ oēs ſenſatiōes tactiuas: ergo ⁊ tactus vni⁹ eſt rōnis. ¶ Adhuc oēs ſenſus: qui ambiunt̃ vno ⁊ eodē medio nāli ac ↄgenito: ſunt vnius rōnis, ſʒ oēs ſenſus carne vna ſpecie ambiunt̃: ergo ⁊ oēs vnius ſunt rōnis. ¶ In iſta difficultate auer. ⁊ pariter Themi. voluere tactus eſſe plures ſpecie, ⁊ hoc probat Themi. capite 38° hui⁹ paraphraſis, ⁊ inqt. Senſus vn⁹ circa vnū par cōtrarioꝝ obit. tactus circa plura verſat̃, ergo tactus nō pōt vnus ītelligi.

*Que Them. ⁊ Auer.*

¶ Auerrois aūt videt̃ aliter formare rōnē: vt cōmēto 18° inotuit. arguit enim ſic, oīa ↄtraria, que ſūt vnius ſenſus: hn̄t vnuʒ genus, qd̄ dicit̃ de eis vniuoce, ſed ↄtraria tactus nō habēt genus vnuʒ dictū de eis vniuoce, qd̄ ꝓbat, qm̄ ſi qd̄ eſſet, id maxime eſſet quale, qd̄ autē nō ſit oſtendit, qꝛ non dicit̃ de calido ⁊ frigido, ⁊ leui ⁊ graui niſi pure equiuoce, quēadmodū dicit̃ de ſapore, colore, frigore, ⁊ odore. oīa. n. hec ſunt in predicamēto qualitatis, ⁊ graue ⁊ leue in predicamēto ſubſtātie: quo fit vt tactus nō ſit vnus ab vnitate obiecti, qꝛ obiectū id ē equiuoce dictū. ¶ Ex his ↄſtat tactus tot eſſe quot ↄtrarietates, v̄. g. calidi ⁊ frigidi vn⁹ eſt tactus ſuſceptiuus: humidi ⁊ ſicci ali⁹, grauis ⁊ leuis alius. ſed quot ſint, nec auer. nec Them̄. exponūt.

*Simpl. opinio.*

¶ Simplicius velle videtur tactum vnum eſſe ſenſum, quemadmodū viſus eſt vnus, ⁊ auditus, ⁊ alij. ⁊ motiuū ſuum ſupra ex hoc excipit̃, ꝙ in vnoquoqʒ ſenſu inueniunt̃ plura paria cōtrarioꝝ. v̄. g. in viſu inueniuntur magnū ⁊ paruuʒ, vt in corpe luminoſo magnitudo, paruitas vero in colorato. Amplius leuitas vt in floribus, ⁊ aſperitas vt in tabefactis, ideo inquit. Ut quēadmodū oīa hec contraria in vnā reducūtur naturā, ſic non mirū ſic ⁊ circa vnam tangibiliū naturā multe accidūt differentie. igitur a multitudine oppoſitionū dubitatio ſoluta eſt: ait tm̄ exponendo lr̄m illā. [Sed qd vnum ſubiectuʒ: quēadmodum auditus ſonus, ſic tactui nō eſt manifeſtū.] ꝙ dubitatio nō ex natura rerum accidit, ſed ex noſtra proficiſcitur ignoratione, quare inquit nō dixit non eſſe vnum, ſed nō eſſe manifeſtum. fortaſſis quidem ꝙ nō impoſitū cōmune nomē. Ecce q̄ʒ plane vult Simplicius tactum eſſe vnum quēadmodum ⁊ viſus. veruʒ hec differētia eſt, quoniā forte omnibus cōtrarijs viſus cōmune nomē habet, ſed nō oībus cōtrarijs tactus, eo quidē eſtimabāt tactus plures eſſe: veritas tamen eſt ꝙ tactus vnus eſt: quēadmodum ⁊ viſus. ¶ Ut ſi dicas ariſto. probaſſe tribus rōnibus tactus eſſe plures ſenſus, quarū prima ſumit̃ ex diuerſitate ecōtrariorū. 2ª ex vnitate carnis. 3ª ex vnitate partis perceptiue: vt viſum eſt: nunc in p̄ncipio. q. ¶ Diceret Simplius, quēadmodū exponit ipſe Ariſt. non ꝓbare pluralitatē tactus, ſed ↄfutare antiquoꝝ dicta. in p̄ma. n. rōne arguit pro vna parte, ⁊ vtit̃ hac rōne ꝙ vnuſquiſqʒ ſenſus eſt vni⁹ ↄ̈riorū combinatus ⁊c. cui rn̄det ꝙ ita diceret quis de viſu ⁊ auditu. tandē ait, differētiā eſſe, qm̄ in tactu latet id cōmune, in alijs palam eſt nomē nature. g̃ nō vult rōnē eſſe demonſtratiua. ¶ In ſcdā cōfutat opionē eoꝝ qui vnitatē tactus arguebāt: ex vnitate medij, non ꝙ ipſe velit ꝓpterea vt tactus eēnt plures. ¶ In tertia ↄfutat ſcdāʒ rōnē antiquoꝝ nō poſitionē in ſe. Ex his ergo patet Ari. nihil aliud certi explicaſſe niſi ꝙ apparēter tactus plures vident̃, qm̄ latet vnitas obiecti, ⁊ nomē appropriatuʒ illi nature. Quibus facile pōt ſolui ratio Themiſtij. debet enim maior ſic intelligi (vt ex Simplicio excipit̃) ꝙ ſenſus vnus eſt vnius qualitatis vel pluriū ad vnū ſubiectū reducibiliū, ⁊ hoc quidē modo minor falſa eſt, qm̄ etſi non pateat id vnū ſubiectū in tactu, tm̄ ex rei natura eſt vnū ad qd̄ oēs qualitates tactiue reducunt̃. ¶ Ad rōnē auer. plures fiunt inſtātie. Tum primo de ſenſu cōi, qui pluriū eſt ↄ̈rietatū: ⁊ tm̄ vnus eſt. Tuʒ de alijs ſenſibus: vt viſu, auditu ⁊c. ꝓpter qd̄ facile qs ſolueret. d. Maiorē eſſe neceſſariā. Minorē vero falſam, qm̄ vna eſt natura cōmunis tatū oībus cōtrarijs tactus, cuius nomē ignoramus: vt Simplici⁹ ait. ¶ Et arguit ꝙ maxime eſſet quale ⁊c. Dicerē pro Simplicio ꝙ id nō eſt ita: ſʒ quoddam. ſ. ꝙ ſit. a. cōe adequatū oībus tāgibilibus: ⁊ nō pluribus: nec potioribus in rōne, cuius oīa tangibilia mouent ſenſum tactus.

*Que Egid.*

¶ Sed debes ſcire ꝙ Egidius romanus h̄ in loco cupiēs defendere Auer. videt̃ ex dictis ſuis ſic rōnē Auer. aptare, oīs ſenſus ꝑ ſe vnus ꝓprius. ⁊ ꝑticularis hʒ obm vnū vnitate īmutationis. ſʒ tactus non habet obiectū vnū vnitate īmutatiōis, ergo nec eſt vnus. dicit in maiori [ſenſus ꝓprius, ⁊ ꝑticularis] ꝓpter ſenſus interiores, qui ſunt cōes. dixit [vnitate īmutationis] qꝛ non opʒ vt hēat vnū vnitate predicationis: tūc minor ↄſtat. ↄtrarietas. n. tactus nō īmutāt eodē modo ſub eadē rōne formali. ¶ Et iudicio meo hec rō debilis eſt, qm̄ vnitas īmutandi attenditur ab vnitate nature cōis, vel alicuius primo talis ſub illo analogo, g̃ eadē rō eſt: de vnitate īmutatiōis, ⁊ p̄dicatiōis. ¶ Amplius minor nō patet, qm̄ dicerem ꝙ oēs īmutāt ſub eadē rōne formali a nobis ignota. ſ. qcūqʒ ſit illa. ¶ Alie plurime rōnes ſunt inducte a modernis, que oēs ſunt potius ſophiſtice q̄ʒ dialectice vel demōſtratiue: ⁊ iō nō expedit illas inducere. ¶ Et id qd̄ mihi vr̄ tandē eſt, ꝙ hec qō nō hēat pro aliqua ſui pte demr̄onē, ⁊ ꝙ Ariſt. rōnes ſunt inducte tanq̄ʒ ꝓbabiles, ⁊ ꝙ rō Auer. fuit ad hominē. ſ. cōcedentē quale eſſe id cōe, quēadmodū videt̃ eſſe Alex. opio, vt Simplicius narrat. ad illū. n. bn̄ valet ratio, ad Simpliciū autē nō. ¶ Et iō poſſum⁹ dicere tactū poſſe dupl'r ↄſiderari. vno modo vt forma ⁊ gradus aīalis, quo aīal eſt aīal, ⁊ ſic eſt vnus ſpecie, quēadmodū et aīal qd̄ conſtituit. ¶ Pōt ⁊ rurſum ↄſiderari vt iudiciū eſt tangibiliū, ⁊ qꝛ iudiciū ſeqt̃ cōpl'onē: ideo poſſumus dicere in neruo eſſe pl'es diſpōnes. imo tot ſpecie quot paria ſunt ↄ̈rioruʒ, quo fit vt iudicia ſint tot quot paria ↄ̈rioruʒ: ⁊ iō dicti ſunt plures tactus a iudicio, nō ab organo: vel fo͛a eius. Et in hūc forte ſenſuʒ rō Auer. demōſtratiua eſt. In alijs aūt nec vt forma, nec vt iudiciū ſunt plures, cū nō fundat̃ in cōpl'onibus diuerſis. Alia enim cōplexione neruus ſentit calidū ⁊ frigidum, ⁊ alia humidū ⁊ ſiccū. Sed viſus vnamet oīa ſentit viſibilia. ⁊ ſic audit⁹ oīa audibilia, ⁊ ſic de alijs: ideo quilibet alioꝝ vnus eſt: ⁊ iudicio ⁊ forma, tactus ergo ſolus eſt plures iudicio, vnus autem gradu ⁊ forma. Et hoc ꝓculdubio ꝓbat ratio Themi. ⁊ ratio Auer. Et ſic iſti viri pn̄t ↄſiliari, ⁊ optio ↄſilio. dicta vō poſterioꝝ ſunt ad cecū: nec attendūt niſi v̄ba: ⁊ tu ↄſidera, qm̄ hec mihi nūc ſic vident̃: nec dico aſſerendo ſed dubitando. ¶ Rationes in principio ex dictis patent, ⁊ a Themiſtio ſoluuntur.



¶ Atqui ea tactu ꝑcipiūtur: q̄ corpis ſunt vt corpus eſt / dr̄ie. Dico autē dr̄ias eas que rerū elemēta diſtinguūt: calidū / frigidū / ſiccū / ac humidū / de quibus antea diximus ijs in locis in qbus de elemētis ipſis tractauim⁹. Inſtr̄m aūt id q̄ dicte q̄litates ſentiunt̃ / ⁊ in q̄ p̄mo ſēſus is collocat̃ quē appellare ↄſueuimus tactū: ps ea ſane eſt q̄ ē potētia talis. *Argyr.*

¶ Tangibiles igit̃ ſunt: differentie corporis ꝺm ꝙ corpus. Dico aūt dr̄ias que elementa determinant: calidū / frigidū / humidū / ſiccum / de quibus prius dictum eſt in ijs que de elementis. Senſorium autem ipſarū tactiuū / ⁊ in quo ſenſus vocatus tactus ineſt primo: potentia huiuſmodi pars eſt. *T. c. 117*

¶ Expoſitores multū differūt in huius loci cōmentatione: Themiſtius eniʒ, quē expoſitor ſequit̃: vr̄ velle Ariſt. hac in parte ꝓbare ſenſum tactus oīum marīe corpulētū eſſe, ita qdem vt h̄ diſcrimine differat ab alijs: vt expoſitor ait. Et ꝺm hos Ariſt. ſyllogiçat id: oīs ſenſus: cuius obiectuʒ eſt corpis inquātū corpus differētie: eſt corpulentus. Sed differētie tāgibiles ſunt corpis, inquātū corpus: ergo ⁊ tactus marīe alioꝝ corpulētus, et videt̃ Ariſt. accipere minorē, ⁊ expoſitionē minoris. Et amplius ibi. [Senſuū aūt ipſarū] Videt̃ ꝓbare maiorē, vt Themiſtius paraphraſtice ordinat. ¶ Sed pace eoꝝ dicaʒ queſtio hec ſuꝑflua eſt. Tum primo, qm̄ ex lr̄a precedenti habet̃. declarauit enim priorib⁹ textib⁹ ꝙ tact⁹ ſit ſine medio forinſeco ꝑceptiu⁹, ⁊ hoc deſignat ipſum eſſe corpulentiorē alijs. Amplius ſi hoc neceſſariū erat, cur ⁊ in capl'o de guſtu id nō appoſuit meminitqʒ. ¶ Aliter ergo Simplicius hoc in loco cōmētari videt̃. cū enim Ariſto. (inquit) dixiſſet tactū eſſe vnum, verū plures apparere, cū ſubiectū eius lateat, determinat naturā illā cōmunē. ſ. eſſe naturā corpoꝝ quatenus corporum non abſolute: ſʒ qualia ꝑ elm̄ta diſtinguēs differētias. Et hec qdē expoſitio multū textui ↄſona eſt: vt ↄſtat. *Collectanea textus cō. 117*

Auerrois autē exponit verba ſine partis intētione, qd̄ forte fecit ꝓpter diuerſuʒ modū itroducēdi locū, poſſemus ergo dicere iuxta eū Ariſt. enumerare obiecta tangibilia vt eliciat diffōnē tactorij: ſeu organi tact⁹: vt poſteriores dicūt: ſed quocūqʒ modo exponit̃ Ariſto. ſermo manifeſtus eſt ꝑ ſe, ⁊ cōmētū lege parte. *cōᵐ 117*

¶ Sentire nāqʒ: pati quoddā eſt / vt diximus. Quar̄ id qd̄ agit: tale illd̄ facit / cū ſit potētia / quale eſt ipſuʒ actu. Quocirca ſil'e calidum atqʒ frigiduʒ / ⁊ durū ac molle nō ſentim⁹ / ſʒ exuꝑationes: qꝛ ſenſus eſt q̄ſi mediocritas q̄dā ↄtrarietatis eius q̄ in ipſis ſenſibilibus ineſt. Et pp hoc: ſenſibilia ipſa diſcernit. nā mediū ipſuʒ: extremoꝝ eſt iudex. fit enim ad vtrūqʒ ipſorum: alterum extremorum. *Argyr.*

¶ Sentire enim: pati quoddam eſt. Quare faciens: tale quale ipſum eſt actu / hmōi illud facit / cum ſit potētia. Unde ſil'e calidu ʒ ⁊ frigidum / aut duruʒ ⁊ molle nō ſentimus / ſed excellētias: tāq̄ʒ ſēſus velut medietate q̄dā exiſtente eius q̄ in ſenſibilibus ↄtrarietatis. Et ꝓpter hoc: diſcernit ac iudicat ſenſibilia. *t. c. 118*

mediū.ſ.iudicatoriū eſt. fit eniꝫ ad vtrūqꝫ ipſorum/alterum vltimorum.

Colle/ctanea te.c.118. ¶ Them. ſentire videt̄ ꝙ Ariſt. ꝓbat, ꝙ ſenſoriū tactus nō ſentit que eque calida, eque gelida, eque leuia, eque aſpera, ſed ſolas redūdantias: ⁊ defectus, ⁊ ideo proponit ſm Themiſtiuꝫ aliqḋ quaſi aſñs. Scḋa ibi. [Vñ ſilr.] Addit aliqḋ quaſi ꝯñs, ⁊ tu inſpice eū. ¶ Sed Auer. aliter hunc locū ꝯtinuat. d. Cū dixit ꝙ primū ſentiēs eſt id qḋ eſt in potentia iſte differētie: incepit declarare hoc, eſt ergo intētio partis: iuxta Auer. ꝙ cū Ariſt. accepit tactoriū eē tale potentia: quale tactile actu, hac pte rōnē reddit eius, ⁊ Auer. vera eſt expoſitio: ꝓpter illā particulā [enim] que reddit cauſaꝫ. Inquit ergo Ariſt. ſentire eniꝫ quoddā pati eſt, ex hoc infert id qḋ dixit. d. Quare faciēs: quale ipm eſt actu: hꝰ id facit, cū ſit potētia. eſt ergo vis rōnis Ariſto. vis enthimematis: vt Auer. inqt. Pōt tñ ſic rō ſyllogiçari, oē id qḋ patit̄ a tactili: eſt tale potētia: quale tactile actu, ſꝫ tactoriū patit̄ a tāgibilibus differētijs, ergo tactoriū tale eſt potētia: q̄le tactile actu. minorē ergo dedit intelligere his verbis. [Sentire enim quoddā pati eſt.] Et dixit [quoddaꝫ pati] vt Simplicius inquit, qm̄ nō ſimplr pati: ſꝫ quodāmodo. ſ. ꝑfectiue. ꝯcluſionē vō dedit intelligere, cū inquit. Quare faciēs quale ipſuꝫ ē actu hꝰ id facit. cū ſit potētia. ¶ Vnde ſilr calidū.] Nūc ex hac ꝯclōne verificata infert id qḋ Themi. inqt. ſ. vnde ſilr calidū ⁊ frigidū: aut durū ⁊ molle: nō ſentimus: id eſt eque calidū calido noſtri tactꝰ nō ſentimus, neqꝫ eque frigidū: ſed excellētias, ⁊ h̄ Auer. exponit. d. Et q2 agens nō agit in eo ꝙ ſibi ſile in actu: ſed in potētia: ideo neceſſe eſt vt mēbrū ſentiēs nō ſentiat corpus calidū equale ſibi in calore, neqꝫ mēbrū frigidū equale ſibi in frigore, ⁊ ſilr de duro ⁊ molli. ſed ſenſus tactꝰ cōprehendit tm̄ intenſiora: ex rebus tāgibilibus econtrario ſuis tangibilibus. i. ecōtrario ſuis ſenſibilibus. ¶ Tāqꝫ.] Reddit cām Ariſt. d. Tanqꝫ ſenſu velut medietate quadaꝫ exiſtente eius, que in ſenſibilibus qualitatis. i. qm̄ tactus: vel tactoriū (vt Simplicius inquit) inuenit̄ in aliquo, qḋ eſt mediū inter qualitatē aliquā in ſenſibilibus, cū impoſſibile eſt vt aliqḋ corpus denudet̄ a q̄litatibus tāgibilibꝰ, ecōtrario alijs q̄litatibꝰ ſenſibilibꝰ, in qbus penitꝰ eſt ſenſoriū vacans ab illis. ¶ Hunc locū exponit Auer. d. ⁊ intelligo ꝙ ſenſus tactus: īpoſſibile eſt vt careat ſimplr calido, ⁊ frigido, ⁊ ſicco, ⁊ humido: ſicut fuit in viſu colore, ⁊ in auditu carere ſono, ⁊ ideo iſte ſenſus cōprehēdi ſua ſenſibilia ſm totum, ſenſus autē tactꝰ cōprehēdit extrema. ¶ Et h̄ qḋ dicit Auer. manifeſtū eſt. omne. n. recipiens debet eſſe denudatū a natura recepti. tantū ergo recepti ſenſus recipit, quātum eius caret. ſed q2 tactus excedētijs tantum caret, ideo illas tantū recipit. q2 vero alij ſenſus nō tantū excedētijs carent: ſed ſimplr, ideo ſimplr recipiunt. reliquum pꝫ.

Dubō. ¶ Sed dubitatur quonam modo tactus mediocritas ſit? Videtur enim ꝙ nō, qm̄ mediocritas eſt ꝑ eque diſtantiaꝫ extremoꝝ, ſed tactus nō eque ab extremis diſtat, nō ergo tactꝰ mediocritas. ¶ Amplius nōne ⁊ alij ſenſus mediocritates ſunt organoꝝ: cur ergo tactuꝫ dicit tantū mediocritatē? Solō. ¶ Adhuc ex verbis Themiſtij ſoluere poſſumus. primum enim ſic intelligemus, tactū non eſſe mediocritatem: per eque diſtantiā ab extremis, queādmodum virtus mediocritas eſt vitiorum. ſed ideo mediocritas tactorium dicitur, quoniā in medio eſt, quod medium vtrunqꝫ extremum potētia cōtinet. eſt ergo medium cōtinentie: ⁊ nō diſtantie. ¶ Secūdum ſic intelligemus, tactum eſſe mediocritatem ſuorū ſenſibilium. ſ. calidoꝝ frigidoꝝ ſiccorum ⁊ humidorum ⁊c̄. Alij ſunt mediocritates quedam ſuorum ſenſoriorum: non tamen ſuorum ſenſibilium. non enim (vt Themi. ait) viſus mediocritas eſt viſilium, auditus ſonorum, ⁊ ſi quilꝫ illoꝝ ſit mediocritas ꝓprij ſenſorij.

Argyr. **¶ At vt id qḋ albū nigrūqꝫ percepturum eſt ſenſu/neutrū ipſoꝝ actu/ſꝫ potētia ſit vtrūqꝫ opꝫ/⁊ in ceteris eodē modo: ſic ⁊ ī tactu neqꝫ calidū neqꝫ frigidū id actu ſit opꝫ/ſꝫ vtrūqꝫ potentia/quod vtrunqꝫ eſt percepturum.**

T.c.119. **¶ Et vt oꝫ id qḋ dꝫ ſētire albū ⁊ nigrū/neutrū ipſoꝝ eē actu/potētia vō vtrūqꝫ/ſic aūt ⁊ in aliis: ita ⁊ ī actu/neqꝫ calidū/neqꝫ frigidum.**

Colle/ctanea te.c.119. ¶ Sermo Ariſto. manifeſtus eſt ꝑ ſe. Auerrois ait. [Et debes ſcire ꝙ id.] Vbi ſoluit motiuū Alex. Auic. ⁊ multorū oppoſite partis. Arguūt enim id organū eſt tactus, qḋ mediocritas eſt tactiliū. ſed caro mediocritas eſt tactilium, caro ergo organū eſt. ¶ Soluit Auer. hoc argumentum. d. Et debes ſcire ꝙ id qḋ ſequit̄ ex hoc inſtrumēto iſtius ſenſus. ſ. vt ſi tēperatū: ⁊ in mediocritate ꝯſiſtens, id idē cōſequit̄ in medio: ideo nō poſſumus dicere ꝙ caro eſt inſtrm̄ iſtius virtutis: ſm ꝙ eſt media iter ꝯ̄ria, ſicut eſtimauerūt plures. Eſt ergo ſolutio ꝙ eē mediocritatē in tactu: nō tm̄ dicit̄ de tactorio: ſed de medio tactus: ⁊ ideo non ſequit̄ ꝙ caro ſit organum tactus: ſed bene ipſius medium.

Argyr. **¶ Preterea vt viſus viſibilis ac inuiſibilis q̊dāmō eſt/vti diximꝰ ceteriqꝫ ſenſus oppoſitorū ſilr: ſic etiā eſt tangibilis ac intāgibilis/tactꝰ. Intāgibile aūt: eſt ēt id qḋ exiguā admodū dr̄iam tangibiliū habet/quale paſſus eſt aer. ⁊ exuperatiōes etiā tangibiliuꝫ: qualia ſunt ea que corrumpere poſſunt.**

T.c.120. **¶ Amplius aūt ſicut viſibilis ⁊ inuiſibilis eſt quodāmō viſus: ſimiliter aūt ⁊ reliqui oppoſitoruꝫ: ſic tactus/tangibilis ⁊ intangibilis. Intangibile aūt: eſt paruā oīno habēs differentiā tāgibiliū/quo ſe habet aer. ⁊ tangibilium excellētie: vt ea que corruptiua ſunt.**

Colle/ctanea t.c.120. ¶ Auerois ait cū notificauit ſenſum tactus, ⁊ naturā rerū tangibiliū, ⁊ q̄uo ſit tactus, ⁊ ꝑ quot, reuerſus eſt ad dōm aliqd cōe oībus ſenſibꝰ, ⁊ ponit id. d. Cōprehēdūt. n. alteꝝ oppoſitoꝝ ꝑ ſe: ⁊ alteꝝ accn̄talr, ⁊ totus ſermo Ariſt. manifeſtus eſt ꝑ ſe, ⁊ cōmētū ēt pꝫ quātū ad hāc ꝑtē. ¶ Inqt Ariſt. Amplius aūt ſicut viſus erat quodāmō viſibilis ⁊ inuiſibilis, ſilr aūt ⁊ reliqui ſupple ſenſus erāt oppoſitoꝝ, ſic ⁊ tactꝰ tāgibilis ⁊ nō tangibilis, ⁊ dixit. [Quodāmō.] Qm̄ (vt Auer inqt) q2 nō eodē mō cōprehēdit habituꝫ ⁊ priuationē. habitū eni ꝑ ſe. ꝓuationē vō ꝑ accn̄s. ¶ Intangibile aūt.] Subdiſtinguit modos intāgibilis, ⁊ inqt. Intāgibile āt ſupple vno dr̄ modo qḋ oīno paruā hꝫ dr̄iaꝫ. i. qualitatē tāgibiliuꝫ, vt aer eſt paſſus. i. queādmodū aer q ꝯtinet nos, q paruā patit̄ paſſionē tactiuā a tactu. i. q paru nobis tactilis eſt. ⁊ h̄ ſignat vbū Auer. eē verū dū ait aialia hitātia i aere nō ſentire eū, ⁊ hitātia in aq̄ nō ſentire eā. Et ſcḋo mō excellētie tāgibiliū ſunt intāgibilia: ſicut corruptiua: vt ignis, ⁊ glacies, ⁊ ſic de tactu ⁊ tactili ſit dictum.

Argyr. **¶ De ſenſuū igit̄ vnoquoqꝫ: dcm̄ ſit hoc mō quaſi figura. Hoc aūt vliter accipe de oī ſenſu opꝫ: ſenſuꝫ inquā id eſſe qḋ ſenſibiles ſine mā formas ſuſcipe pōt. ꝑinde atqꝫ: ānuli ſignū ſine ferro vl̄ auro ſuſcipit cera. ſuſcipit āt eneū vl̄ aurāū ſignū: ſꝫ nō vt es aut aurū/neqꝫ vt ſignū eſt aureū eneūue. Sili patit̄ ⁊ ſenſus vniuſcuiuſqꝫ ſenſibilis mō: ab eo qḋ habet colorē/aut ſonū/aut ſaporē. ſed nō vt vnūqḋqꝫ illorū dicit̄: ſed vt eſt tale/⁊ rōne.**

T.c.121. **¶ Scḋm igit̄ vnūquēqꝫ ſenſuꝫ: dictū eſt figura. Oportet āt vliter de oī ſenſu accipere: ꝙ ſenſus ē id qḋ ē ſuſceptiuū ſpērū ſine mā/vt cera: ānuli/ſine ferro ⁊ auro/recipit ſignū. accipit aūt aureū aut eneū ſignū: ſꝫ nō inquātū aurū/aut es. Silr āt ⁊ ſenſus vniuſcuiuſqꝫ: ab habēte odorē/aut ſaporē/aut ſonū patit̄. ſed nō inquātum vnūquodqꝫ illorū dicit̄: ſꝫ inquantum huiuſmodi/⁊ ſm rationem.**

Colle/ctanea textus cōꝰ.121. ¶ Qm̄ ꝯtinuatio in textu pꝫ, ideo ſine ꝯtinuatione ꝓpoſita inquit. Scḋm vnūquēqꝫ igit̄ ſenſuū: dictū eſt figuraliter. i. deſcriptiōe ⁊ figura. in libro eniꝫ de ſenſu ⁊ ſenſato loquit̄ de iſtis ꝑticulariter. diligentius enim ibi de ſenſibus ⁊ ſenſibilibus ſit determinatio. ¶ Opꝫ autem.] Proponit ⁊ nūc exordiū ad poſterius dicēda, ⁊ inqt. Opꝫ aūt vliter de omni ſenſu ſeorſuꝫ accipere. i. cū de vnoquoqꝫ ſenſu ſpeculati ſumus, cōem opꝫ repetere de oī ſenſu rōnē. ¶ Qm̄ qdē.] Et accepit q̄ cōiter tradere intēdit. ⁊ accepit primū eoꝝ. d. Qm̄ quidē ſuſceptiuus eſt ſpecieꝝ ſine mā, vt cera recipit figurā ānuli ſine ferro, ⁊ auro. accipit. n. aureū, aut eneum ſignū, ſed nō inquātū aureū, aut es reddit: ⁊ tūc exēplū ad ꝓpoſitū. d. Silr aūt ⁊ ſenſus vniuſcuiuſqꝫ ab hn̄te colorē, aut humorē, aut ſonū patit̄, ſed nō inquātū vnūqḋqꝫ illoꝝ dicit̄, ſed inquātū hꝰ eſt ſm rōnē. Reddit rōnē Auer. cur quilibet ſenſus recipit abſtractū a mā, ⁊ inquit. Et opinanduꝫ eſt ꝙ receptio formarū ſenſiliū ab vnoquoqꝫ ſenſu eſt receptio abſtracta a mā, cuius rōnē dedit. Si enim reciperet eas cū mā, idē eſſe hēret in aīa: ⁊ extra aiam, hoc autem falſum eſt. in aīa. n. ſunt intentiōes, ⁊ cōprehēſiōes, ⁊ extra aiam nō ſunt cōprehēſiones, neqꝫ intētiōes, ſed res māles, que nō ſunt cōprehēſe oīno. ¶ Amplius reddit rōnē: cur ſenſus nō patit̄ a ſono: vt ſonus eſt, vel a colorato: vt coloratū, ⁊ inquit. Qm̄ ſi ita eſſet, ꝯtingeret ꝙ cū reciperet ipſū, eēt ipſuꝫ receptū color, aut ſonꝰ, ⁊ nō intētio, ⁊ ſic organū coloraret̄, ⁊ ſonaret. Huiꝰ ꝯ̄ſñtie rō eſt, qm̄ oē recipiēs ab agēte formā: ſm ꝙ hꝫ illā in fine, denominat̄ ab eadē forª, ergo i fine ſenſoriū eēt albū vl̄ ſonoꝝ ⁊c̄. ¶ Et debes ſcire ꝙ Ariſt. in trāſlatiōe noſtra ait ſenſoriū pati ab eis, nō inquātū vnūqḋqꝫ illoꝝ dicit̄. [Sed inq̄ꝫtū hꝰ eſt ſꝫ rōnē.] Et in arabica trāſlatione inquit. [Sed inquātū eſt in hac diſpoſitione ⁊ intentione] Vbi viſus eſt ly [hac intētiōe] vel ly [hꝰ] vt Auer. inqt, vt poneret dr̄iam inter intentiones: quas recipit intellectus. ⁊ illas quas recipit ſenſus. ille. n. intell's ſunt vl'es, iſte autem ſenſus ſunt particulares.

An ſenſus ſit recipē formam ſine mā. ¶ Sed expoſitores querūt an ꝓpriū ſenſibus ſit recipe formas ſine mā? Et vr̄ ꝙ nō, qm̄ vt Auer. ait receptū a ſenſu eſt ſingulare, ſed ſingulare h̄ ē ꝑ māꝫ. g̃ ⁊ ſenſatū erit receptū cū mā. ¶ Ampliꝰ intell's abſtrahit a ſenſibilibꝰ, ſꝫ nō abſtrahit a ſenſibilibꝰ: niſi vt ſunt i mā, ergo ſenſibilia ſūt ꝓpter mām. ¶ Rurſuꝫ de tactu ⁊ guſtu nō videt̄. tactoriū enim nō intētiōes tactilium ſuſcipit: ſed formas ipſas, ⁊ vt Ariſt. dicit. ¶ Adhuc videt̄ hoc nō ꝯuenire ſoli ſenſui, cū ⁊ phātaſie, ⁊ materie cōpetat: vt Expoſitores ꝓbant. mā eniꝫ nō recipit agēs totū: ſed formā ab agēte: abſqꝫ eiꝰ mā, ⁊ ſic phātaſia: q̄uo ergo tanqꝫ ꝓpriū ſenſui Ariſt. h̄ tradit. ¶ Expoſitores noſtri longā dederunt reſpōſionē, nos aūt breuiter cū Themiſtio ⁊ Simpli. dicemus breuē rñſionē. ¶ Primo accipiētes qd ſit ſuſcipe rē ſine mā, ⁊ dicimus ꝙ ꝑ recipere formā ſine mā nō intelligit Ariſt. ꝙ recipiat ſenſoriuꝫ formā ſolā: nō recipiēdo mām illius forme, ſine dubio eni ⁊ materie cōpetit hic modus. Alio modo intelligit̄ vt recipiat formā ſine mā. i. ad hoc vt formā recipiat, nō oportet vt diſponat̄ diſpoſitiōe reddēte materiā ſenſorij eiuſdē modi cū mā agentis. Ad hoc quidē enim vt viſoriū intētionē accipiat coloris, nō debet ꝑus diſponi qualitatiue ⁊ quātitatiue, ita vt reddatur penitus ſile parieti, ⁊ hoc quidē modo recipit ſpēm ſine ipa mā, ⁊ h̄ mō dicunt Expoſitores Ariſt. intelligere. ſed pace eoꝝ dicā iſti errāt, qm̄ tūc ſequit̄ ꝙ mā recipiēs formā aliquā a ſtellis, eā reciperet ſine mā, quoniā nūqꝫ diſponit̄ in diſpōnibꝰ reddentibus materiā ſimilē ſoli vel lune. ¶ Ideo eſt ⁊ tertiꝰ modus ꝙ recipere ſpēm ſine mā, eſt recipere formā tm̄, nulla habita diſpoſitione penitus, nec ſili agēti, nec ſimplr, nec huic, nec priuatiue, nec poſitiue. ⁊ dico nec priuatiue, nec poſitiue, qm̄ forte ipſa mā ad hoc vt primas recipiat formas, nō ꝑdiſponit̄ poſitiue, ſat eſt ut remoueat̄ oppoſite, ⁊ hoc eſt priuatiue diſponi. Eſt ergo recipere ſpeciē ſine materia. i. formā ipſā ſolā abſqꝫ ſimplr diſpōne oīno. ¶ Amplius 2º accipimꝰ quodlibet ſenſoriū duplr poſſet accipi, vno quidē modo vt ſubm ⁊ mā ſenſibiliū ē, alio modo vt iudiciū ſenſibiliuꝫ. Primo modo nihil ꝓhibet (vt veteres dicūt Simpl'. ſ. ⁊ Them.) ſenſoriū recipere ſpēm cuꝫ ipſa mā in diſpōne mediāte. oculus eniꝫ ipſe miſtū quoddā eſt, cui color aliqs annexus eſt. ſed hoc ſibi ineſt vt ſubiectū: ⁊ corpus eſt miſtū, vt vero eſt iudiciū ſenſibiliuꝫ ꝓculdubio recipit ſpēm tm̄: abſqꝫ omni diſpōne ꝑuia. per accidēs aūt qn̄qꝫ ꝯcurrit preuia diſpoſitio ſaltem ī medio eius: gratia mālitatis organi, queādmodū in guſtu ⁊ tactu. ¶ Imaginatur ergo Simpl'. ſpēm per ſe recipi in ſenſoriū, iudiciuꝫ vero de ſenſibili amitti a potētia ſenſorij, que vita eſt illiꝰ. ¶ Tūc ad argumēta. Ad pmū patet ſol'. ſenſatū eſt ſingulare, nō quidē a mā ſeu diſpōne materie: ſed ab appendiitijs materie. ¶ Ad 2ᵐ dicendū intellectū nō abſtrahere a ſingulari ratione materie: ſed ratione conditionis materie. ¶ Ad 3ᵐ tactoriuꝫ ⁊ guſtoriū vt organa ſunt ⁊ miſta recipiūt, vel nihil ꝓhibet recipe formas cū mā: ⁊ diſpōne materie, vt iudiciū ſunt vacāt ab hoc. vt enim iudiciū recipiūt ſpēs tm̄ ſine mā: ⁊ diſpōne māe. ¶ Ad vltimū hoc eſt proprium ſenſui recipe ſpēm ſine mā. i. diſpōne materie tm̄: ⁊ hec differt a phātaſia, que non tm̄ recipit ſine ipſa mā: ſed ſine pn̄tia materie. Et differt a mā ipſa; q̄ recipit formas: vt diſponatur poſitiue: vel priuatiue, ⁊ ſic patet.

Argyr. **¶ Inſtrm aūt id ſenſus eſt primuꝫ: in quo eſt talis vis atqꝫ potētia collocata. Atqꝫ ſꝫ idē: rō dō ñ ē eadē/ſꝫ diuerſa. nā id qḋ ſētit/aliq̄ ē magnitudo: nō tñ rō ſēſitiui. neqꝫ ſenſus ē. magnitudo: ſed eſt q̄dā rō potētiaqꝫ illius.**

T.c.122. **¶ Senſoriū autē primuꝫ: in quo hmōi potentia. Eſt igitur idem: ſed eſſe/alterum eſt. magnitudo enim quedam erit/id quod ſentit: non tñ eſt ſenſitiuo eſſe. neqꝫ ſenſus magnitudo eſt: ſed ratio quedā ⁊ potētia illius.**

Colle/ctanea te.c.122. ¶ Cū accepiſſet qḋdā oībus ſenſibus cōe: nūc ad diffōnem ſenſorij cōiter trāſit, ⁊ ſermo eius manifeſtus eſt ꝑ ſe. verū abbreuiatio eſt. ſenſoriuꝫ aūt pmū ⁊ ꝑncipale eſt id, in quo hꝰ potētia ſedet, ⁊ q̄uis ſenſus. ⁊ pmū ſenſoriū ſubito non diſtāt, queādmodū nulla forma ſubito diſtat ab eo in qḋ ipſa recipit̄: tm̄ diuerſa ſenſorij, ⁊ ſenſus eēntia eſt, qm̄ qḋ ſenſationē patit̄ eſt quedā magnitudo, ſenſus autē ratio ⁊ potentia illius. ¶ Et debes ſcire: vt Simpl'. innuit facultateꝫ ſenſitiuā duplicē hr̄e ad ſenſoriū cōparationeꝫ, vt actus. ſ. ipſum ſpecificās, ⁊ ſic vita dr̄ ſenſorij: ⁊ rō ſeu forma. Aliā vero prout vtit̄ eo ad iudiciū ſenſiliū, ⁊ hoc quidā mō poª ſeu virtus ⁊ facultas illius dr̄, ⁊ ideo dixit [Sed rō quedā ⁊ potētia illius.] hāc duplicē cōparationem deſignās.

Argyr. ¶ Patet āt ex his: ⁊ cur ſēſibiliū exupatiões ſenſuū iſtr̄a corrūpūt. nā ſi mot⁹ ſit vehemētior/inſtr̄iq; ſenſus ſuperet vires: diſſoluit rō. id aūt erat ſēſus. diſſoluitur q̄3 ꝑinde atque ↄcēt⁹ itētiōe/cū vehemēter fides pulſāt᷑.

T. c. 123 ¶ Manifeſtū aūt ex his: ⁊ propter quid ſenſibiliū excellētie corrūpunt ſenſoria. ſi nāq; ſit fortior ſenſorio/motus: ſoluitur rō (hoc aūt: erat ſenſus (ſicut ⁊ ſymphonia ⁊ tonus/ percuſſis fortiter chordis.

Collectanea textus cō^m. 123 ¶ Expoſitor nouus credit Ariſto. reddere cām, cur ſenſus ipſi, ⁊ ſenſatiōes ipſe ab excellētijs ſoluūtur ſenſiliunt. qđ ⁊ ſi verū ſit, porro textui nō ſonat a dicta, nec ſequit᷑, iō vt expoſitores dicūt Simpl. ⁊ Them. ⁊ Auer. Ariſt. cur inſtr̄a ſenſuuz corrūpunt᷑ a fortibus ſenſilibus tradit, ⁊ hoc dicit Auer. hac pte, ⁊ ex hoc q̄ diximus q̄ ſenſus eſt intētio. i. actus ſenſorij, declarabit᷑ cauſa: ꝑpter quā ſenſibilia intēſa corrūpūt inſtr̄a ſenſuū, ⁊ reddit cām, qm̄ qñ motus ſentiētis a ſenſili fuerit fortior q̄3 ſentiēs poſſet tolerar̄, diſſoluet᷑ illa intētio: ꝑ quā ſenſus eſt ſentiēs, ⁊ remanebit corp⁹ ſine illa intētiōe. i. ꝓportiōe, que eſt ſenſus. ¶ Sicut ⁊ ſymphonia] qm̄ qs crederet ſenſoriū ſolui ſimpl'r a ſenſili, addit vt Simpl. inqt. [Sicut ⁊ ſymphonia, ⁊ tonus ꝑcuſſis fortiter cordis] ac ſi dicat nō q̄ ſimpl'r ſenſoriū tollit᷑: ſed

Dubitatio. diſtēperat᷑ ac ꝑturbat᷑. ¶ Et hoc exēplū ad ſenſoriū vadit: vt Simpl. ait, ⁊ nō ad vitalē ſenſum ipm. ¶ Querunt expoſitores ꝑpter qđ ſenſilia corrūpūt ſenſoriū. Videt᷑ eni q̄ nō, qm̄ (vt dī) ſenſibilia agūt intētiōes in ſenſorijs. ſed intētiones nō agūt. nō eni ſunt de potētijs actiuis. ¶ Lōgā dedit nouus Expoſitor rñſionē, tādē ꝑſtringit᷑ ad h̄ q̄ ſenſile tollit ſenſum: tum quātū ad iudiciū, tum quātū ad potētiā ſenſitiuā. ¶ Sed hec ſol. pace eius, plurimū deficit. primo

Dubōr^a Rñſio quidē: q̄r etſi ſenſus ⁊ iudiciū tollat᷑ nō appet modus quo tollit᷑, ⁊ h̄ querimus: intētio enim rei nō dz agere. ¶ Scđa queſtio eſt de ſenſorio: de quo nō apparet, quō ſoluit᷑ a ſenſili. ¶ Propter qđ aliter mihi videt᷑ ad ꝓpoſitū dicere. declarauimus enim ſuperius quō ſenſoriū corrūpit᷑ ꝑ accñs a ſenſili ſpiritali ꝑut ſecuz accidit ſenſile reale. v. g. oculus corrūpit᷑ a colore ꝑ lucē que calefacit humorē glacialez, ⁊ tollit eum. auditus corrūpitur ꝑpter ſonū realez q motu forti ꝑcutit ad tympanū auris, ⁊ tollit᷑ auditorium. Similiter olfatile tollit olfatoriū, qñ odor realis ꝑuenit ad ipſum, ⁊ ſic de alijs. Senſoriū igit᷑ nō corrūpit᷑ ab intētionibus ſenſiliū: vt nouus credit Expoſitor, ſed per accidens ab eis, per ſe vero ab ipſis realibus illis cōiunctis.

Argyr. ¶ Patet p̄terea ⁊ quā ob cāz nō ſētiūt plātē: tametſi ꝑtē aliquā habēt aīe/atq; ab ipſis tāgibilibus patiunt᷑. frigeſcūt. n. ⁊ caleficiūt: vt patet. Nā huius cā eſt: mediocritatē nō hr̄e/ neq; ꝑncipiū tale vt ſenſibiliū ſine mā ſuſcipiāt formas/ſed cum materia patiant᷑.

T. c. 124 ¶ Et ꝑpter quid plante nō ſentiunt: cum habeāt quādā partē aīalem/⁊ patiant᷑ a tangibilibus. etenim frigeſcunt ⁊ caleſcunt. Cauſa eniz eſt: nō habere medietatē/neq; hm̄ōi principium vt poſſit recipere ſpecies ſenſibilium/ſed pati cum materia.

Collectanea textus cō^ti 124 ¶ Ad dicta ſoluit. q. correlarie, ⁊ inqt. Et ꝑpt̄ qđ plāte non ſentiūt, hñtes quādā ꝑtē aīalē. ſ. vegetabilē, ⁊ patiētes a tāgibilibus. ⁊ nāq; frigeſcūt, ⁊ caleſcūt, ⁊ hoc fuit argumentum Pythagore, quo plātis ſenſum tradit plātatiuū, receptiuū. ſ. ⁊ nō iudicatiuū. ¶ Cā enim nō.] Reddit cām, tuz ex ꝑte māe, tum ex ꝑte forme: vt Simplicius ait, ⁊ inquit. Cauſa enim nō hr̄e medietatē. ſ. qualitatū ꝑmarū, ⁊ h̄ q̄3tū ad cāz mālē, ac corporalē. neq; h⁹ hz ꝑmū ꝑn^m poſ̄e recipe ſpēs ſenſibiliū. ſz plāte patiunt᷑ cū mā. i. diſpōne ꝑuia, ⁊ h̄ quātū ad cāz formalē, que eſt ſenſilis vita. ¶ Pōt ergo ſyllogiçari ſic, oē ſentiens eſt mediate ↄſiſtēs, ⁊ viuēs eſt vita ſupra māz. ſed plāte nō h⁹ ſunt, quare ⁊ ꝓculdubio plāte nō ſentiūt. ſed de his ſatis ſupius diximus. ¶ Themiſtius aūt vltra has duas cās aſſignat ⁊ 3^am ex ꝑte finis. nā enim (inquit) nihil incaſſuz: aut temere: viceq; fortuita ſuſcipit. Si igit᷑ plāte ſenſuz hērēt, vel ꝑpter vtile, vel ꝑpter neceſſariū: vtile quidē nō, qm̄ nec ſalutaria ⁊ vtilia ꝓſequi pñt, nec vitare ↄ̄ria, qđ tñ aīalib⁹ tributū eſt, at plātis negatum, q̄r imote a loco, ⁊ affixe radicibus ſunt. ¶ Propter neciuz vero minime, qm̄ ſuccū hauriunt a terra: nec id agnitione: aut iudicio aliquo cernūt: ideo ſimpl'r plāte ocioſi ſunt ſenſus, ⁊ hac de re plantas ſenſibus carere non ambiges.

Argyr. ¶ Dubitabit āt qſpiā/ſi poſſit id ab odor̄ pati/qđ olfacē neqt: aut id a color̄ q̄ haudq̄q; videre pōt. ⁊ ī ceteris ſilī mō. Ar ſi odorabile ſit odor: ſiqd ī odoratū agit/odor ꝑfecto agit. Quar̄ fieri neqt: vt ab odor̄ qcq̄; patiat᷑ eoꝝ q̄ olfacē nequeūt. eadē ē ⁊ ī ceteris rō. Nec ēt fieri pōt vt a ſenſibilib⁹ qcq̄; patiat᷑ eoꝝ q̄ ſentire pñt: niſi vt qđq; eſt ſenſitiuū.

T. c. 125 ¶ Dubitabit aūt aliqs/ſi patiatur aliquid ab odore qđ nō pōt olfacē: aut a colore/ qđ non pōt videre: ſil'r autē ⁊ in aliis. Si aūt olfatibile ſit odor: ſiqd facit/olfatū inquātū odor eſt facit. Quare nō potētiū olfacē: nihil pati pōt ab odore. eadē aūt rō ⁊ in aliis. Neq; potētiū: niſi inquātū vnūqđq; ſenſitiuum.

Collectanea textus cō^ti 125 ¶ Hic Ariſt. (vt Simpl. exponit) ad dicta ambigit, ⁊ inqt. Dubitabit aliqs, ſi. i. an patiat᷑ aliqđ ab odore, qđ ipoſ̄e eſt olfatū hr̄e. i. qđ caret ſenſu olfatus, aut a colore nō poſ̄e videre, ſil'r aūt ⁊ in alijs. hec ē qđ: an aliqđ inſenſibiliū poſſit pati ab odore, colore, ⁊ alijs h⁹. ¶ Et huius. q. rō eſt, qm̄ inſenſi^lia patiunt᷑, ⁊ hoꝝ hec qdē cū mā: vt calefacta ⁊ frigefacta, illa vō ſine mā: vt cera recipit ſigillū ſine auro, ⁊ ferrorīō petit Ariſt. an inſen^lia pñt ab odore ⁊ colore moueri, dato q̄ nō ſētiāt. ¶ Si aūt.] vult Simpl. Ari^lem. q. ſoluere ſub ambiguo. d. Si aūt olfatile odor. i. ſi odor formaliter eſt olfatilis ad olfatū relat⁹, ſi aliqđ facit olfatū odor erit: ⁊ ecōtra, ſi qđ patit᷑ ab odore olfaciet. Ideo ↄcludit. d. q̄re nihil poſ̄e pati ab odore, ipoſſibiliū olfatū hr̄e. eadē āt rō: ⁊ de alijs. ſ. colore, ⁊c. neq; ſup. ſenſatio ē poſſibiliū abſolute, ſz inquātū vnūqđq; ſenſoriū ſenſitiuū eſt. patiunt᷑ g̊ a ſenſilibus ſenſoria, nō abſolute: ſed vt ſenſilia ſunt, ⁊ ſic ſolutio cōſtat. Nō dedit aūt aſſertiuā ſolutio, qm̄ nō palam hec ſimpl'r eadē eſſe. ſ. color ⁊ viſile: odor ⁊ olfatile, ⁊c.

cō^m 125 Auerrois aūt ex defectu male trāſlatiōis, velle videt᷑ Ari. ponē d̄ria3 iter tactile ⁊ guſtatile ex vna. ⁊ alia ſenſilia ex alijs, ⁊ inqt. Et lz aliqđ qđ nō eſt inatū tāgere patiat᷑ a tāgibilib⁹, v. g. plāte frigeſcūt caleſcūt ⁊c. tñ nō patit᷑ ab odorib⁹ ꝓpa paſſiōe odoribus. i. ſm q̄ eſt odor, niſi id qđ pōt olfacere. nec patit᷑ a coloꝛib⁹ paſſiōe ꝓpa colorib⁹ ſm q̄ eſt color, niſi id qđ pōt videre neq; a ſono, niſi id qđ pōt audire. ¶ Et ſic de alijs.] Pōderat h̄ verbū alijs. cū eni plural'r ſcribat᷑ vī: ⁊ guſtū, ⁊ tactū intelligē, cui⁹ oppo^m ipſe dicit poſt. Inqt ſoluēdo Ari^lem dubitatiue loq, nec aliqđ aſſerere, ⁊ quātū ad h̄ cū Simplicio cōuenit. ¶ Si igit᷑ oē olfaciens,] ꝓbat auer. in tribus ſenſilibus nihil pati ab aliquo illorū, qn ſenſuz hēat illius, ⁊ p̄ accipit ꝓpōnē ſm cōuerſionē in terminis, dicēs. Si igit᷑ oē olfaciēs patit᷑ ab odore, ⁊ oē qđ patit᷑ ab odore eſt olfaciēs. Tunc ſequit᷑ ſm ↄuerſionē oppoſiti. i. ꝑ ↄ̄poſitionē. qđ nō eſt olfaciēs, nō patit᷑ ab odore: ⁊ ſic v̄tus rōis Ari. eſt enthymematis, cuius añs eſt vna, ꝓpō ↄuerſa ⁊ cōuertēs. ⁊ ↄ̄ñs cōuertēs per ↄ̄poſitionē. tūc oſtēdit quid poſuit Ariſt. de hoc, ⁊ inqt, ⁊ ipſe nō ꝓpalanit in ſermone. i. ī h̄ textu: niſi poſtremū ↄ̄ñs, cū dixit in arabica tranſlatione. [Unde neceſſe eſt vt nihil ex eis que nō pñt olfacere patiatur ab odore.] Hoc qdē eſt ↄ̄ñs; qđ eſt ꝓpō cōuertēs ꝑ cōtrapoſitionē, ⁊ nō poſuit añs: ſz ꝑ^m ꝑn^m. i. ꝓbationez eius. ex quo cō ſequebat᷑. ſ. [q̄ ſi odor eſt relatiuus. i. olfatc⁹] neceſſe eſt vt olfact⁹ ſit olfaciētis, ⁊ nō ꝓpalauit ꝓpōnē dicentē, q̄ oē qđ patit᷑ ab odore eſt olfaciēs. neq; ↄuerſionez ſui oppoſiti. ſ. illā, oē olfaciēs patit᷑ ab odore, que eſt cōuerſio oppoſiti. i. ꝓpōnis, que ↄuetit᷑ ad oppoſitū ꝑ ↄ̄poſitionez. ¶ Et quaſi opinat᷑.] Soluit. q. quorūdā ad ari. querūt. n. ꝑ ꝑ qđ tactile pōt agere: ⁊ nō ī tactoriū, ⁊ nō ſic odor ⁊ alia. ¶ Rñdet q̄ tā tactile q̄3 olfactile relatiua ſunt, ſed differēter, qm̄ q̄litates ꝑme ſunt tactilis per accidēs predicatione. ſ. per accidēs, ſz odor eſt olfactilis ꝑ ſe, ⁊ color ꝑ ſe viſilis, ⁊ h̄ dicit. ⁊ quaſi opinat᷑ q̄ tact⁹. i. relatio tactiua eſt aliqđ ↄtingēs rebus ↄ̄rijs tāgibilibus, faciēs de eis denoīatiuā ꝑdicationē, ⁊ nō opinat᷑ q̄ olfactile eſt aliqđ ↄtingens odori. imo eſt ꝓpriū odori, neq; viſibile colori, ſz opinat᷑ q̄ olfactui. i. olfactile ē q̄ſi ipe odor. i. ꝑdicatū ſcđi modi de odore, ⁊ vibiſile ipſe color, ⁊ auditile ipſe ſonus, ⁊ tunc v̄ificat añs. erat. n. añs oē olfaciēs ab odore patit᷑, ⁊ oē patiens ab odore eſt olfaciēs. Uerificatur. n. añs. d. Et ideo fuit neceſſe apud ipm: vt oē quod patit᷑ ab odore ſit olfaciēs, ⁊ a colore videns, ⁊ a ſono audiens, ⁊ nō fuit neceſſe: vt oē quod patit᷑ a tactili ſit tāgēs, ⁊ hoc indiget magna inquiſitione. ¶ Et ipſe.] quaſi rñdet ad qđdā dubiū, nōne. n. oīa ſenſibilia ad ſenſoria eodē reſpectu dīr̄. reſpōdet q̄ nō, ⁊ inquit. Ipſe eniz quaſi opinat᷑ q̄ ſenſiuū qdā ſunt ī capl'o relōnis: ſup mutare ad ſenſibilia vt viſus, audit⁹, ⁊ olfact⁹, ⁊ qdaz ſunt in capl'o actionis ⁊ paſſiōis per ſe: ſed accidit eis relatio. ¶ Uult ergo auer. q̄ d̄ie elētoꝝ ſunt primo ⁊ ꝑ ſe actiue: per accñs aūt tactiles, in alijs autē actiue per accñs: ⁊ per ſe ſenſiles. Et ideo ſtat aliqđ recipere actuz a d̄rijs elemētorū: ⁊ tñ nō tāgere, ⁊ aliqđ recipe actū a ſono: ⁊ nō audire ipoſſibile eſt: ⁊ h̄ qđ dicit ipſe pz, qm̄ q̄litates ſcđe nō ſunt per ſe actiue: niſi merito qualitatū primarū, ſed q̄r ſūt ꝓportiōes primaꝝ: nō ſunt relatiue dicte ad ſenſus: pri me vō ſunt per ſe actiue, ⁊ per accidens tactiles. Et ſic pz ſolutio hec, ⁊ diuerſitas expoſitionis Auerrois.

Argyr. ¶ Id ita eſſe: patē pōt ⁊ hoc ēt pacto. nā neq; lumē ⁊ tenebre/neq; ſon⁹/neq; odor ī corpa quicq̄; agit: ſed ea nimiꝝ in q̄bus ſunt ipſa. aer. n. q eſt cū tonitruo: ſcindit lignū. At. n. tāgibilia ſaporeſq;: agūt. ſi. n. nō agerent: a quonā inanimata paterent᷑ atq; alterarēt᷑?

T. c. 126 ¶ Simul aūt manifeſtum eſt: ⁊ ſic. neq;. n. lumen ⁊ tenebre/neq; ſon⁹/neq; odor qcquā facit in corpa: ſed ea in q̄bus eſt. vt aer q cuz tonitruo: findit lignū. Sed tāgibilia ⁊ ſapores: faciunt. ſi eniz non: a quo vtiq; paterentur inanimata/⁊ alterarentur?

Collectanea t. c. 126. ¶ Et arg^m hoc ab exēplo potius acceptū in idez tēdit: ſicut ꝑſfatuz, q̄. ſ. in corpa: vt corpa: nō agūt ſenſibiliū forme per ſe: ſed ſubita ipſoꝝ: vt tonitruus rūpit ligna iterdū: nō vt reſonās, ſed q̄r aer deferēs ſonū, vehemēter mot⁹ incidit in ligna, ⁊ ſic in alijs: vt dixi in capl'o ꝑcedēti. ¶ Sed tāgibilia.] Uidet᷑ ↄ̄rio a ſentiri, q̄. ſ. agūt ſenſilia: ⁊ ī nō ſenſitiua vtroq;. ſ. mō, ⁊ ſm formā ſuiipſaꝝ, ⁊ ſm ſibijpſis ſubia: vl' coexñtia. q̄ enim agant ex tāgibilibus maxie manifeſtum eſt: ⁊ ex ſaporibus. eteniz calefaciūt ⁊ inaīata, ⁊ dulcia efficiunt᷑ ⁊ ſalſa ꝑmutata. ¶ Sed Auer. mouet. q. ⁊ inqt, ⁊ h̄ qđ dixit in tāgibilib⁹ eſt manifeſtū: ſed in ſaporib⁹ indiget ↄſideratione, qđ ꝓbat. pōt. n. aliqs dicere q̄ ſapor eſt ipm guſtatile, ſicut odor ipm olfactile, cui⁹ rō eſt, qm̄ tam odor q̄3 ſapor qualitates ſunt ſcđe, que nō agūt niſi merito ꝑ^ar. ¶ Tūc arguit ad oppoſitū ꝑ ſenſuz, ⁊ inqt. Sed videmus (vt dicit Plato) q̄ ſapores hñt in corpibus nō aīalib⁹: paſſiones diuerſas additas. i. attributas calefactioni ⁊ frigefactioni, v̄bi gr̄a, exaſpare qđ eſt pontifici, ⁊ lenificare qđ eſt vnctuoſi, ⁊ alia multa: q̄ ſunt dicta in Timeo, que Gal. laborat exponere. ergo ſapores ꝓculdubio agūt in non aīata: queadmodū tactilia. attamē Auer. reuocat dictū Platonis ī dubiū, ⁊ iqt. Iſte igit᷑ actiōes vtrū ſint ſaporis ꝑ ſe, aut ſint de ſapore: quaſi mot⁹ aeris de ſono. i. aut ſint ꝓuenietes a ſapore per accñs: rōne ↄiūcti cū ſapore, indiget ↄſideratiōe. ¶ Uerū dat rñſū. q. vt ī ꝓpoſito ſufficit, ⁊ inqt, ⁊ accepit hic q̄ ſapor ē mod⁹. i. ſpēs tāgibilis, cū ſit ſilis ei. Uult dicē q̄ quocūq; ſit ſapor agit ꝓut eſt ſpēs tactilis.

Argyr. ¶ Quid igit᷑: agūt ne ⁊ ſenſibilia illa? at vt vī nō oē corpus ab odore pati ſonoq; pōt: ⁊ ea q̄ patiūt᷑: terminis vacāt ⁊ nō manēt/vt aer. olet. n. ipſe: tāq̄; aliqđ paſſus. Quid aliō eſt olfacere quidē: p̄ter idipſum/aliquid inquā pati? at enim olfacere quidē: ſentire eſt: aer autem paſſus: cito ſenſibilis fit.

T. c. 127 ¶ Ergo ne ⁊ illa faciunt? an non oē corpus paſſiuū eſt ab odore ⁊ ſono: ⁊ patiētia/indeterminata ſunt ⁊ nō manēt/vt aer? olet eni: tāquā paſſus aliqđ. Quid igit᷑ eſt odorare: p̄ter pati aliqđ? an odorare: ſentire eſt? aer autem paſſus: mox ſenſibilis fit.

Collectanea textus cō. 127 ¶ Concedēs tactiles agere qualitates ⁊ ſapores ſm alterationē, querit ſi ⁊ reliq̄ ſenſilia agūt ī corpa nō ſentiētia. Cui rñdet. d. [Vel nō oē corp⁹ patibile ab odore ⁊ ſono.] Eſt ergo ſolutio, q̄ hñ agūt in corpa inſenſitiua, ſed differēter (vt Auer. inqt) ab actione tactiliū, qm̄ nō oē corp⁹ eſt paſſiuū ab odore, ⁊ ſono, ſed agūt in patientia indeterminata. i. in media, que ideo indeterminata vocat, qm̄ nō manēt. qm̄ (vt Simpl. iqt) eiuſmodi media carēt ꝓprijs ſenſilib⁹, cū ꝑſpicua ſint. mediū qdē ſoni in ſonoꝝ mediuz, odoris in odoꝝ, que nō ꝑmanent in dato actu vt aer, qui maxie: ⁊ ꝑſpicuus, ⁊ ſonorus, ⁊ odorus eſt: vt ait Simpl. Hec g̊ agūt in corpa iterminata que media dicunt᷑, ⁊ hec nō ſolū ſb̄tis vt in tonitruo dixit, ſed ꝑ ſe agētia formal'r. Et reddit ariſ. rōnē. [Olet. n. vt patiēs aliqđ]. i. qm̄ aer mediuz eſt quod olet tanq̄; traducēs: ⁊ medium deferēs, vt l'ra nr̄a haber. ¶ Quid igit᷑ eſt odorare?] Ad dicta querit, cū enim ↄceſſiſſet odorē agere ī mediū, poſſet qs petere, g̊ mediū odorat. iō petit: qđ igit᷑ ē odorare p̄ter pati aliqđ odoris. q. d. nihil. ¶ Rñdet aut odorare ſentire eſt. i. recipi in ſenſorio cū ſtabilitate ⁊ ꝑmanēter, aer aūt patiēs h̄ mox. i. ſtatim ſenſibilis fit. i. receptiu⁹ ſenſilis fit. aer g̊ recipit ſenſile in trāſitu, ſenſoriū tanq̄; finis, ⁊ hoc eſt ſentire recipere. ſ. ſenſile tāq̄; finis: ⁊ ꝑ ꝑ ipm, ⁊ nō tanq̄; traducēs ⁊ mediuz. ¶ Sed dices forte q̄ in viſiōe aer mox fit ſenſilis: nō tñ ſono ⁊ odore. ¶ Rñdet Simplicius q̄ v̄bū Ariſ. [mox fieri ſenſile]

nihil aliud vult: niſi vt fiat mox. i. nō per ſe ſed vt traducēs ⁊ mediū, in q̄ non terminat̄ viſibile vel auditile. ❡Debes ſcire, vt ex veteribꝰ elicit̄ mediū ⁊ ſenſoriū ꝯuenire: vtrūq̄ʒ .n. ſuſcipit ſpēm ſine mā, ⁊ ideo ſenſilia pñt agere per ſe i illa vtraqʒ. Qm̄ nō egēt diſpōne ꝑuia pro receptione illorū. differūt aūt, qm̄ ſenſoriū cū ſit viuēs: ⁊ ſenſitiuā hēat aīaʒ, retinet ſpēm tanq̄ʒ terminus. eo fit (vt Them. ſentit hic) ꝙ ſenſoriū ſentiat, mediū aūt cū nō ſit viuū, nō eſt terminꝰ ſenſilis, ſʒ eſt traducēs tm̄, ⁊ in aliud ordinatū, ⁊ iō non ſentit. quapp oē ſentiēs recipit ſpēm ſine mā, nō tn̄ ꝯuertit̄ i terminis. mediū.n. ſine mā ſpēm recipit: ⁊ tn̄ ſentiēs nō ē.

Argyr. a.2.b.j.

**❡Sēſuū aūt nullū aliū eē ꝑter hos qnqʒ/viſū iquā/auditū/odoratū guſtū/⁊ tactū: ex hiſce ꝓfecto q̄ nūc deiceps dicemꝰ/credere qſpiā pt. Nā ſi nūc ſenſū ois eiꝰ hēmus cuius ſenſus eſt tactꝰ/oēs nāqʒ rei tāgibilis vt ē tāgibilis affectꝰ nob̄ ſūt ſēſibiles tactu: nullꝰ vtiq̄ tactꝰ vl' guſtꝰ vl' olfactꝰ vl' auditꝰ vl' viſus deeſſe nob̄ vī. Preterea/ſi ſēſus nob̄ deficiat aliqs: ⁊ inſtrm̄ neceē eſt illius nob̄ deeſſe.**

t.c.128 **❡Qr aūt non ſit ſenſus alius ꝑter qnq̄/dico aūt hos/viſum/auditū/olfactū/guſtuʒ/tactū: ex his credet aliqs. Etenim: omnis eius cuius eſt ſenſus tactus/etiā nunc ſenſuʒ habemus. oēs.n. tangibilis inquantū tangibile paſſiones: tactu nobis ſenſibiles ſunt. Neceē autem eſt/ſiquidē deficit aliqs ſenſus: ⁊ ſenſorium aliquod nobis deeſſe.**

Cum cõpleuit. Auerrois p̃ intentionẽ ptis ꝑponit, deinde textus expõnẽ. ibi 2ª [Et dixit de parte.] Jn ꝑma adhuc duplicẽ intentionẽ. ſ. gñalẽ, ⁊ ſpãlẽ. Ponẽs igiť intẽtionẽ in gñali, recapitulat dicta, ⁊ inqt: cũ cõpleuit ſermonẽ de virtute imaginatiua que ſit: qm̃ actus cauſatꝰ a ſenſibꝰ ſm actũ. Et q̃re/qm̃ vtilis ẽ oibꝰ aĩalibꝰ brutis, ⁊ hoĩ in caſibus ꝑpoſitis, incepit pſcrutari de rõnali. ſ. vtute, ſꝫ ambiget iunior, vt Simpl. inqt: nõ lꝫ fieri trãſitus de ſenſu ad intellm: niſi trãſeat p oĩa media. g̃ cũ tractaſſet de ſenſu, ⁊ ad ſenſum cõem deueniſſet, ⁊ a ſenſu cõi in imaginationẽ, decẽter debuit in cognitiuã anteq̃ in itellm deuenire. qm̃ (vt Auer. teſtať) cogitatiua cognatior eſt intellui: q̃ imaginatiua, vt com. 5. exponã. Sꝫ hãc Them. ſoluere viſus eſt huiꝰ. voluit.n. q imaginatio magis ſm rõnẽ ⁊ apparẽtiã ſit intellui ſilior. lꝫ in rei veritate cogitatiua. ſed opꝫ nõ tm̃ ad rei vitatẽ attẽdere, ſꝫ ad apparẽtiã: ⁊ maxime cũ de ſilibus idem ſit iudiciũ. Et querere.] Specificat qd nã de rõnali virtute tractaturus eſt, ⁊ inqt, ⁊ querere in quo differt ab alijs vtutibus cõprehenſiuis. ſ. virtute ſenſus, ⁊ imaginationis: cuꝫ qbus apparẽtius cõuenire videť. Explicat vo quo pacto ſumere vult dĩam, ⁊ inquit: ⁊ hoc in prima, ⁊ vltima pfectiõe, ⁊ in actione ⁊ paſſione ꝑpria. ſunt enim due dĩe poſſibiles aſſignari de aliquibꝰ, vna ſumpta ab actibus eorum primis. i. eẽntijs eoꝝ, altera ab actibus ſcdis. i. operibus eorũ. ⁊ ſcda eſt nobis notior. Prima aũt nã magis. ⁊ hoc inquit [Et h̃] ſcilꝫ hãc dĩaꝫ exponet in prima ⁊ vltima pefectione. i. tum eſſentialẽ penes eẽntias, tum penes opera, qd exponit. ſ. ⁊ in actione ⁊ paſſione. i. ope actiuo ad agẽtem referens, ⁊ pati ad poſſibilem. Reddit aũt cãm, ⁊ inquit: cum neceſſe eſt: vt virtutes diuerſe diuerſenť his duobꝰ. ſ. actibꝰ ꝑmis, ⁊ ſecundis. ⁊ q: his duobus modis differũt, iõ ſi Ariſt. tractaturus eſt de differentijs horũ, ⁊ hos duos modos tangere dꝫ. Et cum in his.] Correlariam dĩam, ⁊ quaſi 3[am] addit, ⁊ inquit: ⁊ cum his duobus fuerint diuerſe. manifeſtuꝫ eſt q neceſſe eſt vt diuerſenť in qualitate actionis. i. in mõ agendi, ⁊ h̃ ſiue ſint actiue tm̃, ſiue paſſiue tantũ ſiue ſimul vtrũq;. ſemp enim hec vera eſt q quecũq; actu prio ⁊ ſcdo differũt, in modo agẽdi vel patiendi differunt. Erit ergo h̃ regula vlis in omni gñe potentie, ⁊ ſic ad dĩam ꝑpoſitam addẽda. Ex his pꝫ error quorũdã hic, qui volũt auerro. intelligere, q ipſe p actũ ꝑmũ intelligat intẽtionẽ rectaꝫ intellectus a phantaſmatibus. per poſtremã pfectionẽ intelligat intẽtionẽ ſuiipſius reflexã. Hi enim aberrant ꝑmã .n. pfectionẽ auerro. appellat actũ ꝑmũ, ⁊ poſtremã 2[m]: vt ipſe inqt in. 5. cõmento huius ſcdi. Preterea. Correlariũ nũc ad ꝑpoſitũ nõ eẽt, vt intelligẽti ꝯſtat. iõ eo pacto exponiť, vt dixi. Et q: intẽtio.] Nũc ſpãlius ptis intentioneꝫ addit. Et tu debes ſcire q q̃ſtio an eſt prior eſt queſtione quid, ⁊ alijs oibus, vt in poſterioribꝰ diximꝰ. Erit ergo ꝑpter hoc. q. q ꝑpter hoc ariſto. ꝑus vtutẽ rõnalẽ eſſe declarare debeat: q̃ qualem habebat dĩam, ⁊ quõ fiat eius intelligere. Hanc. q. pſoluit, ⁊ intentionẽ ſpãlem apponit, ⁊ inquit, ⁊ q: intẽtio eius eſt talis: incepit ꝑmo demr̃are qd eẽ id eſt qualis dĩa, ⁊ eſſe talis vtutis. ſ. q: ipſaꝫ eẽ diuerſaꝫ ab alijs vtutibus, ⁊ eius dĩa quõ intelligiť, manifeſtũ eſt per ſe. ⁊ pſoluẽs. q. ꝑpoſitã inqt: id vbũ. [Manifeſtũ eſt p ſe.] Cũ per hãc virtutẽ hõ ab alijs animalibus (vt dictũ eſt in multis locis) differat, vt notauimꝰ in 2° huius. ⁊ maxime auer. ⁊ notatũ eſt in 7° metaph̃. ⁊ in moralibus, vt dicemꝰ qõnẽ nõ neciaꝫ apponit. Et q h̃ qd eſt dubiũ ⁊c.] Et ſermo eius pꝫ vſq; huc. Que igiť ſit intẽtio in gñali, ⁊ que itẽ in ſpãli, ⁊ que q̃ſtio nõ neceſſaria, his modo conſtat.

Cõ. 152

Ambigũt oẽs hic, qm̃ ſi rõnale dĩa eſt hoĩs, ⁊ omnis differentia ſumiť a forma eius: cuius eſt dĩa, ⁊ rõne ſumitur ab intellectu. ergo proculdubio intells forma erit hominis nõ tm̃ aſſiſtens, ſed inexiſtẽs ac inherens ⁊ propria. Joãnes in qõnibꝰ huius tertij opinať q hõ duplicem hꝫ differentiã. alterã: que a propria hominis ſumiť forma, vt rõnale pticulariter, ⁊ hec ſpecifica eſt ⁊ ĩtrinſeca: alterã vo, que ſumiť a forma aſſiſtente: ⁊ ſic diſtinguiť homo per rationale vlr: qd ſumitur ab intellectu, qui fora eſt homini aſſiſtẽs: queadmoduꝫ hec nauis: ſuo nauta ab altera differt naui, ⁊ hic orbis ab altero differt ſuo motore. Et vt clarius eiꝰ reſponſio intelligatur, debes ſcire hominẽ poſſe capi tribꝰ modis: quãdoq; quidẽ pro intellectu, vt Ariſto. inqt in 9° Ethicorũ: qui hominem ⁊ ipſum vocat intellectum, quandoq; pro orbe tm̃: q ꝯſtituiť ex mã ⁊ cogitatiua: que eſt eius: vt ſic, forma ſpecifica ⁊ vltima: ⁊ ſic loquiť auer. cõmẽto. 20. in fine. cum inquit hominem corrumpi intellectu h̃ modo. Ultimo vero pro conſtituto ⁊ intelligentia ⁊ orbe. i. ex intellectu ⁊ homine ſcdo modo dicto, ex quibus ſit vnũ intelligens: vnum volens, ⁊ vnũ vlr operatione vna ⁊ de h̃ pacto homine auero. eſt ſermo in primo huius. vbi declarat, que ſit hominis felicitas in eo q homo, ⁊ alibi loquiť ſepe. Tunc poteſt eſſe ſolutio, ſi loquiť de hoĩe ſecũdo modo, conſtat ſuam differentiam ſumi a cogitatiua. ſi 3° modo, ſic ſumitur a rõnali, ⁊ differẽtia hec eſt eſſentialis totius cõſtituti ab altero ꝯſtituto, vt pꝫ in orbibꝰ, ⁊ ſic ſermo Joãnis intelligiť. Sed ad hanc reſponſionem ſic in libro de intellectu obijcio, omne p̃dicatum per ſe de homine primi modi dicẽdi per ſe eſſentialis eſt homini: q̃ quodcũq; predicatũ ſcdi modi, ſed rõnale de homine quolibet modo accepto, eſt p̃dicatũ prime modi. ergo ⁊ eſſentialius eſt quocũq; predicato ſecundi. Eſt autem p̃dicatũ ſecũdi riſibile de homine. ergo rõnale eſſentialius ineſt homini q̃ riſibile. g̃ ſi riſibile ſumitur a veriſſima hominis forma: ⁊ multo magis rationale. Amplius ariſto. in Topicorũ primo ꝑponit quatuor eſſe predicata oĩa ꝑblemata Topica terminantia, quorum duo non cõuertunť, vt accidẽs, ⁊ genus: ⁊ duo ſic, vt proprium, ⁊ diffinitio, ⁊ declarat 6° Topicorũ q differentia vltima cõuertiť cum ſpecie. ⁊ tñ nec diffinitio, nec propriũ eſt. ſunt ergo tria predicata ꝯuertibilia. Tunc cum rationale cõuertiť in terminis cum hoĩe. vel igiť erit hominis propriũ, vel hoĩs diffinitio, vel differẽtia vltima. ⁊ qcqd dicitur: ſequiť q ſumiť ab vltima ⁊ eſſentiali hoĩs forma.

qõ. 5.

Cõ. 2.

Ca. 4.

¶ Adhuc omnis differētia, que multiplicaṫ ſm̄ numeruʒ: quo ſpecies multiplicatur, ⁊ ad quam ſtat vltimata diuiſio omnium p̄dicatorū precedētiū, diffōnem ꝯſtituens, eſt eēntialis ac propria dr̄ia eius. Hec eſt auer. 7° metaph. ꝙ rōnale eſt: ita declaro ibi, quare ⁊ vltima ac eēntialis erit hominis dr̄ia. pro hoc ⁊ auctoritates non pauce poſſunt induci: de quo latius in expōne cōmēti quinti dicaʒ. [¶ Et dixit de parte.] Nunc exequiṫ: ⁊ primo ndēdit Platonis opinionē: quā in Thimeo notabis a qua Ariſto. nō curat modo, nec impeditur noſter ſermo. Deinde [Et prius ꝑſcrutādū eſt: qūo eſt formare ⁊c̄.] Ordinationē ponit, ⁊ prima pars p̄ʒ. In 2ª inqt ⁊ prius peſcrutāduʒ eſt: qūo eſt formare per intellectū. i. in quo gn̄e. vtrum ſit actio, aut receptio. Hec enī erat prima perſcrutatio in executione: licʒ in intētione poſterior. ⁊ reddit rōnē. d. Scire enim actionem. i. oꝑa anime, prius eſt apud nos q̄ʒ ſcire eius ſubſtātiā. ¶ Et debes ſcire ꝙ intelligere formare per intell'm dicitur: vel qa vniuerſale forma eſt: vt primo accipiṫ metaph. ⁊ primo celi. quia. n. vl'e forma eſt, ideo intelligere formare dr̄ per intellectuʒ, ſicut gn̄atio nālis diciṫ, qr eſt via in naturā ſic ⁊ formare per intellectū diciṫ, qm̄ via eſt in vl'e: qd̄ forma dicitur. ¶ Vel qm̄ per intelligere cauſaṫ ſpēs: que forma ⁊ idea greco diciṫ noīe, qua ſpecie ducitur intell's in notitiam obti, ⁊ ideo formare erit duplex. ſ. ſenſitiuū ⁊ intellectiuū, ⁊ hi ſermones ſunt ꝓpinq. [¶ Et videṫ.] arabica tranſlatio ſic habet. [Per quā aīa cognoſcit ⁊ intelligit.] Ubi auerro. ꝑ cognoſcit exponit cognoſcē ſpeculatiuū, per itelligit cognoſcere opationū. Et huius reddit cām. d. cū intellectꝰ ſit cōis aībꝰ, cognitio aūt nō. ¶ Sed videṫ ꝙ cognitio ſit cōior intell'u, cū inſit oībꝰ aīalibꝰ, itellectꝰ non. ¶ Sed dicēdū ꝙ hic loquiṫ de his cōtracte. lʒ enim in rei veritate cognitio cōmunior ſit. vt eſt quoddā analogū, tm̄ in ſignificato ſuo potiori: in quo intelligiṫ, abſolute accepta erit ſpālior, ⁊ hoc ſat eſt. Quia igiṫ intell's cōior eſt q̄ʒ cognitio, qr practicare plures ſciūt q̄ʒ ſpeculari, ideo intelligiṫ cognoſcere ſpeculatiuuʒ, ⁊ intelligit preſcriptū. ¶ Et h̄ pacto exponit Simpl'. intelligit. ſ. ſimpl'r agit ⁊ ſapit. i. rōcinaṫ practice, ⁊ ſpeculatiue.

*[Margin: Cō.43. in calce. — 77. cō. t.27. Cō.92.]*

*[Margin: Dubitationes.]*

¶ Sed in his ſunt ⁊ ambiguitates: prima an intell's de quo ſermo, pars ſit anime. Et videṫ ꝙ nō qm̄ vel pars integralis, vel pars eſſentialis, vel ſubiectiua, vel poteſtatiua, ⁊ aſſigneṫ que altera, ꝙ non aliqua iſtarū p̄ʒ ſm̄ auerro. ¶ Amplius ⁊ ſcd̄o ambigūt: cur primo de intellectu in potētia q̄ʒ de agente ariſt. loquiṫ hic. ¶ Adhuc ⁊ 3°. q. abiecta nō debet obijci, qm̄ intelligere variaṫ per hoc ꝙ rōnalis ſeparabilis vel nō ſeparabilis, qm̄ ſi aīa non ſeparabilis intelligere erit ꝑticularis, ⁊ indiuidua opatio. ⁊ ſi ſeparabilis, intelligere eſt vl'e, vt auerro. ait, ergo. q. illa refert. ¶ Rurſum ſunt alia deſiderata: de hac parte. ſ. vtruʒ mortalis vel nō, ⁊ vtrū vna vel plures. ⁊ hec Ariſto. nō ꝑtractat. erit ergo ariſtoteles diminutus.

*[Margin: Rn̄ſiões]*

¶ Ad primū Philoponus inqt: ꝙ intellectus eſt rōnalis aīe pars potentialis, quoniam eſt aīe rōnalis potentia. ¶ Sed hoc ſtare nō pōt. quoniā ois potentia alicuius eſt qualitas eius, cuius eſt, modo intellectꝰ nō qualitas. ¶ Ideo debes ſcire ꝙ rōnalis anima duos habet gradus: vnum quo deo appropinquat: alterum quo ab eo remoueṫ, primo opatur actiue, ſcd̄o paſſiue, ⁊ ideo ꝑtes ſunt, non tamē aliquo illoꝝ modorū: ſed graduales ⁊ eſſentiales large: vt dicam. ¶ Ad 2ᵃᵐ ait Simplicius, ꝙ icepit ab eo tanq̄ʒ ab imperfectiori, quia ab impfecto incipit omnis gn̄atio: ⁊ ordo eſt nature. ¶ Sed hoc ſtare non poteſt: qm̄ ordo noſter eſt contrarius ordini nature vt in phyſica eſt dictū auſcultatione. Amplius ꝑnᵐ eſt: vnde quis facile addiſcit: qd̄ nō eſt in propoſito. ¶ Aliter ergo dicenduʒ, ꝙ ideo ab intellectu poſſibili: quoniā plus cōuenit cū aliquo nobis notiſſimo. ſ. cum ſenſu: ⁊ imaginatione: ⁊ ideo nō decebat facere tranſitū niſi per mediū. intell's enim poſſibilis hʒ opationē eiuſdeʒ generis cū ſenſu, ⁊ dicemꝰ. ¶ Ad 3ᵃᵐ videṫ auerro. innuere ſol. ⁊ inqt, ⁊ hoc qd̄ eſt dubiū: vtruʒ differat ab alijs v̄tutibus in ſubto: ſicut in intētione aut im differat in intētione, nō eſt neceſſariū ad preſciēdū in hac ꝑſcrutatione. vult dicere: an intellectꝰ paſſibilis ſit v̄tꝰ paſſiua, aut actiua. ſed forte ex hac perſcrutatione declarabitur: qūo. i. ſed magis h̄ perſcrutatio ſoluet illā. ⁊ ſic ſol'. his p̄ʒ. ¶ Ad 4ᵃᵐ dicēdū, ꝙ ariſto. accipit tanq̄ʒ famoſum, rōnalē ꝑtē eē eternā. De vnitate v̄o nō ſcrutaṫ, qm̄ conſequitur ad ſeparabilitatem rōnalis partis a corpore. Declaratū enim eſt primo. Celi, ⁊ maxime ab auerro. ꝙ in formis ſeꝑatis nō eſt plus vno indiuiduo in ſpecie. ⁊ ergo ſi virtus rōnalis eſt ſeꝑata, ⁊ vna numero erit ſm̄ philoſophoꝝ fundamenta, vt ſuo loco luculentius dicimus.

*[Margin: Cō.90.]*

COMMENTARIVM.

HIc noſtri interpretes tertij libri ꝑnᵐ fecerūt, cuius fortaſſe opinionis fuit auer. Quia v̄o de hac re abūde in 2° diſputauimus: nec refert qcquid dicaṫ, q̄ ſit huius libri intētio, diſputemus. nā ariſt. ꝓponit eā, cū inquit ſe velle dicere de ꝑte aīe, qua cognoſcit aīa, ⁊ ſapit nō tm̄ cōſtat qd ipſe velit intelligere ꝑ ꝑteʒ aīe, q̄ ipſa aīa intelligit, ⁊ ſapit. ¶ Quidā enim (vt in collectaneis diximꝰ) ꝑ hāc aīe partē, qua aīa ipſa cognoſcit, ⁊ ſapit, intellexerūt intellectuʒ diuinū: quē arbitrabanṫ eſſe intell'ʒ agētē quo, vt ꝑnᶜ agēte: aīa cognoſcit, ⁊ ſapit. ¶ Iāblicus itellexit ꝑ hāc aīe partē qua aīa cognoſcit, ⁊ ſapit, intellectū ꝑticipatū, quē nos appellamus intell'ʒ po'leʒ, quo aīa cognoſcit ⁊ ſapit, vt ꝑncipio receptiuo ſpēruʒ itelligibiliū. ¶ Simplicius per partem qua aīa cognoſcit, ⁊ ſapit dianoeticum intellectū intelligit, qui dr̄ a Simplicio intellectꝰ participans: qui ideo participans intell's diciṫ, quia intellectu noetico participando cum eo humanā animam conſtituit, vt in 2° lib. eſt dictum, que eſt hominis forma ac entelechia. ¶ Quā opinionē videṫ auer. ſectari, qui per parteʒ aīe, qua anima cognoſcit, ⁊ ſapit: exponit partē rōnabilē: aſſerit enim ariſto. de parte rōnabili agere duo, ⁊ quā habeat dr̄iaʒ a ceteris anime virtutibus ſenſus. vʒ. ⁊ imaginarie, ⁊ quo nam modo ipm̄ intelligere fiat. ¶ Et in collectaneis ꝑ partē rōnabilē quam auerro. exponit intellectū poſſibileʒ intelleximus. Verū apud auer. nō clarū eſt, nec certū, quid ipſe velit intelligere per partē rōnabilē: immo videṫ ipſe intelligere per partē rōnabilē: illud quod Simplicius appellat dianoeticam que nō eſt intell'us, ſed virtus ſenſitiua p̄ſtantiſſima, qua hō ſm̄ Simpl'. ⁊ Philoponum rōcinaṫ, ⁊ ſyllogizat. Hec enim in Pigmeis eſt logiſtica: in brutis eſt exiſtimatiua: in hoīe rationabilis, que grece eſt dianoetica: hoc eſt per compoſitioneʒ intellectualis. ¶ Qr v̄o auer. ita intelligat, ex eo p̄ʒ, qr aſſerit per hāc differre ab alijs animalibus: verū de re hac in collectaneis. Quia igiṫ intentio auerro. nō ſatis bn̄ cōſtat, ⁊ expōnes alioꝝ non conueniant ꝓceſſui Ariſt. cum in ꝓceſſu libri nec agit de diuino intellectu nec dianoetico. ¶ Ideo dicamus apud grecos trifariā intellectum dici dianoeticum, noeticum, ⁊ penitus abiunctum, ac ſeparatū. Dianoeticus intell's eſt v̄tus anime ſenſitiue humane que venit ex ſemine, que dr̄ dianoetica virtus. quia per cōpoſitionē, vt ſepe dictum eſt, eſt intellectualis, hunc dianoeticuʒ intellectū. Simplicius appellat intellectū participantē, qr participando intellectū noeticum cum eo efficit humanā animā, que eſt hoīs entelechia, vt diximus, ⁊ dicemus poſtea. Intellectꝰ v̄o omnino abiunctus atq̄ʒ ſeparatus ab eodē dr̄ intell's impꝛticipatꝰ. Ab Alexādro v̄o Themiſtio, ⁊ Auer. diciṫ intell'us agens, qui fortaſſe ē diuinus intellectus: vt poſtea diſputabimus: diciturq̄ʒ ab ipſo Jamblico imparticipatus, ꝙ nullius ſit pars, cum penitus abiunctus in ſe manet. Noeticus v̄o intellectus, queʒ ꝑticipatum appellant, qr eo participās dianoetica: conſtituiṫ aīa intellectiua, theoreticus, ac epiſtemonicus, hoc eſt cognoſcitiuus, ac ſcientificus, idē ⁊ practicus, ⁊ doxaſticus, ac phroniticus, hoc eſt opinarius, operatiuus ac ſapiens, ſiue prudens. nā prudentia, opinio, cōſiliū, ⁊ ſapientia ad praxim ſpectāt. 6° Ethicoꝝ. Utrū v̄o hic intell's diuidaṫ per poſſibilē ⁊ agentem, poſtea videbimus. His declaratis, dico ꝙ Ariſto. ꝑ eaʒ aīe parteʒ, qua aīa cognoſcit, ⁊ ſapit, intelligit intellectū noeticuʒ, qui nec eſt diuinus intellectus, nec dianoeticus, ſed is, quo, qr ipſe ſimul eſt practicus ⁊ theoreticus, aīa cognoſcit cōtēplādo, ⁊ ſapit prudentia vtendo. Per hunc enim anima eſt intellectiua, ⁊ per hūc homo eſt ſciēs, ⁊ prudens, ac intellectiuus ⁊ rōnalis, per hūc homo eſt homo. Unde dicit. De parte aūt aīe, qua ⁊ cognoſcit aīa, ⁊ ſapit, ſiue hec pars ſit ſeparabilis: ſiue nō ſeparabilis ſm̄ magnitudinē. Sed rōne, cōſideranda ſunt duo. primū videlicet quā hʒ dr̄iaʒ. 2ᵐ, ⁊ quo modo qdeʒ ſit ipſum intelligere, in qbus v̄bis innuit eſſe tres qōnes, q̄ fieri ſolent de parte ipſa aīe qua aīa cognoſcit, ⁊ ſapit. Prima, vtrū hec ſit ſeꝑabilis ſm̄ magnitudinē, an nō. Scd̄a qd̄ eſt, quā dr̄iam habeat hec pars. Tertia qūo ſit ipſum intelligere. harū queſtionū vnā vult eſſe pretereundā. vʒ. vtrum hec aīe pars ſit ſeparabilis ſm̄ magnitudinē, vel ne. Duas ꝓponiṫ velle ꝑtractare. vʒ. quam dr̄iam habeat: ⁊ qūo quidem ſit ipſum intelligere. ¶ Sed dubitaṫ, de p̄termiſſa hac qōne, qm̄ in proceſſu diſſoluit illā qōnē: rōne enim Anaxagore ꝓbabit intell'm eſſe a magnitudine ſeparatū. ergo eam qōnē non pretermittit. Auerroes innuit rn̄ſionē ꝙ ꝑ ſeparabilē ſm̄ magnitudinē intelligit Ariſto. ſeparabilem ſm̄ ſubm̄. Cuius contrariuʒ dixit Plato in Timeo, vbi voluit hāc aīe partem eſſe ſubiecto ſeparatā ab alijs, qr Plato poſuit ſenſitiuā i corde. hāc partem in cerebro, vegetatiuā in hepate. Uult igiṫ hāc qōnem eſſe pretereundā, qr ſiue hec aīe pars ſit ab alijs ſeparata ſubiecto, vt Plato dixit, ſiue non ſeparata ſubiecto: ſed ratione tm̄ ad ſciendam dr̄iam intellectus, ⁊ quomodo ſit ipſum intelligere nō refert. Preterea. Nec eſt necīa ad ſciēdū, an intell's ſit virtus paſſiua, an actiua. ¶ Fortaſſe nō ꝑꝑ has cās qōnē illā nūc Ariſt. pretermittit, ſed qm̄ inprimo ⁊ 2° huius diligēter illam refutauit, ideo nūc proponit illas duas, nō curans de illa tertia, cū diligenter alibi ſit diſputata: eſt eniʒ ꝓbatū, ꝙ hec ꝑs aīe nō eſt in determinata parte corꝑis. ¶ Quo v̄o ad verba attinet, dicit [Qua cognoſcit, ⁊ phroni] hoc eſt, prudens eſt, qr pars aīe, de qua agere ꝓponit, eſt intell's, quo aīa ipſa cognoſcit ſpeculatiue, ⁊ prudens, ⁊ practice. Eodē enim intellectu aīa cōtēplatur, ⁊ prudēs eſt, ſiue ſapit, qr eodē itellectu aīa theoretice, ⁊ practice opatur, Dicit aūt hoc dans intelligeṙ, ꝙ de alijs partibus aīe egit in 2°, vt de vegetatiua, ⁊ ſenſitiua: nūc vero de intellectiua agendū eſt, poſt q̄ʒ vltimo agit de motiua parte. Hic eniʒ ordo eſt, quē propoſuit in ſcd̄o, ⁊ dixit. [Qua aīa cognoſcit ⁊ ſapit.] ⁊ nō qua hō: vt notaret nō mō hoīem ꝑ aīaʒ intelligere, vt dictū eſt ſcd̄o huius: ſed etiā animā, ⁊ hominem ꝑ intellectū intelligere. Dixit etiā [Quā hʒ dr̄iaʒ.] ſcʒ vt Themiſtius, ⁊ Auer. ait a ceteris anime virtutibus: ſenſitiuis. vʒ. ⁊ alijs. Vel (vt mihi vr̄) quam dr̄iam hʒ, id eſt qua dr̄ia diuidiṫ, qr declarabiṫ partē hāc diuidi in duplicē intell'm. ſ. agentē, ⁊ patientē, in practicū, ⁊ theoreticū. nam hoc exequeṫ in ꝓceſſu, vt videbiṫ. Dixit etiā [Et qūo qdeʒ ſit ipſuʒ intelligere,] qr nō parua queſtio eſt, an fiat, vt actiones vel paſſiones nāles gn̄antur, que fiunt corporaliter ⁊ organice, an fiat per modum reminiſcentie, vt Plato dixit in Menone vel fiat de nouo, vt Ariſto. autumat. an fiat ꝑ modum paſſionis, an per modum actionis.

*[Margin: Dein intētiōe lib. — Prima. — 2ª pō. — 3ª pō. — q̄ auer. — Propa ſol'. — Verba ꝯſi'. — Propa expō. — Idē eſt apd̄ alexan. — tres. q. — Dubō d̄ p̄termiſſa q. — Rᶜ auerroes.]*

*[Margin: Q ō. an itell's ſit pars. — T. c. 23.]*

¶ Queſiuimus in collectaneis: vtrū intell'us qua anima cognoſcit, ⁊ ſapit, ſit ꝑs anime intellectiue, que eſt entelechia ac forma hoīs. Hec enim queſtio nō modo apud Expoſitores fuit diſputata, ſed apud veteres. Democritus eniʒ, vt refert Ariſto. in huius libri primo, opinaṫ intellectum, ſiue mentē eſſe aīaʒ, nō aūt aīe partē. Anaxagoras vero non ſibi ipſi ꝯſtās, aliqn̄ mentē aīam dicit, aliqn̄ eā dicit aīe parteʒ. ¶ Greci dixerūt intell'm eſſe ab aīa paticipatum: nō tm̄ eſſe aīe partē: ⁊ qdē nō abſ rōne quia ois pars eſt aut minor aut impfectior ſuo toto. At itell's vel eſt ꝑfectior aīa rōnali vel nō imperfectior. Hoc argumēto finxerunt aīam intellectualē eſſe collectiue intell'm, ⁊ dianoeam: non tm̄ intell'm eē aīe rationalis partē. ¶ Sed hec expoſitio videṫ directe cōtra Ariſto. v̄ba, q intell'm appellat aīe partē: qua. ſ. aīa ipſa cognoſcit, ⁊ ſapit. ¶ In collectaneis v̄o diximus itell'm agentem ⁊ po'lem eſſe intellectiue aīe partes ſm̄ Auer. nō qdeʒ integrales, vel eſſentiales, ſed ꝑfectionales. nā intell'u agente intellectiua aīa deo appropinquat: poſſibili vero intell'u ab illo recedit. Verū dubiū eſt apud auer. vtrū idē ſit intellectiua ⁊ rōnalis aīa, qr in ſcd̄o diximus rōnalem aīam ꝯſtare ex intellectiua aīa, ⁊ ex ſenſitiua de mente eius: intellectiuaʒ v̄o ſoluʒ ex intellectibus. ¶ Sed hec ſol'o falſa eſt quouis modo intelligaṫ: vt poſtea dicemus. ¶ Simplicius (vt mihi videṫ nūc) autumat intellectū eſſe aīe rōnalis partem, vt ſcd̄o huius dictū eſt: verū duplex eſt pars, altera eſt, cū alia faciens 3ᵐ diſtinctū, ⁊ quaſi reſultans a ꝑtibus ſimul ſumptis: ⁊ hoc pacto intell's nō eſt aīe pars, qr eſſet aīa imperfectior vel minor. Quedā v̄o, que cū alia facit totū: nō tm̄ 3ᵐ ex illis reſultās: ⁊ hoc pacto intell's pōt intelligi ſm̄ euʒ aīe pars, quatenus ex ꝑte deducta ex ſemine, ⁊ ipſo, vr̄ fieri dianoetica aīa, que dr̄ rōnalis, ⁊ intellectiua. ¶ Sed qm̄ oēs he opiniones ſcd̄o huius ſunt reprobate, pro veritate accipiamus, ꝙ v̄tus aīe ab ariſtotele dr̄ pars aīe: ⁊ principium aīe, vt ꝑmo huius, ⁊ 2° huius nō ſemel notauimus. ergo ꝑ partē aīe, qua aīa cognoſcit, ⁊ ſapit, ariſtoteles virtutem aīe intelligit, que eſt pars poteſtatiua anime. Conſonāt aūt expoſitio verbis, quia proponit dicere de, τὸ μόριον, hoc eſt parua particula nā virtus rei eſt parua rei pars: veluti ſol eſt parua mundi pars, lʒ excellentior, vt inquit Philoponus. Qr autē intelligat, in proſecutione videbitur. ¶ Animaduerte tamen in collectaneis nos dixiſſe de mēte Simplicij intentionē ariſtotelis, hic eſſe de anima rationali, que eſt pars aīe humane, cum in greco eum non viderim tunc. At poſt q̄ʒ eum legi in proprio fonte: reperi eum opinari, vt dictū eſt, ⁊ non, vt in collectaneis dixi.

*[Margin: Iamblici pō. — Refuᶜ. — Poſitio auer. — Refuᶜ. — Poſitio Simpl'. — Rᶜ Philoponi ⁊ Ammonij in h̄ loco.]*

**¶ Si igiṫ ipʒ itelligē ſit vt ſentire: aut pati qd̄dā erit ab ipo itelligibili / aut aliqd aliđ tale.**

**¶ Si igiṫ eſt intelligere ſicut ſentire: aut pati erit qm̄ aliqd vtiq̄ʒ ab itellegibili: aut aliqd huiuſmodi alterum.**

*[Margin: Argyr. — T. c. 2.]*

¶ Duo ꝓpoſuit circa intell'm po'lem tractare. ſ. quo qdē pacto ab imaginatione, ⁊ ſenſu diſcrepet, ⁊ quo modo intelligere fiat. i. in quo gn̄e ſit, ⁊ que dr̄ia conſtituaṫ. Exequitur igitur ⁊ nūc de 2° tanq̄ʒ a notiori. eſt enī nobis notior opō q̄ʒ eſſentia, vt ſepius diximus in huius libri 2°. ¶ Incepit autē ⁊ hoc a qōne, ⁊ ꝑ̊ accepit qd̄ famoſum eſt, ⁊ inqt. Si pro qr, intelligere eſt ſicut ſentire: ideo ambigent dicentes: ⁊ querētes, qd nā intelligere, aut. ſ. pati aliqd vtiq̄ʒ erit ab intelligibili, aut aliqd hmōi alteꝝ. Hec igiṫ eſt queſtio, que primo aſpectu de ipſius intelligere gn̄e occurrit. ¶ Et hāc expoſitioneʒ Auer. dedit, vt in expōne cōmenti apparebit. nec hic hypotheticā apponit: cuius ꝯn̄s vel aн̄s deſtruat. vt multi credunt: ſed totum hoc dixit: vt. q. moueret circa 2ᵐ propoſitorū in principio, lʒ Themiſtius, Simplicius, ⁊ Expoſitor antiquus credant hic hypotheticam ponere, vt illi de quo nihil aliud. vide eos.

*[Margin: Collectanea t. c. 1.]*

**Cū narrauit ꝙ principia.** ¶ Auerrois primo propo nit intentionē duplicē. ſ. in gn̄ali ⁊ in ſpeciali. 2ª ibi. [Dicamus igiṫ.] Proſeqṫ. In ꝑ̊ª ponēs intētionē in gn̄ali, reca-

*[Margin: Cō. 2.]*

pitulat ꝓpoſita, ⁊ inquit: cũ narrauit ꝙ ꝑnᵐ pſcrutationis de ſub̃a.i. diffõne: ⁊ eſſentia huius v̾tutis, ſ. intell's eſt ꝑ ſcrutari de gñe huius actionis: que eſt formare ꝑ intell'm.i. intelligere, an ſit in capl'o paſſionis, an actionis, que intentio ē ſcire genus: qđ eſt ante diffõẽ: incepit ꝑ dubitare in hoc vtrũ formare ꝑ intell'm ſit de virtutib⁹ paſſiuis: ſicut eſt ſenſus, aut de actiuis. ecce quõ Auer. vult Ari. nõ arguere: ſed ambigere: queadmodũ nos expoſuimus l'ram. ❡ Hui⁹.q. vtilitas hec eſt, qm̃ aliq̃ eſtimarũt itelligere eſſe agere, vt Empedo. ꝙ intelligere potius opationẽ ad ex̃ trãſmiſſaꝫ dicit q̃ꝫ intus imiſſam. Amplius ⁊ Plato intelligere nec agere nec pati ait. Alij dicũt intelligere eſſe in pati ꝯſiſtẽs/ vt ꝑipatetici, ideo ſcrutatio hec digna eſt hoc loco, ac vtilis nõ parũ. ❡ Et ſi eſt.] Nũc intẽtionẽ amplius ꝯbit, ⁊ in ſpãli querit, ⁊ hãc ꝑtẽ qdã ſic inducũt, ⁊ ſi eſt de paſſiuis.i. ſi genus intellectionis eſt pati, erit adhuc.q. vtruꝫ eſt paſſiuũ: ꝓpter h̾ ꝙ eſt mãle quoquo modo ⁊ miſtũ cũ corpe.i. v̾tus in corpore, ſicut ſenſus eſt paſſiuus. dicũt ꝙ vult dicere vtrũ diã eius erit paſſio corruptiua ⁊ tranſmutabilis, aut nullo° eſt paſſiuus, q͛ nõ eſt mãle, neqꝫ miſtũ cũ corpe oino, ſed de intẽtione paſſionis tm̃ hꝫ receptionẽ. Erit ergo intẽtio (vt dicũt) ipſius q̃rere an intelligere ſit in gñe paſſionis, aut actionis. Et ſi in gñe paſſionis, adhuc an ſit paſſio corruptiua ⁊ trãſmutabilis, an receptiua tm̃ ⁊ perfectiua, ⁊ ſic ego auer. intelligere ſolitus erã. ❡ Sꝫ hec expoſitio ariſt. ⁊ auer. diminutionẽ notat. De itelligere.n. ipſo 3ᵃ cõtingit ambigẽ, an.ſ. pati: vel agere ſit. Scđo an pati corruptiue, an ꝑfectiue. Tertio an organicũ.i. mediãte aliquo organo: vl' nõ, ⁊ h̾ 3ᵃ ꝓſequeᷣ ariſto. ⁊ auer. de ipſo intelligere. Si igiᷣ hec 3ᵃ ariſt. de intelligere exeqᷣ, decet ⁊ ipſa preponẽ in intẽtione dicẽdoꝝ: ⁊ iđ meli⁹ illa duo ꝑma intelligit auer. cũ inqt, vtꝝ formare ꝑ intell'm ſit de v̾tutibus paſſiuis: ſicut ſenſus.i. in gñe paſſionis, ⁊ eius: qualis eſt paſſio ſenſus.ſ. ꝑfectiua, ⁊ 3ᵃᵐ intentionẽ intelligit, ibi [Et ſi eſt de paſſiuis.] Et tunc erit tota itẽtio equalis executioni. ❡ Deinde ibi [Dicam⁹ igiᷣ.] Proſeqᷣ: ⁊ format.q. accipiẽs qđ ꝑ aſpectũ ꝯſtat.d. Dicimus igiᷣ ꝙ ſi poſuerimus ꝙ formare ꝑ itell'm eſt, ſicut ſentire, ita ꝙ hoc ſit ⁊ poſitũ, ⁊ famoſum. hoc.ſ. pacto intelligẽdo ꝙ ſit ex virtutib⁹ paſſiuis, adeo ꝙ ꝑᵃ v̾tus intellectiua.ſ. intell's paſſibilis q̃ ꝑᵃ eſt ortu in nobis, recipiat intellecta, ⁊ cõprehẽdat ea, queadmodũ v̾tus ſentiẽs recipit ſenſilia, ⁊ cõprehẽdit ea, tũc dubitãdo queret qſpiã.d. neceſſe eſt alterũ duoꝝ, aut vt accidat ei aliq̃ trãſmutatio, ⁊ paſſio ab intellecto ſilis paſſioni, ⁊ tranſmutationi: que accidit ſenſui a ſenſato, eo q͛ ꝑfectio ſenſus eſt virt⁹ in corpe. vult dicere, aut ꝙ ſit paſſio corruptiua ſui ſubti aut vt nõ accidat ei trãſmutatio ſilis trãſmutationi ſenſus, ⁊ paſſioni eius a ſenſato, q͛ ꝑᵃ ꝑfectio intell's nõ eſt v̾tus in corpe, imo nõ accidat ei oio, ſꝫ ſolũ aſſilaᷣ ſenſui i receptiõe, q͛ nõ ē v̾t⁹ i corpore. ⁊ ſic appet.q. quã diſſoluẽdã ꝓponit. ❡ Debes ſcire auer. ꝑ v̾tutẽ in corpe itelligẽ formã ꝯſtitutã in eẽ, ⁊ in cõſeruari a mã, vt ait ꝑ phyſice auſcultatiõis, ⁊ 8° eiuſdẽ ⁊ alibi, ⁊ cõis ē formis ſimpliciũ ⁊ miſtorũ. ꝑ miſtũ cũ mã itell'u formaꝫ eductã a mã mediante miſtione: ⁊ ſic ſpãlior ē q̃ꝫ ꝑᵃ.

Cõ. vlt° ⁊.78. ⁊ 79.

❡ Inter antiquos ergo qdã itell'm po'lẽm dixerunt formam alicuius el'nti, vt Hyparcus.d. ignẽ Anaximenes terti⁹ ab illo Thalete Anaximãdri diſcipula dicit aerẽ. Chilon lacedemonius dixit eũ vaporẽ eẽ frigidũ. Periãder corinthi⁹ dicit vaporẽ calidũ, ⁊ alij plures. ❡ Alij ſunt q ipſum miſtionis formã aiunt. Dicearchus, xenofanes. Boetus, epicurus, Alex. ꝑipateticus, ⁊ alij plures: iđ Auerro. ambigit vtroquoqꝫ. ❡ Sed Auer. ⁊ Ariſt. ſupponũt intelligere, ⁊ intell'm po'lẽm eſſe in gñe paſſionis, ⁊ querunt in quo mõ, iđ ambigũt ⁊ recte quo argumẽto poſſit hõ certificari, ꝙ intelligere pati, ⁊ intell's paſſiuus ſit. ❡ Circa.q. hãc Plato, ⁊ oẽs ſectatores ei⁹ pariter ac ꝯcorditer dixere intelligere, nec pati eẽ, nec aliquẽ eẽ intell'm paſſiuũ, quiſi anime rõnalis pars. intell'm.n. participatũ: quẽ ponũt, ꝓculdubio nec actiuus/ nec paſſiuus eſt ab intelligibili. eſt.n. locus (vt diximus) diuinorũ intelligibiliũ/ quo aia rõnalis ad ſua conuertitur ꝑnᵃ. Rõnẽ v° ab intell'u fluẽtẽ minimũ intell'm ponũt aliquã iſtorũ ꝑ ꝑ eãdẽ cãꝫ. Erit ergo rõnalis aia eſſentia pura: hñs in ſe loca itelligibiliũ, ⁊ formaꝝ diuerſa ſm modũ/ ſꝫ nõ ſm reꝫ, vt puto intelligere. ergo nec pati eſt/ nec intellectus patibilis erit.

Põ Platonicoꝝ

❡ Pro põne hac faciunt ⁊ rões: ꝑma nulla ſub̃a ſimplex, cuius eſſe ⁊ eſſentia ſunt idẽ, ſm rẽ patitur, vel agit paſſione, vel actione ente in ea. hec ē famoſa, ⁊ nullus negat. Sꝫ rõnalis aia eſt ſimplex, cuius eſſe ⁊ eſſentia idẽ vt Plotinus probat in lib. de volũtate dei, ⁊ Auer. in hoc 3° ait eẽ infimã intelligẽtiaꝝ: mõ in qualibet intelligẽtia eẽ, ⁊ eẽntia idẽ ſũt, vt declarabiᷣ in cõmẽtl noni expõne.

Cõ.19.

❡ Amplius nulla forma ſimplex ſepata a mã recipit vl' patiᷣ ab aliq̃ extrinſeco hãc auer. in lib. deſtructio deſtruc. ponit, Inqt.n. bñ dicim⁹, ꝙ manifeſte apparet ex pꝫoꝝ ꝯnib⁹ ꝙ ens incorporeũ eſt in ſe pura ſcia tm̃. Ipſi.n. opinãtur ꝙ forme ſunt inſciẽtes, ꝑut cõſiſtũt in mã, ⁊ ſi forte inueniretur aliqd in mã nõ cõſiſtẽs, manifeſtũ eſt ꝙ eſt pura ſcia. Et tu vide ibidẽ: qm̃ loqᷣ ⁊ de intell'u nr̃o.

In diſputatõe 6' i ſol' dubij.2.

Sꝫ rõnalis aia eſt forma ſimplex ſepata a mã, vt Plotinus teſtaᷣ in lib. de aie imortalitate, ⁊ in lib. de btitudine ſignauit.d. aiam non eẽ cõpoſiti ꝑtẽ, teſtatur ipſa ei⁹ a corpe ſepatio. ❡ Rurſuꝫ forma que nõ eſt in mã, nõ patiᷣ/ nec eſſential'r, nec accñtaliter. hãc ſcripſit ⁊ auer. 9. Sap̃.d. Et iđ forme: q̃ nõ ſunt in mã, non patiunᷣ/ nec eſſential'r/ nec accñtal'r.

Cõ.2.

Erit g̃ maior nulla forma ſepata a mã patiᷣ eẽntial'r, vel accñtal'r: ſed aia rõnalis forma eſt ſepata a mã. ergo non patiᷣ eſſential'r vel accñtal'r. g̃ nõ paſſiua, nec ei⁹ opatio erit paſſio. ❡ Adhuc nullum agẽs eternũ agit actionẽ nouam imediate, vt auer. delarat in 8° phyſice auſcultationis. g̃ nec patiẽs eternũ pati dꝫ paſſione noua: ⁊ ꝑ ꝯſequens intelligere non erit pati, nec intell's virtus paſſiua.

Cõ.15.

❡ Itẽ nulla natura cõpleta in ſpecie, ac perfecta vna in ſua ſpẽ, oritur priuata perfectione ſibi poſi: ſic ꝙ rem recipiat ab altero alterius gñis ⁊ ſpeciei, ⁊ hec eſt nec̃ia: aliter daretur natural'r impfectuꝫ, ſed rationalis aia huiuſmodi. ergo ⁊ cõpleta erit ⁊ i eẽntia, ⁊ operatione. ❡ Preterea. Quecunqꝫ ſunt vnius ſpẽi, ſunt vni⁹ ⁊ eẽntialis proprietatis. Et hec intelligiᷣ tã in vniuocis q̃ꝫ in analogis, vt auer. dicit in ſũma libri Metheororuꝫ. ſed oẽs intelligẽtie ſunt vnius ſpẽi, vt auer. teſtaᷣ 2° celi. ergo qcqd competit vni eorũ ⁊ oibus. ⁊ ſic ſicut intelligẽtie mouenti orbem nõ cõpetit pati ab intelligibili/ nec ⁊ rõnali competet.

Capite de cõmẽta.
Cõ.59.

❡ Poſt hec arguiᷣ argumentis Ioannis in.q. ſecunda huius. ❡ Et ꝑmo agẽs ⁊ patiens cõicant in mã: vt Ariſto. ait in primo perigeneſeos, ⁊ auer exponit id.

Cõ.54.

❡ Amplius virtus actiua nobilior eſt paſſiua, vt poſt dicemus in expoſitione cõmẽti. 19. ❡ Rurſum omne quod patitur mouetur. vt dictũ eſt in. 3. auſcultatiõis phyſice. hec forte eẽ pñt argumẽta pro platonicis.

Cõ.19.
Põ peripateticorum.

❡ Conuenerunt peripatetici ꝙ ſit aliquis intell's paſſiuus: qui patitur ab ipſo intelligibili, queadmodum patitur, ⁊ ſenſus a ſenſili: ⁊ ſic erit ⁊ intell's paſſiuus, ⁊ intellectio paſſio erit quedam. ❡ Sunt eniꝫ (vt Simpl'. dicit hic, ⁊ Auerro. ⁊ Them̃. alibi) intell's tres, ac tria intelligere. Eſt enim intell'us ꝑtãte: qñ.ſ. imperfect⁹ ac ꝑuatus eſt ipſo itelligibili: ⁊ hic intell's poſſibilis/ ſiue paſſiuus, vel mãlis dr̃. eſt ⁊ itell's agẽs: q actus eſt ſicut habit⁹, ⁊ lumẽ, vt Ariſt. dicit, ⁊ h̾ aia in ſub̃as ꝯuertiᷣ diuinas. vt dicemus. tertius eſt itellectus ꝑfectus itelligibilib⁹. Erunt ergo ⁊ tria intelligere.ſ. itell's poſis, ⁊ itell's agẽtis, ⁊ intellect⁹ perfecti. Intelligẽ g̃: qđ pati eſt, intelligẽ ē itell's poſis ⁊ nõ agẽtis ⁊ ꝑfecti. Intelligere.n. ꝑfecti: quo intelligit ſe, nõ eſt pati, vt dicemus. Erit ergo intelligere pati, ⁊ intell'us qdã poſis ⁊ receptiuus ſm peripateticos. itell's ergo agẽs nõ ſilis eſt ſenſui, ſꝫ magis aeri ⁊ lumini ſm Ariſto. vel ſoli ſm Platonẽ, vt Them̃. inqt. Intellectus quoqꝫ ꝑfectus nõ





ſilis eſt ſenſui, ſed habitui. Ille enim põt agere ꝑ ſeipſuꝫ, ⁊ ſeipſum intelligere potẽs. ſenſus nõ põt abſqꝫ pñtia ſenſiliũ, nec ſuipſius eſt cognoſcitiu⁹. Intelligere ergo, qđ ſil'e ē ad ipſuꝫ ſentire, eſt intelligere intell's poſſibilis. ❡ Sed an ſit iſte intell's poſſibilis apud Ari. nõ dubitamus, ſed ſoluꝫ quo argumẽto id cõuinci poſſit ambigimus.

Expoſitor.

❡ Expoſitor antiquus hac in ꝑte ſic ſyllogizaᷣ, id: qđ ſicut ſenſus, qñqꝫ in actu, qñqꝫ in potẽtia: ita reſpectu intelligibiliũ: ⁊ intell's erit. Ergo ⁊ hoc argumẽto ſciemus intellectũ eſſe paſſiuũ. ❡ Sed pace ſua, hec ꝓbatio patiᷣ obiectionẽ. agentia eniꝫ hic, qñqꝫ ſunt in actu: qñqꝫ v° in poᵃ reſpectu agẽtiuꝫ celeſtium, vt Auer. dicit in. 12. metaᶜᵉ, ⁊ 8° phyſice auſcultationis. ⁊ tñ non dñr paſſiua: ſed agentia tm̃. Amplius intell'us agẽs: qñqꝫ eſt in actu: qñqꝫ in poᵃ ad actionem, vt Auer. in huius 3°. ⁊ tñ nõ dr̃ paſſiuus.

Cõ.34.
Cõ.46.
⁊.47.
Cõ.18.
Ioan.

❡ Ioan. dedit ⁊ alterã rõnẽ in.q. 2ᵃ. ⁊ põt ſic cõponi, oĩs v̾tus, cui⁹ opatio manet in ipſa, ⁊ ẽget aliquo extrinſeco pñti ꝓ illa actione, eſt virt⁹ paſſiua: ⁊ moueᷣ ab illo. ⁊ hãc declarat Ioã. ⁊ pꝫ, ſed intell's ē virtus hmõi, vt Ioã. oſtẽdit. ⁊ h̾ pacto põt ꝯcludi apud euꝫ intell'm aliquẽ eſſe paſſiuũ, ⁊ intelligere pati. ❡ Sed circa hanc obijciᷣ ⁊ adhuc, qm̃ vel Ioã. ſupponit itelligere eſſe receptũ ab intell'u/ ꝓ tũc: cũ pñs eſt phantaſma, vel ſupponit phãtaſma eſſe nec̃ium ad itelligere nr̃ꝫ/ ſiue ſit nouũ/ ſiue nõ. ſi ꝑmo mõ/ petit ꝑnᵐ ⁊ Plato ⁊ ſequaces dicũt oppoſitũ. Si 2° rõ nulla eſt: qm̃ actio antiq̃ nõ dependet ab agẽte nouo. ergo rõ hec falſa eſt.

Põ ꝑꝑa

❡ Vꝫ g̃ mihi ꝙ ꝑipatetici hñt duo accipe/ ꝙ itelligere ſit nouũ vel ſimpl'r ⁊ abſolute, vel cõparatione ad nos, vt dicemus. Et ſi hoc ſumptum eſt verũ, expoſitoris rõ eſt demõſtratiua, ſi ſic formeᷣ, oĩs virt⁹ q̃ qñqꝫ eſt in actu: qñqꝫ in potẽtia reſpectu opationis exiſtentis, ⁊ acq̃ſite in ea, eſt paſſiua. Hoc eniꝫ pacto demonſtraᷣ ⁊ mãm eſſe. Sed intell's aliqs eſt qñqꝫ in actu, ⁊ qñqꝫ in poᵃ reſpcũ opatiõis entis in eo, ⁊ acq̃ſite ſibi. ergo eſt virt⁹ paſſiua, ⁊ ſua opatio eſt paſſio. ⁊ h̾ pacto expoſitoris rõ põt cõpleri al'r nõ.

Cõ.57.

❡ Pro rñſione ad argumenta pati eſt duobus modis.ſ. corruptiue, ⁊ ꝑfectiue, vt 2° huius. ⁊ ꝑfectiue adhuc eſt dupl'r.ſ. ſubiectiue: eo pacto quo recipit ſpẽm ſenſibileꝫ receptiõe ſubiectiua: nõ tñ corruptiua. Et obitiue.i. cognitiue: nõ ſubitiue, ⁊ hec vocaᷣ receptio tm̃, ⁊ nõ ꝓprie eſt recipere formã, ſed ꝑfici a forma, vt ſuo loco latius declarabit. Primo ⁊ ſcđo mõ nõ patiᷣ itell's, ſed 3° mõ. ⁊ adhuc nõ in ſe: ſed reſpectu nr̃i, vt lati⁹ ſuo loco explicabiᷣ. ❡ Ad ꝑmã maior intelligiᷣ de receptiõe ꝑmo vel ſcđo mõ: nõ aũt 3° modo. Intelligentie enim poſteriores intelligũt primã, ⁊ recipiũt ꝑma 3° mõ receptionis. Ad 2ᵃᵐ, ⁊ 3ᵃᵐ, ⁊ 4ᵃᵐ ꝑ idẽ pꝫ ſol'o. Et ꝑ idẽ ad alias oẽs. ❡ Ad ꝑmã Ioannis ipſe ꝯcedit corp⁹ poſſe agere in itell'ꝫ actione ꝑfectiua/ tanq̃ꝫ in ſubiecto: nõ tñ ꝑmo mõ: ſꝫ ſcđo mõ, ⁊ actione noua. ❡ Sꝫ cõtra/ qm̃ vel phantaſma agit in intell'u paſſiuo virtute propria, vel virtute alterius. ſi virtute propria, ꝯtra, qm̃ nulluꝫ agens virtute ꝓpria, agit effectũ ſimpl'r, ⁊ abſolute preſtantiorẽ eo, nõ phantaſma ageret intentionẽ, vel ſpẽm intelligibileꝫ: quorũ quodlibet eſt preſtantius eo, ſi v̾tute alteri⁹, ꝯtra, virtus ſeparata a corpore nõ põt agere in corpus/ nec virtue propria/ nec virtute alterius. ergo nec virtus corpalis. econtra in ſub̃aꝫ ſeparatam agere põt/ nec virtute propria/ nec alterius. ❡ Ideo dõm vt prius phãtaſma nõ agere, ſad diſponere nos pro continuatione intell's quo intelligamus. ❡ Ad 2ᵃᵐ Ioã. dat multas ſol'. ⁊ tãdẽ in duobus ſe remiſit vltimis ⁊ male. Prima enim ⁊ 2ᵃ conceſſis amoueᷣ nec̃itas intellectus agẽtis, vt pꝫ cuilibet. ❡ Amplius ſi. preſtantius altero, cuius opatio eſt preſtantior: ſed operatio phantaſians, que eſt agere, nobilior eſt opatione intellectus poſis: que eſt pati, vt Io. dicit. ergo ⁊ phantaſma nobilius erit intell'u, ꝯ primã rñſionẽ. Cõtra 2ᵃᵐ nõ arguo, qm̃ manifeſte eſt falſitatis. ❡ Vltimam bene ſoluit, vide.

COMMENTARIVM.



Quo de ea aie ꝑtes qua ipſa cognoſcit ⁊ ſapit: ꝑtractare ꝓpoſuit. ꝑᵐ quaꝫ hꝫ diãꝫ. 2ᵐ quonã modo fiat ipſum intelligere. Exequiᷣ ergo nunc de ſcđo prius. Primo qdẽ ꝓpter Platonicos/ q intelligere, ſcire ⁊ ſentire intrinſecus proficiſci autumant. Peripatetici v° ab obiectis, rebuſqꝫ ipſis ſenſibilibus. Scđo v° ꝙ in doctrina proficiſcẽdi ordo ſit ab actibus. Cũ enim ſcitur ipſum intelligere, facile ſcietur intell'us diã, ⁊ qua differt a ſenſibus, ⁊ qua diuidiᷣ. Tertio deniqꝫ q͛ ex ipſo itelligere deprehẽdeᷣ genus ipſius intell's q̃ eſt v̾tus paſſiua, nã cognitio gñis ꝑcedit cognitionẽ diẽ. His ergo de cãis, Ariſto. prius de 2° exequitur, deinceps de primo. Hec de ordine.

Expõ Auer.

❡ Quo vero ad expoſitionẽ attinet, debes ſcire Auer. intelligere textuꝫ al'r q̃ꝫ alij intelligant. Arbitraᷣ enim Ariſto. mouere.q. de gñe ipſius intelligere, quo ſit, vt v̾ba ſic legaᷣ. Si igiᷣ ipꝫ intelligere ſit, vt ſentire: emergit qđ, an ipſum intelligere ſit quoddã pati ab ipſo intelligibili/ an aliquid aliud tale. Eſt enim queſtio rationi conſona. nam ſi intelligere eſt, vt ſentire, accidet qñqꝫ ipſum intell'm corrũpi ab excellenti intelligibili, veluti ſenſus ab excellenti ſenſibili. Sin auteꝫ ſit aliquid aliud tale, nõ vĩ qua rõne ipſuꝫ intelligere ſit ipſi ſentire ſil'e. Queſtio ergo hec nõ ab rõne eſſe vĩ. Et tũc iux ta, hãc expoſitionẽ verbũ aut, quod grece eſt ὅτι, dꝫ legi ꝓ an qđ eſſe ſolet interdũ dubõnis, interdũ ſol'onis nota. Si igitur (inqt) intelligere eſt ſicut ſentire, vt nũc ſupponiᷣ: an ipſum intelligere erit pati, vt ꝑma fronte apparet: qm̃ eſt recipere aliquid ab ipſo intelligibili. verbũ. [qm̃] eſt grece ὅτι, vbi in greco reddit cãm. quaſi dicat intelligere videri eſſe pati, qm̃ eſt pati aliquid ab intelligibili, an videlicet erit aliquid aliđ tale, hec de qõne Auer. que expoſitio nõ vĩ remota a ratione.

Cõis expoſitio.

❡ Themiſtius vero, ⁊ Simplicius voluerũt ꝙ Ariſtoteles volens ſoluere ſcđam.q. ꝑ ꝯſtituit ſibi vnaꝫ ſuppoſitionẽ, vt ex illa ad intẽtum proficiſcaᷣ. Eſt aũt ſuppoſitio/ ꝙ intelligere eſt ſil'e ipſi ſentire. Non tñ hanc ſuppoſitionẽ ꝓbat/ ſed Themiſtius doctiſſimus experiᷣ probare. nã vtroqꝫ gñe.i. tam per ſentire: q̃ꝫ per intelligere aĩa cognoſcere, ⁊ iudicare dꝫ. ergo intelligere eſt ſil'e ipſi ſentire. Preterea. Alia ſilitudo eſt, ꝙ ⁊ ſentire ⁊ intelligere ē cognoſcere. Tertia ꝙ vtrũqꝫ ſit de potẽtia ad actũ. Ex hac ſibi conſtituta ſuppõne infert quale ſit ip̃m intelligere, dicẽs ipſuꝫ eſſe aut pati, hoc eſt alterari ab ipſo intelligibili, vel ſi nõ eſt alterari ꝓprie, erit aliquid aliđ tale: hoc eſt pati equiuoce dictũ/ qđ eſt dicere pati ꝑfectiue, ⁊ nõ pati obiectione cõtrarij.

Quid ē ipſuꝫ intelligere

❡ Ex his diligi põt ipſius itelligere deffinitio. Erit enim intelligeee pati ab intelligibili perfectiue. poniᷣ pati perfectiue: loco gñis, q͛ in hoc conuenit cum ipſo ſentire, ⁊ ꝑ idẽ differt ab alterationibus corruptiuis, que fiunt abiectione cõtrarij. Ponitur aũt ab intelligibili loco differẽtie, q͛ per hoc differt ab ipſo ſentire: quod eſt pati a ſenſibili. Hec eſt cõmunis expoſitio, quam omnes approbant.

Queſtio

❡ Querimus in collectaneis, an rõne nãli poſſit probari ipſum intelligere eſſe pati, intellectũqꝫ ipſuꝫ, quo cognoſcimus, ⁊ ſapimus eſſe virtutẽ paſſiuã. Ariſt. eniꝫ ſumpſit ipꝫ intelligere eſſe ſicut ſentire: cuius cãm, vt diximus, Them̃. aſſignauit: ꝙ vtroqꝫ gñe anima ipſa iudicet, ⁊ cognoſcat. Poſtea ex hac ſuppoſitione infert ipſum intelligere eẽ in gñe paſſionis, ſaltẽ ꝑfectiue: veluti eſt ipſuꝫ ſentire/ nec aliquẽ inueni expoſitorũ grecorũ al'r vnq̃ꝫ reꝫ hãc ꝓbaſſe, nec Ariſto. inueni in aliquo loco aliqua alia ratione hanc concluſionem demonſtraſſe, ſed ſm Expoſitores vis rationis Ariſt. eſt hoc enthymema/ intelligere eſt, ſicut ſentire. ergo intelligere eſt pati ꝑfectiue. ❡ Modo q̃ꝫ leuis ſit hec ratio, multipliciter oſtẽditur. Primo enim dici põt ꝙ ipſuꝫ intelligere eſt ſimile ipſi ſentire/ non quo ad hoc qđ ſit pati, ſed quo ad hoc, ꝙ ſicut ſentire eſt iudicare de ſenſibili, ita intelligere iudicare de intelligibili, vt dixit Themi. nam multi voluerunt ip̃m intelligere fieri ꝑ eſſentiam intellectus, ⁊ ꝙ

nos intelligimus per eſſentiā intell'ꝰ, cū excitamur ab ipſis ſenſibilibꝰ, vt poſtea dicemus. Preterea. Platonici ꝯcedūt ſilitudinē: ſed aſſerunt/ nec ipꝫ intelligere/ nec ipſuꝫ ſentire eſſe pati: q2 vt Plotinus inq̄t, vt rōnes itelligibiles ſunt cuꝫ aīa cōcreate, ſic rōnes ſenſibiles ſīt cōcreate. ergo ſentimus nō recipiēdo ſpēs a ſenſibilibꝰ, ſed per ſpēs cōnatas ſentimus: ſenſibilibus extrinſecus excitātibus. ¶ Propter hec querit̄ vtrū ipſum intelligere ſit pati pfectiue: ita vt intellectio ſit perfectiua paſſio. Hec eni q̄ſtio eſt non leuis. ¶ Ubi

p̊ ꝯcl'o. primo dico ꝙ Auerroes, ⁊ quicūqꝫ tenent intellectū poſſibilem eſſe ſubām vtraqꝫ ex parte eternā, ſiue corpori aſſiſtētem, ſiue corpus informantē, ſiue vnuꝫ numero, ſiue multiplicatū. Si ipſum ponāt ſubſtātiaꝫ oīno ac vtraqꝫ ex parte eternā: nulla rōne demonſtratiua poſſunt ꝓbare ipſum intelligere eſſe nouā paſſionē ab intelligibili, nec ipſum intellectuꝫ de nouo pati ab ipſis ſenſibilibus: ⁊ per ꝯñs nec eſſe virtutē paſſiuā. Declaratur, q2 vbi intell'ꝰ ponit̄ ſubā omni ex parte eterna, erit vna ſubā ſimpl'r ſeparata hoc eſt nō dependens a corpore. Quā ꝯñtiaꝫ Auer. cōcedit in hoc ter-

Cō. 19. tio, ⁊ Plotinus in libro de dei voluntate. Modo nulla demonſtratiua rōne ꝓbari pōt intelligentias recipere ſpēs ab intelligibilibus: qnimmo phi aſſerunt illas hec intelligere p earū eēntias. ¶ Preterea. Si ponitur itell'ꝰ ſubā vtraqꝫ ex pte eterna: ponet̄ ſubā ſimplex ac pura. At non pōt demonſtratiua rōne ꝓbari puram ac ſimplicē ſbāꝫ moueri ac pati ab ipſis intelligibilibꝰ. Cū hec, vt Auer. inquit lib. deſtruc. deſtructuctionū diſputatione 6ᵃ ſol'. dubij ſcdi, ſubm

Cō. 15. accñtiū eſſe nō poſſit. ¶ Preterea. Nullā ſubm eternā peripatetici aſſerunt agere effectū nouū imediate, vt Auer. 8° phice auſcultationis inquit. ergo a fortiori ꝓbare nō poterunt ſubāꝫ eternā pati nouiter ab aliquo. ¶ Preterea. Phi ponūt ſubām vtraqꝫ ex parte eternā/ eē ſimpl'r cōpletaꝫ in ſpecie, at ſubāꝫ eternā cōpletam in ſpecie nō pñt ꝓbare demōſtratiua rōne pati nouiter ab intelligibilibus. ¶ Prete-

Cō. 49. rea. Oēs ſube ſeparate ſunt eiuſdē ſpēi: vt Auer. aſſerit libro de celo 2°. Igit̄ ſicut nō pōt probari rōne demonſtratiua ſubās mouentes ſtellas pati ab intelligibili: ſic nec ſubāꝫ intellectualē: q̄ eſt intell'ꝰ noſter. Preterea. Rōne nāli nō pt ꝓbari ſubām imālēꝫ pati ab intelligibili. ḡ nec intellectuꝫ.

2ᵃ ꝯcl'o. ¶ Scḋa cōcluſio, qui ponūt itellectiuā aīam eſſe factā cuꝫ oībꝰ ſpeciebus intelligibiliū/ ⁊ ſenſibiliū, illiſqꝫ plenam, vt Platonici poſuerūt, nō pñt ꝓbare ipſum intelligere vel ſentire eē pati vel paſſionem. Hec cōcluſio illico pſpicua eſt, q2 intelligere nō eſt pati, niſi pro quāto intellectio eſt receptio ſpēi ab intelligibili. Simil'r ſentire nō eſt pati, niſi ꝓ quāto eſt receptio ſpeciei ſenſibilis ab obiecto. Sꝫ iſte ſpecies cū ſint concreate/ non recipiuntur ab obiectis. ergo intelligere

3ᵃ ꝯcl'o. vel ſentire nō erit pati. ¶ Tertia concluſio qui ponunt intell'm agentē ⁊ intell'm poſſibilem eſſe vnū ꝭm rem/ ⁊ intellectū agentē eſſe formam: que ꝓducit oīa terrena/ ac omnia nālia, iſti non pñt ꝓbare intell'm pati ab intelligibilibus. pꝫ q2 intell'ꝰ agens ꝭm nullam opinionē patitur ab intelligi

4ᵃ ꝯcl'o ex dictis bili. ergo nec poſſibilis, cū ponat̄ idē cū agente. ¶ Ex his ſequit̄ ꝙ ſoli illi q aſſerunt intell'm eſſe productū, ⁊ nō ſubſtantiā cōpletā in ſua ſpecie, poſſunt probare intellectū eſſe virtutem paſſiuā, ⁊ intelligere ipſum eſſe paſſionē de nouo perfectiuā. ꝓbat̄, q2 ſi eſt ꝓductus, ⁊ nō eſt ſubſtantia completa in ſpecie, cum ꝓducitur, erit ꝓductus, vt virtus imp-

Ꝓma pō Thm̄. fecta ⁊ apta pfici: ⁊ ſic per intelligere pficiet̄. ¶ Ut vō res hec melius intelligat̄, debes ſcire ꝙ Themiſtius, qui voluit intellectū eſſe ſubām ſeparatam eternam vtraqꝫ ex parte/ ⁊ eſſe formam, que ꝓducit oīa nālia, dicit (vt poſtea videbit̄) ꝙ intellectus ipſe: qui ſimul eſt agens ⁊ poſſibilis: intelligit per eſſentiam ſuam oīa ea, quorū ipſe eſt per ſuam eſſentiā cauſa: ⁊ ſic intelligit oīa gñabilia, quorum ipſe eſt per eſſentiam cauſa, per eius eſſentiā, hoc eſt intelligēdo ſuam eſſentiam. nam cum eius eſſentia ſit ratio ꝓducendi illa oīa, erit ratio intelligēdi eadē. ergo intelligendo ſuam eēntiā, intelligit oīa illa, quorū illa eſt diſſilitudo cauſalis. Scḋo dicit, ꝙ nos intelligimus de nouo per eēntiā intellectus, nō ꝙ intellectus nobis copulatus de nouo recipiat ſpecies ab intelligibilibus: nō enim cū ſit intellectus agens recipit ab intelligibili aliq̄d: ſed de nouo nos intelligimus: p hoc ꝙ intellectus fit in nobis noua intellectio, fit aūt in nobis noua intellectio, q2 cū ipſe ſit per eſſentiam ſuam oīuꝫ itellectio, pt fieri in nobis noua intellectio mediantibus nouis phantaſmatibus nouiter in nobis factis. nā illis in nobis de nouo factis, intellectus copulatur de nouo nobis: ⁊ ſic per ipſuꝫ noua intellectione intelligimus. ¶ Utrū vō intellectus ꝭm Them̄. prius fiat in nobis forma dans eſſe, q̄ꝫ fiat nobis intellectio, pulchrū eſt videre: verū de his poſtea. Satis vero ſit declaraſſe Themiſtius ponens intell'm ſubām eternam vtraqꝫ ex parte cogit̄ ponere intellectionē nō eſſe receptionem, nec paſſioneꝫ, ſed eſſe intell'm ipm ꝓut de nouo nobis copulat̄, vt intellectio ſibi, ⁊ nobis. ¶ Scḋa poſitio eſt illa,

Poſitio Auer. quā Auer. cogit̄ afferre. Ipſe enim aſſerit intell'm poſſibilem eſſe eternū vtraqꝫ ex parte, ⁊ aſſerit intellectum agētē, qui eſt aliquid aīe intellectiue/ nō eſſe formā agentē oīa nālia. ergo quo ipſe ponit intell'm ſubām vtraqꝫ ex parte eternam, nō pōt ponere ꝭm principia ſua illam aliquaꝫ ſpecieꝫ recipere de nouo ab intelligibilibus, vt argumēta facta cōtingunt. Quo vō ponit intell'm agētem nō eſſe formā ꝓductiuam rerū nāliuꝫ, nō pōt ponere noſtrū intellectū itelligere res nāles p eius eſſentiam: nō enim eius eſſentia pōt eſſe ratio formalis vel cauſalis reꝝ nāliū repñtatiua. Quo etiā ponit intell'm eſſe ſubām eternā, ⁊ non formā reꝝ productiuam/ cogitur ponere intell'm noſtrū itelligere oēs nāles res apprehenſione eterna: nō q̄dē p realē receptionē ſpērū a rebus: ſed p receptionē ipſoꝝ intelligibiliū intētionaleꝫ: quaꝫ expreſſe h̄ Auer. fatetur. ¶ At vero hāc poſitionē intelligas, debes ſcire ꝙ duplex eſt receptio alicuius in aliquo, altera eſt realis, que fit per realē inherentiā rei in ipſo recipiēte: altera eſt intētionalis, que fit per cognitionē. vbi cā. ꝭm cōiter opinātes lapis eſt dupliciter in mente, obiectiue: ſbtiue q̄dē nō ipſe eſt in aīa/ ſed eius ſpēs: obiectiue vō ipſe lapis eſt in aīa, veluti eſt cognitū in cognoſcēte. Prima q̄deꝫ receptio: qua aīa recipit ſpēm lapidis realis eſt, ꝙ ipſa ſit p realem inherentiā accidētia in ſubiecto. Scḋa vō non qua ſpēs, ſed lapis ipſe cognoſcit̄, vbiqꝫ a phis dr̄ intētionalis/ a metaphyſicis dr̄ obiectiua. Auerroes ergo cum ponat intellectū ſubām eternā/ ⁊ vtraqꝫ ex parte ſempiternā: nō pt ponere illā recipe reali receptione aliquid ab itelligibili: vt ꝓbauimus. Cum vō non ponat eum formā ꝓductiuam oīum reruꝫ gñabiliū, nō pōt ponere eum intelligere p eēntiam res ipſas gñabiles, vt poſuit Themiſtius. ergo cogit̄ ponere intell'm recipere intelligibilia intentionalr, obiectiue: q2 vō poſuit eum vnum numero oīum hominū, ⁊ ſempiternū ſimpl'r, cogitur ponere euꝫ de nouo nihil intelligere, ſed nos p ipſum de nouo intelligere, non q̄dē p nouam intellectionē in eo factā: ſed per hoc ꝙ factis in nobis nouis phātaſmatibus, ipſe copulat̄ nobis mediantibus illis, vt intellectio eorū, quorū ſunt illa phantaſmata. ¶ Ex his

ꝯ Joan. cādauā. pꝫ quantis in erroribus vſetur Joānes candauenſis, q cre dēs fictioni Auer. dixit de mēte eius intelligere noſtrū eſſe realē paſſionē, ⁊ fieri de nouo ſimpl'r in aīa phantaſmatibꝰ in eo gñantibus nouas ſpēs. Quod eſt purus error. nam ſi intell'us eſt ſubā ſempiterna, ⁊ vna numero, non poteſt de nouo aliquid recipere, vt rōnes cogunt, vel ſaltem non pōt ꝓbari rōnibus efficacibus ſubſtātiam illā de nouo realiter pati ab intelligibili ſpēm: de hac pōne poſtea prolixe.

Platonicorū pō. ¶ Tertia vō poſitio eſt Platonicorū. nam cum iſti ponant intellectiuam animam eſſe creatā cum oībus ſpēbus intelligibiliū ⁊ ſenſibiliū: illas quidē exiſtentes in virtute intellectiua: alias vō in vtute ſenſitiua: cogunt̄ dicere ipſuꝫ intelligere, ⁊ ipm ſentire nō eſſe pati, ſed potius agere: q2 ſicut e luce exiſtēte in ſole emittit̄ radius luminoſus, quo illuſtrātur viſibilia: ſic a parte ſenſitiua que perfecta eſt ſpeciebus ſenſibiliuꝫ: emittit̄ radius ſenſitiuus ad ipſa ſenſibilia, cum fuerit pñtia ſenſibus: que emiſſio dr̄ ſenſatio: ſil'r a parte intellectiua plena ſpeciebus intelligibiliū emittitur radius intellectualis, ad ſenſibilia, que ſunt itellectui pñtia, ⁊ ſic hec

Pō ari. emiſſio dr̄ intellectio eorū: ad que emittit̄. ¶ Ex q̄bus ſequitur ꝙ ſi poſitio. Ariſt. eſt, ꝙ intelligere ſit de nouo pati aliq̄d ab intelligibili ſicut ſentire, q̄ð ē de nouo pati ſpēꝫ ab ipſis ſenſibilibus, vt ꝓbauit ſcḋo huius. ⁊ videbit̄ in tex. ꝓximo. Oꝫ dicere, ꝙ itellectiua aīa ꝭꝫ ipꝫ ſit de nouo producta ⁊ q̄dē īpfecta, vt dicit 2° hꝰ. vbi aſſerit aīaꝫ maiori tpe degere in ignorātia q̄ꝫ in ſcia. nā ſic poſſumus dicere ſpēs fieri de nouo in ipſo intell'u, ⁊ ꝙ pati ſit recipe ſpēꝫ ab itelligibili: ⁊ q2 Ariſto. ꝯcēdit aīs. ergo de mēte ſua hec oīa opꝫ dicere. ¶ Juxta vō hāc opinionē rō Thome eſt demr̄atiua, q2 ſupponit ipm itelligere eē de nouo in aīa: ⁊ nō p eēntiā. eius ḡ p receptionē que eſt exitus de potentia ad actū. Hec dicta ſint ꝓ pñti digreſſione, q2 poſtea diligētius dicemus.

Argyr. ¶ **Uacare igit̄ ipſaꝫ paſſione/ ſed forme ſuſceptiuā eē: opꝫ. ⁊ potētia talē: ſed nō illā eſſe. ⁊ ſimilitudinē ſubire cū ſenſu: vt quēadmodū ſeſe habet ad ſenſibilia ſenſus/ ſic ſe habeat ad intelligibilia intellectus.**

T. c. 3. ¶ **Impaſſibilem ergo opꝫ eſſe/ ſuſceptiuū autē ſpecie/ ⁊ potentia huiuſmodi/ ⁊ non hoc ⁊ ſimiliter ſe habere ſicut ſenſitiuū ad ſenſibilia/ ſic intellectum ad intelligibilia.**

τοῦτο hāc hoc

Coll'. te. com̄. 3. ¶ Que inducit in. q. mote ſol'one tria ſūt ꝭꝫ Them̄. p̊ᵐ nāqꝫ opꝫ impatibilē intell'm eſſe. ¶ 2ᵐ apponit ſuſceptibile vō ſpēi, ⁊ poᵃ hꝰ/ ſꝫ nō h̄. i. deinde neceſſe eſt vt peculiarē q̄deꝫ nullā formā obtineat: ſed vt oīum formaꝝ cōpos ⁊ caparqꝫ ſit: ita ꝙ q̄ꝫuis ptāte oīa referat: nō tñ ſimpl'r ⁊ abſolute oīa ſit. ¶ 3ᵐ ponit, ⁊ inq̄t: ⁊ ſil'r ſe hr̄e/ ſicut ſenſitiuū ad ſenſilia ſic ⁊ intellectiuū ad intelligibilia: ita ꝙ quēadmodū ſenſus nihil eſt. actu eorū: que ſentiunt̄, ita itell'm nihil eſſe actu eorū: que itelligant̄. ⁊ ſic hec tria in ſol'one q̄ōnis iducēs, monſtrauit intell'ꝫ quo pacto vtutē eſſe paſſiuā, ⁊ q̄ūo itellectio ſit paſſio, ⁊ q̄ūo intell'ꝰ ad intelligibilia ſe habeat.

Com̄. 3. **Cū narrauit.** ¶ Proponit Auer. intētionē huius capitis ad precedētia, ꝯtinuās eam, ⁊ inq̄t: cū narrauit ꝙ ꝑ neċe eſt pſcrutari de hac actione: q̄ eſt formare p intell'm, vtrū eſt paſſiua/ aut actiua, ⁊ hec fuit q. icepit ponere id: q̄ð vult declarare. i. duas ꝓpōnes: quas apponet in declaratione. q. ſ. ipſuꝫ eſſe de virtute paſſiua q̄quo modo. Scḋa eſt, ⁊ ꝙ eſt nō trāſmutabile: q2 nō eſt corpus, neqꝫ vtus in corpe. Erūt ergo ꝓpōnes declarāde due. Pria. ſ. ꝙ itell'ꝰ vna eſt vtus paſſiuarū. Altera vō ꝙ intell'ꝰ eſt vtus imālis. Apponēs igit̄ 2ᵃᵐ ꝑ exeq̄tur, ⁊ inq̄t: ⁊ cuꝫ bñ fuerit pſcrutatū de hoc, appebit ꝙ neceſſe eſt ꝙ iſta pars aīe, p quā fit formare: eſt vtus nō trāſmutabilis a forā quā cōprehēdit. hec eſt ꝓpria ꝓpoſitio. Et pmā ponit. d. ſꝫ non hꝫ de intētione paſſionis: niſi h̄ tm̄. ꝙ recipit formā quā cōprehendit, ⁊ q2 eſt in poᵃ id q̄ð cōprehendit/ ſicut ſentiens: nō q2 eſt aliq̄ð h̄ in actu corpus, aut virtus in corpore, ſicut ſentiēs. ⁊ hec fuit pma ꝓpō, ⁊ applicat hoc verbis: ⁊ pꝫ. Eſt ergo p̊ᵃ ꝓpō: que fuit 2ᵃ ꝓpoſitaꝝ, ꝙ itell'ꝰ nō eſt trāſmutabilis: ſed imālis virtus. Cui miſcuit ⁊ primā. ſ. ꝙ intell'us eſt virtus paſſiuaꝝ. Has ergo duas ꝓpōnes inducet in ſolutione. q. Addit aūt vnā ꝓpōnē Ariſto. [Et ſil'r ſe hr̄e/ ſicut ſenſitiuū ⁊c̄.] Hanc ꝓpōnē dupl'r ordinat Auer. ⁊ dixere iuniores ꝙ vna Auerro. expoſitio eſt: vt ꝓpoſitio illa: ſicut cōcluſio ſit ex precedentibus concluſa, ⁊ ſic dꝫ legi vt iacet.



altera Auerrois expoſitio eſt vt ſit/ ſicut ꝓpoſitio ⁊ principium: quo ꝯcludit̄ id q̄ð dictū eſt, ⁊ ſic dꝫ legi tranſpoſite. Primo modo intēdit 2ᵃ expoſitio. Scḋo mō p̊ᵃ expoſitio. ¶ Sed hec expoſitio ꝯdicit Auer. qm̄ Auer. dicit Ariſto. ponere has duas ꝓpōnes dictas tm̄: ⁊ nō ꝓbare hic illas, ſꝫ in lr̄a ſequētis cōmēti. quare hmōi propoſitio/ nec vt ꝓncipiū nec vt ꝯ teneri pt, vt dicūt cū nō ꝓbet: ſꝫ narret. ¶ Amplius nō pōt teneri vt ꝯcl'o, qm̄ tūc notū cōcluderet̄ p ignotius. ꝯ diffinitionē argumēti. ¶ Adhuc nec vt principium. qm̄ hec ꝓfecto ratio non valet: intell'ꝰ ad intelligibilia ſe habet, ſicut ſenſus ad ſenſilia: ergo intellectus eſt virtus paſſiua intrāſmutabilis: immo totū oppoſitū, ergo hec expoſitio eſt ꝯ Auer. ¶ Al'r ergo dicamus ſ. Ariſt. duas notaſſe ꝓpōnes. vnā. ſ. ꝙ intell'ꝰ eſt virtus īpaſſibilis. Alterā ꝙ ſit ſceptiuus eſt ſpēi. Tertiā apponit ⁊ nūc. d. ſile eē de intellectu ad itelligibilia ⁊ de ſenſu ad ſenſilia. ꝓpō ergo tertia vꝫ ꝯriari pme, qm̄ ſi ita eſt de intell'u reᵘ itelligibilis, quēadmoduꝫ ⁊ de ſenſu reᵘ ſenſilis, ꝓculdubio ſicut ſenſus aliq̄ñ corrumpit̄ a ſenſili, ⁊ intell'ꝰ corrūpit̄ ab intelligibili. pmo aūt intell'm eſſe īpaſſibilem dixit, ⁊ ſic ꝓpōnes he cōtradicent. ¶ Ad tollendā. q. hanc Auer. mouet̄ dupl'r ſermonē ordinat̄. ꝑ mō vult ꝙ tertia ꝓpō dꝫ anteponi, ita q̄dē vt ſit ordo prepoſterus in phi textu. Tūc q̄dē prima ꝓpō erit [Et ſil'r ſe hr̄e ſicut ſenſitiuū ad ſenſilia] que, q2 abſolute ꝓfertur, vꝫ innuere intell'm pati corruptiue q̄ñqꝫ ab intelligibili: iō apponit ⁊ ꝓpōnes alias: quaſi intell'ꝫ hūc limitātes ad paſſionem receptiuā tm̄. ⁊ hec q̄dē pma eſt huiꝰ ſermonis ſeries. ¶ Scḋa vero ſeriē inuit ipſe ꝙ textus, ⁊ ſi legat̄ vt ſtat, tollitur ꝯdictio ex hoc: qm̄ cōparatio ſenſus ad ſenſile, ⁊ itellectus ad intelligibile, eſt q̄ꝫtū ad modū recipiendi, ⁊ nō q̄ꝫtū ad recipientia: ⁊ ſic nō ꝯdicunt. Inq̄t ḡ ⁊ pōt intelligi ſic, ⁊ neċe eſt vt ſit de virtutibꝰ paſſiuis, ita ꝙ ꝓportio ſenſus ad ſenſilia ſit ſicut proportio intell'ꝰ ad intelligibilia, ⁊ ꝭm hoc in ordine ſermonis erit trāſpoſitio. tūc dꝫ legi ſic, opꝫ igit̄ vt diſpoſitio eius ſit ꝭm ſilitudinem, ſicut ſenſus apud ſenſilia, ſic intell'ꝰ apud intelligibilia, ⁊ vt ſit nō paſſiuū paſſione ſenſitiua, ſed recipit formā, ⁊ eſt in potētia: ſicut id quo ad ipſum receptionē. ſ. ⁊ nō id quo ad recipiens, ⁊ ſic tollit̄ ꝯdictio. ¶ Deinde apponit ſcḋam, ⁊ inq̄t. Et pōt intelligi, ⁊ diſpoſitio eius erit ꝭꝫ hūc modū, ſicut ſenſus apud ſenſibilia, ita intell'us apud intelligibilia. i. ꝙ ꝓponere ipſum non paſſiuū nō ꝯdicit huic ꝙ ꝓportio ad intell'm ſit, ſicut proportio ſentiētis ad ſenſatū: ⁊ ſic non opꝫ vt fiat trāſpoſitio: cū he non ꝯdicant eo quo pacto, vt diximus, ſed forte cōcedendo ipſum hr̄e hāc ꝓportionē: erit neċe vt non ſit tranſmutabile, ⁊ ſic ſtant plus q̄ꝫ ſimul. ¶ Reddit cām pme expoſitionis, ⁊ inq̄t. Et coegit me ad illā expōnē. i. pmaꝫ: ꝗn q̄ tertiā ꝓpoſui ꝓpōnē hoc, ꝙ intell'm hr̄e hāc ꝓportionem, manifeſtū eſt per ſe, aut ꝓpe: ⁊ ſic nō ſimpl'r eſt manifeſta: ⁊ ideo potuit recipere expoſitioneꝫ, ⁊ ideo potuit tranſponi ordo, ⁊ declarari p primā. itaqꝫ ſi eſſet ſimplr manifeſta, ꝓculdubio nō poterat exponi: qm̄ vero manifeſta eſt prope, ideo ⁊ potuit exponi: cū hoc ꝙ eſt q̄ſi pnᵐ, ⁊ ſi ſit declarata per illā, eſt quaſi pnᵐ ad ſciendū ipſum eſſe non paſſiuū corruptiue, neqꝫ trāſmutabile: ⁊ ſic illa ꝓpoſitio eſt limitata, expoſitaqꝫ per primā, ⁊ adhuc quaſi principiū declaratiōis prime: nec incōuenit vnā ꝓpoſitionē eſſe expoſitā p alterā qm̄ eſt equiuoca, ⁊ declarās illā facta limitatione. ¶ Et huius commenti intentio fuit longo tēpore mihi occulta, ⁊ iuniores nihil penitus intelligunt huius loci.

COMMENTARIVM.

p̊ᵃ expō. **Si Auer.** expoſitionē ſectemur, quam ꝓximo textu aſſignauimus. Dōm eſt, ⁊ quidem verbis Ariſto. nō diſſonū, ꝙ Ariſtoteles nūc q̄ōnem motā diluat, Cū eniꝫ querebat̄ de ipſo intelligere an pati, an q̄dpiā ipſi pati ſile eſſet, ſoluit, ⁊ dicit tria. pmū eſt, ꝙ ipm itelligere nō eſt pati ab intelligibili alteratiue, veluti a ꝯrio. Secundum

eſt, q itell's eſt ſpẽi ſuſceptiuus, q2 intell's eſt poª talis ſpẽs, nõ tñ eſt illa ſpẽs formal'r, qua intelligibile itelligit, ſ3 ẽ poª illa. Tertiũ qđ dicit, eſt q itell's ſe h3 ad intelligibilia, vt ſenſitiuũ ad ſenſibilia.

2ª expõ

¶ Sin aũt ſectemur expõnẽ Themiſtij ac ceterorũ, dicem⁹ q Ariſt. ſoluit primo textu, qõnem generatim: voluit enim qđ intelligere ſit pati: q̃le võ pati, ſub diſiũctione reliquit, q2 eſt vel pati alteratiue vel pati perfectiue. Volẽs ergo declarare quale pati ſit ipſu3 itelligere/ ⁊ qualis ſit natura intell's, ſumit quedã cõia ſenſui ⁊ intellectui, poſtea quedam propria illi. ea, que intellectui ⁊ ſenſui cõia ſũt, tria ſũt (vt Them. annotat) reuera tñ duo, ex quibus tertiũ, qđ illa duo cõplectitur, relucet. Horũ pͥmũ eſt nõ pati ab itelligibili alteratiue/ veluti a ſuo õrio. Scõm eſt intellectũ eſſe ſuſceptiuũ ſpẽi, que eſt ſilitudo rei que intelligit. Tertiũ qđ ex his duobus colligit, eſt, q intell's ita ſe h3 ad intelligibilia, veluti ſenſitiuũ ad ſenſibilia. Horũ pͥmũ qdẽ etiã ſenſibus cõe eſt: nõ enim patiunt ſenſus a ſenſibilibus alteratiue veluti a õrijs/ niſi p acciñs, quatenus ſenſibilia cũ excelluerint, diſſoluat organũ ad cuius corruptionẽ ſenſus diſſolui vĩ. Scõm ẽt cõe ſenſitiuis eſt; non enim ſenſitiuum eſt tale actu: qualis eſt ſpecies, nec eſt illa formal'r. Ex his duobus colligitur tertiũ q ita intell's ſe h3 ad intelligibilia/ ſicut ſenſitiuũ ad ſenſibilia. Vtrũq3 enim ab obiectis ipaſſibile eſt alteratiue, veluti a õrijs, vtrũq3 nõ eſt tale actu, qualis ſpẽs, ſed ſpẽi ſuſceptiuũ, non aũt ſpẽs.

Cõſideratio vborum.

¶ Quo vero ad verba attinet primum, qđ ſenſibus eſt intellectui cõmune eſt, non ab rõne collegiſſe Ariſtotelem, q2 aliqui veterũ crediderunt intellectum ⁊ animaʒ eſſe idem: animã vero dixerunt eſſe vnũ elementorũ, Hypparchus quidẽ ignem, Anaximenes aerem. Modo ſi mens ignis eſt, ab eo intelligibili corrumpetur, quod contrariũ igni eſt, ſimili ratione ſi eſt aer: aut tale id genus, ſemper enim ab illius cõtrario delebitur. Secunduʒ võ colligit Ariſtoteles partim aduerſus Empedoclem, partim aduerſus Platonicos: cum enim inquit. Suſceptiuum aũt ſpeciei, ⁊ potentia talem, aduerſus Platonẽ loquitur, qui intellectũ factum ponit, omnibuſq3 rerũ ſpeciebus ſemper plenũ: nõ enim ſm Platonicos, intellectus aliquãdo poteſtate innuitur, ſed ſemp eſt in actu, nõ qui ſuſceptiuus, ſed cui iam ſuſcepit. Cõtra Empedoclẽ vero inquit. ſed non τοῦτο, ideſt ſed non hoc, quod verbum nõnulli interp̃tes ad ſpecieʒ retulerunt. Et tunc ſenſus eſt intellectum eſſe poteſtate ſpẽm, non aũt hanc, ſiue illam formaliter, ⁊ tunc non errorem Empedocles per hec vba voluit eſſe exploſum, ſed errorem eorũ, qui in ſcholis platonicorũ etiã fatent intellectũ intelligere gñabilia per eſſentiaʒ ſuam quaʒ arbitrabant eſſe ſpeciẽ ⁊ ſilitudinem omnium pductoruʒ cauſalem, ac formalem: quã partem ſecutus eſt Themiſtius: vt diximus. Auerroes autẽ quid blacterizet, p3 in cõmẽtario ſuo, vbi retulit hoc ad corpus, quod eſt error. Simplicius vero intelligit intellectum eſſe ſpeciei ſuſceptiuũ eius. ſ. intelligibilis, quod cognoſcit: nõ aũt eſſe hoc ideſt ipſum intelligibile, cuius ſpeciẽ ſuſcipit: ⁊ tũc in Empedoclem hec verba retulit Ariſtoteles, qui arbitratus eſt/ intellectum res intelligere, quatenus eſt ipſe res, quas intelligit: hec poſſunt dici ſi ſectemur expoſitionem Themiſtij. ¶ Vel' tertio legi põt textus aliter, vt vĩ innuere Simplicius, q cuʒ Ariſtoteles feciſſet pro ſolutione queſiti hoc enthymema itelligere eſt ſicut ſentire, ergo eſt pati. ſ. vel alteratiue, vel equiuoce. Nũc declaret añs: pro cuius declaratione ſumit duo cõia intellectui ⁊ ſenſib⁹. ſ. q vterq3 ſit impaſſibilis ab obiectis, ⁊ vterq3 ſuſcipiat ſpecies: nõ res. Ex his ergo infert antecedẽs. ſ. q intelligere ſit ſicut ſentire, ⁊ qđ ſil'r ſe habet ſenſitiuũ ad ſenſibilia, vt intell's ad intelligibilia, que expoſitio mihi vĩ pulchra: q2 Ariſt. de illo aſſumpto nullibi a. [illegible] er locutus eſt: ⁊ cum ſit principium omnis pſcrutationis de intellectu, decebat de eo fieri de ipſo ſermonẽ aliquẽ. Expõnes, quas hic blacterizat Auer. friuole ſunt, ⁊ nõ ſapiunt mentem Ariſto. ¶ Quo vero ad verba attinet, p3 pͥmo vbũ illud [ergo] nõ eſſe illatiuũ, ſ3 ſignũ cõtinuationis. per impaſſibilem võ qđ grece eſt ἀπαθεσ apathes, Ariſto. nõ eternũ intellexiſſe/ l3 reuera ſit eternus. Ariſto. enim p illud vbũ nihil aliud vult hr̃e, q̃3 intell'm non pati ab ipſis itelligibilib⁹, veluti nec ſenſitiuũ a ſenſibilibus alteratiue tanq̃3 a õrijs. mõ phibet nihil intell'm non pati ab intelligibili alteratiue, ⁊ eſſe alia rõne corruptibilẽ. ſ. p accidens ad eius ſubiecti corruptionem. ⁊ hoc aduertit doctor qdam, ⁊ qdẽ nõ iperite. nã l3 ex alijs ab Ariſtotele dictis poſſit colligi itell's imortalitas, vt dicemus, ex his nõ colligit. Nec qđ blacterizat Auer. hic laudo. aſſerit enim Ariſt. p impaſſibilẽ intelligere intranſmutabilem: q. ſ. intell's nec ſit corpus, nec miſtus cũ corpe: nã l3 hoc ſit verũ, ⁊ peripateticũ. ex his verbis nõ colligit, q2 aduerſarius poſſet dicere ipm eſſe intranſmutabilẽ ab itelligibilib⁹, aboleri tamẽ corruptione ſubiecti: cuius eſt

Quid ſpẽs.

Per ſpẽm võ, que grece eſt, εἶδοσ, intelligunt peripatetici nõ ipm intelligibile, qđ intelligit, ſ3 rõnẽ itelligẽdi: nõ itellectã. Eſt. n. duplex rõ itelligẽdi ſm peripateticos. altera que eſt rõ intelligẽdi itellecta, q nõ poſſit p ipſam intell's aliqd itelligere, niſi ipſa pri⁹ itelligat: ⁊ ſic definitio eſt rõ intelligẽdi: q2 itelligẽdo ipſam: diffinitũ itelligimus. Altera eſt rõ itelligẽdi nõ intellecta, qm̃ p ipſam itelligere poſſumus, ⁊ ipſaʒ nõ prius itelligere: ⁊ ſic ſilitudo rei in mẽte, dĩ ſpẽs ⁊ rõ intelligendi, q2 poſt q̃3 itell's p ipſam efficit in actu itelligit intelligibile cui⁹ eſt ſpẽs: nõ tñ illã prius itelligẽdo: ſ3 poſtea reflexere: vt alibi dicem⁹. Et cũ dici [Et ſil'r ſe hr̃e ſicut ſenſitiuũ] notãter dixit ſicut ſẽſitiuũ, qđ grece eſt αἰσθητικόν, eſtheticon, ⁊ nõ ſicut ſenſus ad denotãdũ, q nõ ſenſus ſentit, ſed ſenſitiuũ. At intell's intelligit, ⁊ cõparauit intell'm ad ſenſitiuũ, ⁊ non ad ſenſum, quatenus ſenſitiuũ ſentit, ſicut intelletus intelligit.

Argũ

**¶ Quare neceſſe eſt ipſ3/ cũ vniuerſa itelligat: nõ miſtũ eẽ/ ſic Anaxagoras dixit/ vt ſupet atq3 dicat/ id ẽ vt cognoſcat atq3 pcipiat alienũ nãq3: cũ appet iuxta phib3 atq3 ſeiũgit.**

**¶ Neceſſe itaq3 eſt/ qm̃ oĩa intelligit/ impermiſtũ eſſe/ ſicut dicit Anaxagoras/ vt [a] imperet/ hoc autẽ eſt/ vt cognoſcat: Iuxta appens [b]. n. phibet extraneum/ ⁊ preocturat [c].**

Tex. [a] ἐνακρ… τῆ vt ipſe [b] παρεμφαινόμενον. Iuxta parẽs. [c] ἀντιφράττει obſtruit preoccurat. Coll. cõ. 4.

¶ Cũ pͦpoſuit libri totius tertij intẽtionẽ: ⁊ q. mouit: proſequens de propoſita intẽtione, ⁊ duas accepiſſet pͦpõnes declarãdas, hac in parte declarat demr̃one ipſuʒ impaſſibileʒ eſſe: receptiuũ tñ forme/ ⁊ iqt. Neceſſe itaq3, qm̃ oĩa intelligit, imiſtũ eẽ, ſicut dicit Anaxa. vt imperet, hoc auteʒ eſt. i. intell'us aũt eſt imiſtus, vt cognoſcat oĩa. intus. n. apparẽs phibet extraneum, ⁊ obſtruet. i. ſe iungit. Luculentius intelligitur ⁊ hic textus in expoſitione cõmenti.

**Cũ poſuit.** ¶ Et debes ſcire q dupliciter de intellectu erat ambiguitas. ſ. quantum ad eius opus an. ſ. genere ſit paſſionis: an actionis. Et q̃tũ ad operans. ſ. an intel's ſit paſſiuus imãlis: an miſtus cum mã. primã qdẽ ſupponit tanq̃3 perſpicuã. Ponit ĝ intentionẽ ptis in ſcđo ⁊ iquit, Cum poſuit q intell's mãlis recipiẽs d3 eẽ de gñe virtutũ paſſiuarum, ⁊ hec pͥª fuit pͦpõ, ⁊ cũ hoc non trãſmutat apud receptionẽ, quia neq3 eſt corpus: neq3 virtus in corpore. ⁊ hec fuit pͦpõ, dedit demr̃onẽ ſup hoc. Ecce igit ptis intẽtionẽ. ¶ Neceſſe eſt.] Nunc auer. pſequit ⁊ primo accepit vnum añs qđ ponit in textu, ⁊ inqt. Neceẽ eſt ſi comprehendit oĩa exñã ex aĩam, hoc añs eſt Ariſt. ad quod dedit duo õña, ⁊ inqt. Vt ante cõprehẽſionẽ ſit noĩatus ex hoc mõ in gñe virtutũ paſſiuarũ: ⁊ hoc pͥmũ eſt õñs. apponit ⁊ ſcõm. d. Et vt ſit nõ miſtus cũ corporib⁹. ſ. neq3 corpus, neq3 virtus in corpore nãlis. i. el'ntis, aut aĩalis. neq3 aĩalis ſicut nobiſcũ cõcorditer dixit Anaxagoras. ⁊ h̃ fuit ſcõm õñs. Ariſt. aũt appoſuit 2m tñ, ⁊ tacuit primum, qm̃ ex ſcđo intelligit. ¶ Deinde ibi [Si. n. fuerit miſtus.] Declarat õñam ſcđaʒ, ⁊ inquit. Si. n. fuerit miſtus: tũc erit aut corp⁹, aut vtus in corpe, ⁊ hoc enthymema t3 in vtute huius medij, qm̃ oẽ miſtũ corp⁹, vel vtus eſt corpis. Tũc dedit ſcõm õñs ad h̃ primũ, ⁊ inqt. Et ſi fuerit alterũ iſtoꝝ habebit formã pͥpͥã, que forma ipediet eũ intelligere ⁊ recipere aliq̃3 formã alienã. ⁊ h̃ enthymema t3 in vtute hui⁹, oẽ corp⁹ vel vtus in corpore h3 formã exneã, ipediẽtẽ recipere oẽ alienũ: ⁊ ſic a pͥ ad vltim: cũ intell's oĩa itelligit, pcul dubio erit imiſtus. Applicat võ vbis ſñiam ⁊ p3. Difficultas nõ parua accidit circa mediũ ſcđi enthymematis. ſ. ſi oẽ corp⁹ vel vtus in corpe hẽat formã pͥpͥã, p quã ipediet recipe alienũ: ſed qm̃ pp h̃ Auer. digreſſionẽ mouet dimittat vſq3 in fine cõmẽti. ¶ Deinde ibi [S3 mõ õſiderãdũ.] Hic Auer. digredit: ⁊ primo pͦponit id circa qđ digredi vult, ⁊ rõnẽ, ⁊ inqt. Sed mõ õſiderãdũ eſt in his pͦpõnibus: qbus Ari. declarat hec duo de itell'u. ſ. ipſum eẽ in gñe vtutũ paſſiuaꝝ, ⁊ hec pͥª eſt, ⁊ ipm eẽ nõ trãſmutabilẽ, q2 neq3 eſt corpus, neq3 vt⁹ in corpe, ⁊ hec ſcđa eſt pͦpõ, ⁊ ſyllogizat hãc intẽtionẽ. Et accepit minoreʒ ⁊ inqt. Nã hec duo dñr pnm diu3: que dñr de intell'u. Et accepit maiorẽ. d. Et ſicut dicit Plato: maxime ſermo d3 eẽ in principio: cui⁹ maioris rõnẽ dat. d. Minimus. n. error i pñº eſt cã maximi erroris in fine, ſic dicit Ariſ. ergo õſiderãde ſũt h9 pͦpões maxima õſideratione. ¶ Deinde ibi [Dicam⁹ igit qm̃.] Et pſeqt, ⁊ ponit õnẽ: que fuit pͥª pͦpõ, ⁊ inqt. Dicamus igit qm̃ formare p itell'm eſt aliquo mõ de vtututib⁹ receptiuis, ſicut eſt de vtute ſenſus, manifeſtũ eſt ex h̃. hãc pbat ipſe, ⁊ pͦ ſic. vtutes eñi paſſiue ſũt mobiles ab eo cui attribuunt. actiue aũt mouẽt id cui attribuunt. eſt ergo maior, oĩs vtus mota ab eo cui attribuit, eſt paſſiua. tũc adde minorẽ, ſed itell's mouet a reb⁹ qb⁹ attribuit, vt nũc ſupponit. ergo õ pͦpoſita. ¶ Et q2 res.] Tãgit ſcđaʒ rõnẽ, ⁊ õſiſtit in h̃ oĩs vt⁹, que qñq3 eſt in actu, qñq3 in poª, eſt vtus paſſiua. re'' ei⁹: cui⁹ eſt h9: ſ3 intell's eſt virt⁹ qñq3 actu, qñq3 poª re'' phãtaſmatũ. Et h̃ põit. d. Et q2 res nõ mouet niſi ſ3 q eſt in actu, ⁊ mouet ſm q eſt in poª, neceſſe, eſt inq̃tũ forme reꝝ ſũt in actu extra aĩaʒ vt moueãt aĩaʒ rõnalẽ ſm q cõprehẽdit eas. i. nõ corruptiue, nec ſubiectiue: ſ3 cõprehẽſiue. cui⁹ exemplum ponit, ⁊ p3. ¶ Et qm̃ anima rõnalis.] Probat ⁊ idem tertia rõne, oĩs vtus indigẽs aliquo extrinſeco: p cuius pñtiaʒ exit in actũ, eſt paſſiua re'' illi⁹. hec maior p3. Tũc apponit ⁊ minorẽ. d. Et qm̃ aĩa rõnalis ſup. eſt virtus indigens õſiderare intẽtiones: que ſũt in vtute imaginatiua, ſicut ſenſus idiget iſpicere ſenſilia: ⁊ apud pñtiã eoꝝ exit in actũ. ⁊ hec eſt minor: ⁊ tũc õclude õnẽ pͦpoſitã. ¶ Deide ibi [S3 tñ.] Obijcit ad dicta pbãs intell'm eſſe vtutẽ potius actiuã, ⁊ inquit. Sed tñ vr̃ q forme reꝝ extrinſecaꝝ moueãt hãc vtutẽ. i. itell'm: ita q. i h̃ pacto, q mẽs. i. vt⁹ aliqua mẽtalis auferat eas a materijs, ⁊ faciat eas pͦ itellectas in actu. i. vl'ia, poſtq̃3 erant intellecta in poª, ⁊ hoc mõ vĩ q iſta aĩa. i. rõnalis ſit actiua, ⁊ nõ paſſiua õ dicta. ¶ Eſt ergo argm, oĩs vt⁹ trãſferẽs aliqđ de poª ad actũ, eſt actiua re'' illi⁹, ſ3 vt⁹ rõnalis trãſfert intelligibilia de potẽtia in actũ, ĝ eſt actiua, ⁊ ſic falſuʒ fuit: qđ dixit. ¶ Deinde ibi [Scđ3 igit q itellecta.] Perſoluit hãc. q. ⁊ inqt. Scõm igit q itellecta mouẽt eã ẽ paſſiua: ⁊ ſm q mouent ab ea eſt actiua. erit ĝ rõnalis actiua ⁊ paſſiua re'' diuerſo: ⁊ h̃ õfirmat Ari. teſtimonio. d. Jõ hoc ⁊ ſup. deſignãs Ariſto. poſt dicit, q neceẽ eſt ponere in aĩa rõnali has duas dñas. ſ. vtutẽ actionis. ⁊ vtutẽ paſſionis, ⁊ dicit apte q neutra ps ei⁹ eſt gñabilis, aut corruptibilis, vt poſt apparebit itordinẽ tñ dicẽdoꝝ apponẽs, inqt. S3 hic incipit notificare ſubam vtutis paſſiue, cũ hoc ſit neceẽ in doctrina. i. via doctrine, vt in expõne cõmẽti primi notauimus: ⁊ tũc recolligẽs hec inqt. Ex hoc igit declarat q hec dñia. ſ. paſſionis ⁊ receptionis exiſtit in vtute rõnali. ſ. q rõnalis hẽat ptẽ aliquã, que vtus dicat paſſiua ab intelligibili. ¶ His poſitis iuniores colligũt intell'm agentem ⁊ pol'em vtutes eſſe rõnalis aĩe, que ſũt qualitates de ſcđa ſpecie q̃litatis, ⁊ h̃ pp vbuʒ Auer. cũ dicat ipſas vtutes eſſe actionis ⁊ paſſionis. ¶ Ampli⁹ accipiũt intell'm agentẽ agere qcq3 in phãtaſmatibus, cũ dicat Auer. vtutes eſſe actiuas qñ mouẽt id cui attribuunt, ⁊ h̃ fuit dñia poſita. ¶ S3 hi multis modis aberrãt. declarabit. n. apte cõmẽto quinto. hec eẽ ptes eẽntiales rõnalis aĩe, queẽadmodũ mã ⁊ forma ptes ſũt eẽntiales hoĩs, ⁊ idẽ cõmẽtis. 18. ⁊. 19. ¶ Amplius ſi intell's iprimit aliqd in phãtaſmatib⁹ vel id erit vl'e pͥpͥe, vel ſingulare: ⁊ ſi vl'e, ĝ vl'e põt recipi in vtute imaginatiua, qđ Auer. õ Auẽpace inducet: ⁊ ſi ſingulare, ergo adhuc eget aliquo quo moueat intell'm. ¶ Rurſum id qđ cauſat intell's agẽs in phãtaſmatib⁹, vel eſt ſuba, vel acciñs, nõ ſba, qm̃ intell's agẽs nõ cauſat ſubas: vt Auer. inquit 7º meta. õ auicẽ. nec acciñs, qm̃ vel nouũ, vel eternũ. nõ eternũ, qm̃ nullũ eternũ recipit in ſubito corruptibili: vt Auer. dic. 36. 2ce, õ auicẽ. nec nouũ, qm̃ nulla ſuba ſepata cauſat nouũ ex ſe in paſſo corruptibili ſm auer. Cõ. 31

¶ Jõ debes ſcire pro pͦ, q intell's agẽs ⁊ poſſis dñr ptes re'' õſtituti. i. re'' rõnalis aĩe, ⁊ dñr vt⁹ re'' opis, nõ q ſint res diuerſe, ſ3 diuerſimode õſiderate: ⁊ iõ auer. appellat ſepe eas ptes, ſepe ſbas, ſepe vtutes: ⁊ ſic pm nõ cogit. ¶ Pro ſcđo võ dicem⁹ in expõne cõmẽti qnti, nec op3 nũc imorari circa h̃.

Dubões

¶ S3 circa pͦpõnẽ hãc pñt eẽ qões. pͦ eñi vĩ q rõnes nihil ſint: erat. n. pͥma, oĩs vtus que mouet ab extrinſeco, eſt paſſiua, ſed intellect⁹ eſt vtus, q̃ mouet ab extrinſeco. ergo ⁊c. ¶ Scđa oĩs virt⁹ qñq3 poª, qñq3 actu, eſt virt⁹ paſſiua. intell's qñq3 eſt poª, qñq3 actu. ergo ⁊c. Tertia oĩs vtus egẽs extrinſeco p ſui ope eſt paſſiua: intell's eget extrinſeco. ſ. phãtaſmate. ergo ⁊c. ¶ Iſte inq̃3 rõnes vñr debiles. pͥma qdẽ petit pnm. aſſumit enim in minori id, qđ querit. idẽ eniʒ intell'm pati, ⁊ ipſum moueri. ¶ Ampli⁹ maiori ſcđe addo minorẽ hãc, ſed ignis qñq3 actu, qñq3 poª, ergo ignis virtus eſt paſſiua. õcl'o falſa, ⁊ nõ minor. ergo maior. ¶ Rurſum maiori tertie addo minorẽ hãc, ſed ignis eget cõbuſtibili p ſui opere: ergo paſſiua eſt virtus: ⁊ õſtat q pͦpter maiorẽ erit õñs h̃ impoſ'e. maior eſt ergo ipoſſis. ¶ Preterea. ſ3 opiõnẽ auer. intelligere nõ eſt paſſio: cũ ſit eterna. ergo intell's nõ eſt virtus paſſiua. ¶ Vr̃ primo mihi, q he tres rõnes cõſtituunt vnã principalem tñ: ita q erit pͥma pͥncipalis: cuius minor eſt cõdenſabilis per ſyll'm ſcõm/ hoc pacto, vt dixi: tñ ſecundus d3 ſic cõponi, oĩs virtus qñq3 potẽtia, qñq3 actu, p naturã eius intrinſecã mouet ab extrinſeco, ſ3 intell's eſt vtus qñq3 poª: qñq3 actu p nãm intrinſecã. ergo poª eſt mota ab extrinſeco: ⁊ ſic inſtãtia de igne nõ eſt ad pͦpoſituʒ. eſt enim ignis qñq3 actu, qñq3 potẽtia p nãm extrinſecã. iteꝝ minor huius õdẽſat p tertiũ hoc pacto addendo ei, oĩs virtus, que in ſui ope indiget aliquo extrinſeco ope, ente in ea, eſt paſſiua, hmõi eſt rõnalis, vt cõſtat: ⁊ ſic tollũtur oẽs inſtãtie. ſũt ergo oẽs vna ratio hoc pacto qđ vltimo dicebat, nihil eſt, qm̃ intelligere, etſi nõ ſit pati ſimpl'r, eſt pati reſpectiue: vt Auer. dicit in 7º phicoꝝ. ſed qñ h̃ intelligit poſterius dicem⁹. ¶ Qm̃ aũt ſuba recipiẽs has formas.] Erat 2ª pͦpoſitio intell's paſſiu⁹ intelligibiliũ nõ eſt corpus, nec virtus in corpore. Cõ. 20. Cũ igit dedit rõcinationẽ in prima, nũc tradit demõſtrationẽ ſcđe, ⁊ pͦ ſyllogizat eã in pͥª figura ſic, oẽ recipiẽs d3 eſſe denudatũ a nã recepti, intell's paſſiuus eſt recipiẽs omnes formas mãles, ergo intellect⁹ paſſiuus eſt denudatus ab oĩbus formis mãlibus. ¶ Tũc õnẽ hãc accipiamus p minori, ⁊ addo hanc maiorẽ, oẽ denudatum ab oĩbus formis mãlib⁹, eſt ſepatũ, nec corpus, nec virtus in corpe, intell's eſt denudatus ⁊c. vt õcl'o dicit: ergo ſepatus, nec corp⁹, nec vtus in corpe. Hec itaq3 eſt totius partis intentio. pͥmo igit accepit õnẽ. d. Qm̃ aũt ſuba recipiens has

formas neceẽ eſt vt nõ ſit corp⁹, nec virt⁹ in corpe, manifeſtũ eſt ex ꝓpõnib⁹ qb⁹ vtit̃ Ariſt. in h̃ ſermone. Hec eſt ꝯ. Tũc accepit minorẽ.d. Quarũ vna eſt ꝙ iſta ſb̃a recipit oẽs formas mãles, ⁊ h̃ notũ eſt de h̃ intellc̃u. Deinde accepit maiorez.d. Scđa aũt eſt ꝙ oẽ recipiẽs aliqd̃, neceẽ eſt, vt ſit denudatũ a nã recepti, ⁊ ꝓ ideſt vt ſua ſub̃a nõ ſit ſub̃a recepti in ſpecie, ⁊ dixit h̃ pp̃.q. quã dabit poſt. ¶ Et qm̃ hec maior apud antiquos fuit queſita, nec ꝑ ſe nota, dixit Empe. ꝙ ſi itell's dʒ oĩa intelligere, dʒ eſſe miſtus ex oib⁹. Jõ ꝓbat hãc ꝑ ipoſ'e, ⁊ dicit. Si.n. recipiẽs eſſet de nã recepti, tũc res talis recipet ſe. ⁊ hec tʒ h̃ medio, oẽ recipiẽs, cui⁹ nã eſt nã rei recepte, eſt recipiẽs ſe: ⁊ ſic tʒ ꝯñã. ⁊ ꝑ idẽ tʒ ſcđa ꝯñã: ⁊ tũc mouẽs eſſet motũ. ¶ Ampli⁹ iductiõe cõfirmat hãc.d. Uñ neceẽ eſt vt ſenſus recipiẽs colorẽ careat colore, ⁊ recipiens ſonũ careat ſono: vt i 2° hui⁹ ſepe diximus. Tũc replicauit ꝯnẽ, ⁊ inqt. Ex his duabus in ꝑª figura. ſ. ſeqt̃ ꝙ iſta ſub̃a, que dĩ itell's mãlis. ſ. polis, nullã hẽat de ſui nã de iſtis formis mãlib⁹. ¶ Deinde ibi [Et qꝛ forẽ] Dedit 2m ſyll'm: cuius maior eſt, oĩs forma mãlis eſt corp⁹ vel v̾tus in corpe: ſed, vt ꝑ ꝯcludit̃ ſyll'o, intell's nõ eſt forã mãlis. ergo intell's nõ eſt corpus nec v̾tus in corpe: ⁊ lʒ minor hec ſit in ꝑª figura ⁊ negatiua: tñ maior cõuertit̃ in terĩs, iõ põt eſſe bona ⁊ vtilis cõbinatio. ¶ Huius accepit maiorẽ.d. Et qꝛ oẽs forme mãles ſt̃ aut corpus, aut virt⁹ in corpe: Minorẽ tacuit, ⁊ accepit ꝯnẽ.d. Manifeſtũ eſt, ꝙ iſta ſub̃a, que dĩ intell's mãlis, nõ dĩ corpus, nec v̾tus in corpe. eſt igit̃ nõ miſtũ cuʒ mã omo. ¶ Deinde ibi [Et debes ſcire] Probat ⁊ idẽ 3°, ⁊ virtus eius eſt virtus enthymematis, vel iductionis: hoc pacto, intell's eſt ſub̃a, ⁊ nõ eſt corpus, nec forma miſti, nec forma el'nti: ergo eſt virtus ſepata ⁊ imiſta, inquit. Et debes ſcire, ꝙ id, qđ dedit hoc necio, eſt: qꝛ iſta ſub̃a ẽ. i. qꝛ intell's eſt ſub̃a. Et ꝙ recipiẽs forãs reꝝ mãliũ: vel mãles, nõ hʒ in ſe formã mãlez. ſ. ꝙ ſit cõpoſita ex mã ⁊ forã. vult dicere, intell's: qm̃ recipit has formas, nõ eſt cõpoſit⁹ ex mã ⁊ forma. i. nõ eſt corp⁹, ⁊ hoc erat primũ. ⁊ neqʒ ẽt eſt aliqua forma formaꝝ mãliũ. i. nõ eſt forma miſti, vel ſupaddita miſtioni. Cuius rationẽ reddit.d. Forme enim mãles nõ ſunt ſeparabiles, ⁊ ſup. itell's ſic, ergo non eſt forma miſti. ⁊ hoc fuit ſcđm membrũ. ¶ Et neqʒ eſt ẽt ex formis primis ſimplicibus. i. aliq̃ forã el'nti ꝓpter duo. ꝑmo: qꝛ ille non ſunt ſeparabiles. ſcđo qm̃ non recipiunt formas niſi diuerſas, ⁊ ꝭm ꝙ ſunt intellecte in potẽtia, ⁊ non actu: intell's intelligit vl'e, ⁊ actu intell'm. eſt igit̃ aliud ens a forma, ⁊ a mã, ⁊ a cõgregato. ⁊ ſic pʒ 3ª rõ. ¶ Debes ſcire ꝙ forme elemẽtoꝝ, imo oẽs forme cõpoſitoꝝ dñr diuerſe ⁊ intellecte in potẽtia diuerſe qdez: qm̃ indiuidue ꝑ materias diuerſas. intellecte in potentia v̾o qm̃ non actu poſſunt mouere intell'm ꝑ ſeipſas tm̃, ſed mediante intell'u agẽte, ⁊ ideo nõ dñr itellecte in potentia paſſiua: ſed potius actiua vel motiua. ¶ Scđo debes ſcire ꝙ Auer. addit [Intell's eſt ſub̃a] qm̃ (ſicut in perihermenias diximus) ex negatiua nõ ſeqtur affirmatiua: niſi ſubiecto ꝯſtãte. nõ eniʒ ſeqtur hõ nõ eſt iuſtus, ergo hõ eſt non iuſtus, dato ꝙ hõ nõ ſit: ſed bñ hõ nõ eſt iuſtus, ⁊ eſt, g̾ eſt nõ iuſtus: ſic ⁊ hac in pte nõ vʒ, intell's nõ eſt corp⁹, neqʒ forma miſti, neqʒ forma ſimplex, ergo eſt ſub̃a ſeparata, ſed dʒ addere ꝙ ſit ſub̃a, ⁊ qđ non poſſit eſſe niſi alterum hoꝝ. Et ideo Auer. addit vebum, id [⁊ intellectus eſt ſub̃a.]

Dubõeſ

¶ Sed circa ſyll'm primũ accidũt.q. Tum q̃ʒtũ ad maiorez. Tum q̃ʒtũ ad minorẽ. Sed qm̃ q̃ʒtũ ad maiorem mouebit ipſe.q. ideo circa minorẽ dubitabimus. erat eni minor hec [Sed intell's poſſibilis recipit oẽs formas mãles.] Modo hec vĩ ambigua: primo cur obiecta cognita vocant̃ forme: potius enim mã debẽt dici, qm̃ nobilius hʒ rõnẽ forme, vt 36. cõmẽto inqt. qđ Themi. capite. 27. ꝯfirmat.d. Inferiora aũt cetera mõ ſubitoꝝ loco hñr. ¶ Scđo cur mãles: vĩ eni ꝙ imãles dici debeãt qm̃ ſenſibiles vt ſentiunt̃ vocãtur forme ſine mã. ergo ⁊ intelligibiles a fortiori, ⁊ hoc cõmento. 18. apparebit. ¶ Tertio vĩ ꝙ nõ oẽs ſciat, qm̃ 2° celi. dicit ꝙ intell's non põt ſcire an polus articus ſit ꝑfectior antartico. ¶ Quarto Auer. inquit hãc ꝓpõnem eſſe manifeſtam per ſe, modo hec eſt demonſtrabilis, ergo non manifeſta.

Cõ.16.

¶ Ad primã dđʒ ꝙ itellecta actu dñr forme vl' qm̃ vl'ia ſunt actu: eſt eniʒ vl'e forma: vt primo metaphyſice dĩ. Uel qm̃ intell's non recipit ipſa: ſed eoꝝ ſilitudines, que ſpecies, ⁊ forme dñr. Uel qm̃ cauſant intell'm nr̃m in gñe forme, vt in lib. d. d. erũt ergo forme, qm̃ ꝑficiũt intell'm nr̃m in gñe forme. Uel qm̃ ex intell'u ⁊ itelligibili fit magis vnũ: q̃ʒ ex mã ⁊ forma, ⁊ hoc nõ eſſet: niſi qꝛ intelligile act⁹ eſt, ⁊ intellectus potẽtia. Uel qm̃ effectus agẽtis forma eſt, ⁊ cũ intelligibile effectus ſit intell's agentis: vt cõmẽto. 18. videbit̃, iõ ⁊ forma dĩ.

Cõ.27. Diſpu. 3ª in ſol. 18.

¶ Ad ſcđam dñr forme mãles vel cõparatiõe ad formas ſimpl'r abſtractas. Uel qm̃ ex mã educte luce itellectus: multa eni denoiant̃ a termino a quo 2° phyſicoꝝ vt curatio. ¶ Ad tertiã itell's ſcit oĩa ſimplicia ⁊ vl'ia ſʒ multa cõplexa pñt eẽ ei ignota. Uel ⁊ oĩa cõplexa ꝑ ſe ſcit lʒ cũ difficultate aliqua, ⁊ id verbũ impoſ'e notat difficultatem, ſicut exponit v̾bũ Ariſto. 2° metacc.

Cõ.14.

¶ Ad quartã illa minor eſt famoſa ꝓpter qđ Empeđ. dixit intell'm oĩa eſſe miſtiõe: alij receptione, ⁊ experientia docet nos diſputare de quolibet. Põt aũt demr̃ari ẽt ſic, oĩs virtus deſiderans nãl'r aliquã perfectionẽ, aliquãdo attingit illã, ſed intell's ẽ virtus nãl'r deſiderans cognoſcere oĩa illa entia aliquo mõ tãq̃ʒ eius ꝑfectionẽ, ergo intell's aliqñ cognoſcit illa. Maior pʒ 2° metacc. ⁊ ꝑmo celi. Minor v̾o Ariſt. eſt in principia metheoroꝝ.

Cõ.ꝑ.

¶ Amplius ſcđo, oĩs nã intellectualis cognoſcit oĩa entia aliquo mõ, intell's eſt nã intellectualis, g̾ cognoſcit oĩa. Maior inductione pʒ: intell's primi oĩa cognoſcit, intell's ſaturni oĩa, ⁊ ſic vſqʒ ad noſtrum. Minor ꝯſtat. ⁊ h̃ qdẽ demr̃atio potior eſt ꝑma: qm̃ maior eſt immediata. ꝙ enim nã intellectualis cognoſcit oĩa, eſt imediata ⁊ non põt dari altera cã: niſi qꝛ nã intellectualis, quẽadmoduʒ ſicut neqʒ cur graue deſcẽdat põt dari altera cã niſi: qꝛ graue ſit, ⁊ i ꝓpoſito. nã eniʒ intellectualis, qm̃ eſt itellectualis. iõ recipit oĩa, qm̃ oĩs intell's oĩa eſt: eo qꝛ eſt intell's. Accepit aũt hãc tãq̃ʒ famoſam Auer.

Cõ.ꝑ. Cõ.ꝑ.

¶ Sed circa primã ꝓpoſitionẽ ambigunt. An. ſ. potentia intell's ad itelligibilia ſit ſb̃a rõnalis aĩe.

Joan.

¶ Joã. in. q. 3ª huius breuibus inqt, ꝙ potentia intellectiua, qua rõnalis aĩa cõparat̃ ad intelligibilia nõ eſt ſub̃a eius, ſed accidens ſubiectiue exiſtens in ea. Arguit aũt h̃ tribus argumẽtis. ꝑmo quẽadmoſtũ potẽtia ſenſitiua ad ſenſile, ſic ⁊ intellectiua ad intelligibile. ¶ Scđo qm̃ potentie intellectus ſunt multe, rõnalis aĩa vna. ¶ Tertio qm̃ tũc intell's ⁊ voluntas idẽ eẽnt ſimpl'r. Hoc autẽ falſum, qm̃ hec falſa eſt. intell's eſt voluntas, ⁊ ecõtra. ¶ Amplius per intell'm cõuenit intelligere, per voluntatẽ velle: q̃ ſunt oppoſita diſperata ꝭm rẽ. Hoc idẽ tenent expoſitores, ⁊ ꝑmus expoſitor arguit h̃ in multis locis: arguit eniʒ poª ⁊ actus ſunt vnius gñis: ſed intelligere eſt accñs, ergo poª intellectiua. ¶ Amplius ſi aĩa ꝭm ſuã eſſentiã eſt imediatũ ꝑnm intelligẽdi, cũ ſemꝑ ſit in actu: qꝛ eſt act⁹, ſemꝑ ageret ⁊ operat̃, quẽamodũ per viuẽs, qꝛ viuit aĩa ſemper viuit. ¶ Rurſum nullũ ſimplex depẽdẽs per eius eẽntiã, eſt ꝑnm imediatũ pluriũ opationũ. hoc enim differt depẽdẽs ab indepẽdẽti. ¶ Itẽ accñs variabile nõ ineſt ſubito: niſi mediãte accidẽte inuariabili: itelligere accñs eſt variabile, g̾ ineſt intellectui ꝑ potẽtiã intellectiuã inuariabilem. ¶ Preterea. Sic eẽ ad eẽntiã, ita opari ad potentiã. g̾ ꝑ cõmutatã ꝓportionẽ: ſic eſſe ad opari, ita eſſentia ad potentiã: ſed eẽ differt in rõnali aĩa ab opari. ergo eſſentia a poª. ¶ Rõnes he ab expoſitore accipiunt̃: maxime. q. de aĩa. q. 11. ⁊ in qõnibus prime ꝑtis maxime. q. 79. ¶ Sʒ iſti ſũt ꝯ doctrinã Auer. decl' tũ eſt eniʒ in ſub̃a ſepata ſimplici, cuius eſſe ⁊ eſſentia idẽ eſt ſimpl'r, vna nũo in ſua ſpecie, non poſſe fundari accidens aliqđ nec ꝓprium, nec cõe. Hoc põt declarari ⁊ nunc

his



Cõ.17.

his argumẽtis, ait Auer. 12. metacc. qđ oẽ qđ attribuit̃ intellectui ſepato, eſt idẽ illi: niſi ſit in mã, vel depẽdẽs a mã, Sʒ poª intellectiua nec eſt in mã, neqʒ depẽdẽs a mã: g̾ eſt ſb̃a rõnalis aĩe. ¶ Amplius q̃cũqʒ ſunt diſperſa in nã inferiori colligunt̃ ꝑ idẽtitatẽ in ſuꝑiori ꝭm Proculũ, ſʒ poª ⁊ eẽntia in ſenſitiua aĩa diſperſa ſunt re, g̾ in rõnali aĩa erunt idẽ re. ¶ Itẽ rõnalis aĩa circũſcripto oĩ diſtincto real'r ab ea, eſt ꝑfectior nobiliorqʒ oĩ aĩa brutali quantũcũqʒ plena formis, g̾ dʒ ei cõuenire tota ꝑfectio illi⁹ aĩe: ⁊ h̃ nõ eſt niſi exire in opus, g̾ exibit in op⁹: ⁊ cũ ſit circũſcripta poª: erit g̾ ꝑ eẽntiã: ⁊ ſic de facto ſeqt̃ idẽ.

Cõ.51.

¶ Preterea ariſt. ⁊ auer. 12. metacc. hñt pro ipoſi, ꝙ optia ſb̃a q̃lis nã ſepata dignificet̃ ꝑ aliqđ ex̃ eſſentiã ei⁹: eẽt. n. incõpleta, ſed rõnalis aĩa, ꝭm Auer. eſt optia ⁊ ſepata ſb̃a: g̾ nõ põt dignificari ꝑ aliqđ ex̃ eẽntiã. ¶ Dõm g̾ ꝙ quẽadmodũ colũna: vt colũna, differt a ſeipſa vt dextra, ⁊ deus vt de⁹ a ſeipſo: vt potens: nõ dĩa ꝭm ſb̃m ⁊ rez: ſed tm̃ in mõ ⁊ rõne. ſic rõnalis aĩa: vt ſb̃a abſtracta, differt a ſeipſa: vt potẽs intelligẽ, non dĩa reali: ſʒ rõne, qm̃ quẽadmodũ de⁹ nõ dĩ potẽs, nec colũna dextra: niſi rel'onib⁹ entib⁹ in nobis, ſic aĩa nõ dĩ potẽs intelligere: niſi poª ⁊ rel'onẽ ente i nobis, ⁊ ita poª nihil addet aĩe rõnali: niſi reſpectũ rõnis tm̃: ſed nobis addet̃ ꝭm rem, pp̃ diſpõnẽ factã in nobis ꝑ intẽtiões imaginabiles. ¶ Potẽtia g̾ intellectiua eſt tm̃ reſpectus rõnis, qui nõ eſt plus in rõnali aĩa q̃ʒ reſpectus dextreitatis in colũna, vel creatoris in deo: qm̃ quẽadmodũ intellectui nõ ineſt nouũ intelligere: niſi reſpectiue, ſic nec potẽtia niſi cõparatione. ¶ Tunc ad argta dõm. Ad ꝑm pʒ dĩa plib⁹ modis. ꝑmo qꝛ rõnalis aĩa eſt ſb̃a ſepata non ſic ſenſitiua. ¶ Scđo qm̃ ſenſus recipit accñs, intellectiua nõ: ſʒ ipſa vl'ia, q̃ non ſunt accñtia, ⁊ alijs modis. ¶ Ad 2am dõm, ꝙ illa mlt'itudo eſt rõnis, quẽadmodũ ſolis ad effect⁹ plures. ¶ Ad 3am dõm, intem ⁊ volũtatẽ eſſe idẽ, tm̃ differre per extrinſecos act⁹. ſ. nr̃os, vt dicemus: ⁊ iõ hñt diuerſa noĩa, ⁊ diuerſam ꝑdicationẽ. ¶ Ad ꝑam expoſitoris põt dici, ꝙ poª intellectiua nõ eſt ad intelligere: qđ ſit accñs, qm̃ ꝭm me intelligere nõ eſt accñs rõnali aĩe, ſʒ forã recepta cõprehẽſiue. Uel ꝙ id verbũ itelligit̃ in poª ⁊ actu obtiuis. ¶ Ad 2am totũ ꝯcedim⁹: eſt. n. ſemper intelligẽs ꝭm ſe, lʒ reˡˡ nr̃i dicat̃ qñqʒ, ⁊ qñqʒ nõ intelligẽs. ¶ Ad 3am dico, ꝙ rõnalis aĩa non eſt abſolute ꝑnm imediate opationũ ꝭm ſe: ſʒ reſpectiue, ⁊ ideo reſpectiue plures hʒ potẽtias rõnis tm̃. ¶ Ad. 4am pʒ. intelligẽ enim nõ eſt accñs aĩe: ſʒ vl'e cõprehenſum, vt dicam poſt. ¶ Ad 5m pʒ, qual'r ſilitudo non currit q̃tuor pedib⁹, ⁊ maxime cum locus ille non niſi in materijs teneat. Et ꝑterea opatio nõ diſtinguit̃ ab eſſentia aĩe: imo eſt vnũ cum ſub̃a, vt dicã. ¶ Iſte ſunt difficultates: que accidunt ad ꝑdicta.

¶ Utrũ aũt.] Obijciunt veteres ad maiorẽ ꝑmi ſyll'i ſic, oẽ recipiens eſſe dʒ denudatũ a nã recepti, ſed intell's recipit ens: g̾ dʒ eſſe denudatus a nã entis, ⁊ ſic intell's nihil erit. Hãc g̾ ꝓſoluẽs Auer. inqt. Utrũ aũt hec ſb̃a. ſ. intell's hẽat formã diuerſaʒ in eſſe a formis mãlib⁹, adhuc nõ declarat̃ ex hoc ſermone. dicere vult declaratione completa ac ſimpliciter. ¶ Tunc apponit ſol'.d. Propoſitio enim.d. ꝙ recipiens dʒ eſſe denudatũ a nã recepti, intelligitur a natura ſpẽi illius recepti: nõ a nã ſui generis, ⁊ maxime remoti. i. nec maxime a nã gñis remoti, ⁊ maxime nec eius qđ dĩ ꝑ equiuocationez. i. entis: ⁊ ſic pʒ ſol'. ¶ Et ideo diximus.] Confirmat ſol'. hanc, ⁊ inquit. Et ideo diximus ꝙ in ſenſu tactus inuenit̃ mediũ inter ꝯ̾ria: que cõprehẽdit. ꝯ̾ria enim alia ſunt in ſpecie a medijs. ¶ Tũc dedit ꝯnem huius digreſſionis, ⁊ inquit. Et cum talis eſt diſpoſitio intellectus mãlis. ſ. ꝙ eſt vnũ entiũ, ⁊ ꝙ eſt potentia abſtracta, ⁊ non hʒ formã mãlem, manifeſtũ eſt ipm non eſſe paſſiuum: cuʒ paſſiua. ſ. trãſmutabilia ſint forme mãles, ⁊ ꝙ ẽ ſimplex, ſicut dicit Ariſt, ⁊ ſepabilis, ⁊ ſic intelligit̃ natura intell's mãlis apud Ariſt. ⁊ poſt loquemur de eius dubijs.

Utrũ eẽ recipiẽs ſit denudatuʒ a nã recepti.

¶ Sed in dictis plurime ſunt ambiguitates. ⁊ ꝑª quidẽ eſt, vtrũ oẽ recipiẽs debeat eẽ denudatũ a nã recepti, maxieqʒ intell's a nãis formaꝝ mãlium. ¶ Antiquioꝝ qdaʒ in doctrina Auer. ꝑcipue ꝯſũmati ꝓpõnẽ hãc itelligũt, ꝙ intellectus eſt denudat⁹, ⁊ vl'r omne recipiens a ſpẽ recepti. i. diſtinctũ a nã ſpẽi cognoſcibilis. ⁊ ſic verificat̃ in intell'u, ⁊ ſenſib⁹ nõ ꝙ ſit ſeparatũ ꝭm eſſe a ſpẽ cognoſcibilis rei, qm̃ ſpẽs rei eſt in cognoſcẽte. ¶ Sed hec expõ nihil eſt. ꝓ, qm̃ (vt Auer. dixit in 2° h⁹) Ariſto. vtit̃ ea in oĩ receptiõe, g̾ gloſa non cõplet totũ intem ꝓpõnis.

Cõ.67.

¶ Preterea. Tũc demr̃atio ꝑdicta non cogeret: ꝯcluderet. n. tm̃ intem eẽ diſtinctũ a ſpẽb⁹ formaꝝ mãliũ cognoſcibiliũ: ⁊ tũc demonſtratio nõ ꝯcluderet: erat. n. demr̃atio oẽ denudatũ. i. diſtinctũ a ſpẽb⁹ formaꝝ mãliũ, eſt imiſtũ ⁊c. Hec qdeʒ maior falſa erit, qm̃ forma mãlis põt eſſe diſtincta ab oib⁹ ſpẽb⁹ rerũ mãliũ ⁊c. ¶ Alij dicũt hãc ꝓpõnẽ eẽ verã, intelligẽdo per ſpẽz largo mõ, pro omni nã differẽte ab altera ꝭm magis ⁊ minus. ¶ Sed hec gloſa debilitat demr̃ationẽ Auer. vt pʒ ꝯſiderãti. ¶ Propter qđ Jo. in. q. ꝓpria ait eẽ intelligẽda hoc pacto, ꝙ recipiẽs eſt denudatũ ꝭm rem, ⁊ eſſentialiter a naturis receptis. ¶ Sed cõtra: qm̃ tũc ꝓbarẽ cogitatiuã eẽ imãlẽ h̃ pacto, oẽ denudatuʒ a nãis receptis ꝭm rem ⁊ eẽntialiter imãle, ſed cogitatiua eſt h⁹, ergo imãlis. cõcluſio impoſ'is, ⁊ nõ minor: ergo maior. ⁊ ſic gloſa falſa. ¶ Ideo aliter mihi vĩ eẽ dõm, ꝙ recipiẽs non dʒ eẽ denudatũ. i. ſeparatuʒ a nã recepti ꝭm gen⁹ analogũ. i. ꝭm nãm entis, nec ꝭm genus remotũ vniuocũ, vel ꝓpinquum: qm̃ poſ'e eſt recipiẽs hr̃e aliqđ de gñe remoto, vel ꝓpiquo rei recepte: tanq̃ʒ rõnẽ recipiẽdi, quẽadmodum mã hʒ formã corꝑis, que eſt eiuſdẽ gñis oibus formis recipiendis: tãq̃ʒ mediũ rõnẽ recipiẽdi, nec dʒ intelligi ꝙ recipiẽs non hẽat aliqđ indiuiduũ eiuſdẽ ſpẽi cũ nã rei recepte: oculus enim hʒ colorẽ ⁊ ſpẽm recipit coloris. erit g̾ intellectus ꝓpõnis, ꝙ omne recipiẽs ſit denudatũ a nã recepti ꝭm ſpẽm. i. nõ habeat aliqđ indiuiduũ eiuſdẽ ſpẽi cum re recepta: tanq̃ʒ rõnẽ: aut mediũ recipiẽdi, quẽadmodũ oculus ⁊ ſi albus ſit, non tamẽ albedo eſt mediũ: ⁊ rõ recipiẽdi ſpẽm albedinis: non enim oculus videt qm̃ albus, vt cõſtat. Si eniʒ recipiẽs hr̃et aliqđ eiuſdẽ ſpẽi cum recepto tanq̃ʒ rõnem ac mediũ recipiẽdi, tũc idẽ eẽt ratio recipiẽdi ſui ꝑ regulam: Auer. 2° celi. in indiuiduis eiuſdẽ ſpẽi q̃cq̃d competit vni eẽntialiter ⁊ alteri: ⁊ ſic idem reciperet ſe, ⁊ mouens eſſet motũ ꝭm rõnẽ vnã formalẽ, que ſunt abſurda. ⁊ hoc pacto intelligit Auer. 2°. huius. inqt. n. Nihil enim recipit ſe aut eſt cauſa recipiendi ſui.

Cõ.59.

¶ Et ideʒ ꝑmo phyſicoꝝ. vbi voluit idẽ poſſe recipe ſe per accidẽs, nõ autem per ſe. hoc enim voluit intelligere aperte, ⁊ idẽ in 3° celi.

Cõ.67. Cõ.76. Cõ.67 in fine vide.

¶ Sed ambiges, nã ꝑª demr̃atio dʒ hr̃e ꝯnem talez qualẽ ꝑmiſſe continent, ⁊ ſic intellectus primi ſyl'i erit, omne recipiẽs dʒ eẽ denudatũ a nã recepti tanq̃ʒ a cã recipiẽdi ꝭm ſpẽm, ſʒ intellectus eſt recipiens oẽs formas mãles, ergo eſt denudatus ab omnibus formis mãlibus tanq̃ʒ a rõne, ⁊ medio, ⁊ cauſa recipiẽdi. ⁊ hoc cõcedo, ſed tunc nõ valebit ſcđus, omne denudatũ a natura receptibilium formarũ mãlium tanq̃ʒ a cauſa, medio, ⁊ rõne recipiẽdi, eſt imãle ⁊ imiſtum, ſicut non valet, omne denudatuʒ a naturis coloꝝ tanquã cauſa ⁊ ratione recipiẽdi eſt incoloratum: vt pʒ in oculo. ¶ Amplius ad idẽ, intellectus ſi eſt mãlis, adhuc differt ſpecie ab alijs, ergo poſſet per ſui nãm eſſe ratio recipiendi ⁊ cã alioꝝ. nec ſeqtur, ergo ſuiipſius, cuʒ non ſit eiuſdẽ ſpeciei. ¶ Et hec. q. eſt mihi multum difficilis, ⁊ vtinam ſcirẽ dicere aliqđ dignum ad eam: attñ opʒ addere ꝙ recipiens ſit denudatũ a re recepta tanq̃ʒ a cauſa recipiendi, ⁊ modo eẽndi eius, ⁊ tunc componitur ſyll's ſic, omne recipiẽs dʒ eẽ denudatũ a natura rei recepte ꝭm ſpẽm: tanq̃ʒ a rõne, ⁊ cauſa, ⁊ medio recipiẽdi, ⁊ modo eſſendi illius: ſed intell's eſt recipiens oẽs formas mãles, ergo dʒ eſſe denu-

datus a formis mālibus:tanq̄ʒ a cauſis recipiendi. ¶ Tūc fiet maior ſcōi ſic, omne denudatū a formis mālibꝰ tanq̄ʒ a cauſis recipiēdi, ⁊ mō eēndi eaꝝ, eſt immāle:eſt enim modus eēndi indiuidualr̄ ⁊ ſignate, ſʒ intellectus eſt denudatus a naturis formaꝝ tāq̄ʒ a rōne recipiēdi ⁊ modo eſſendi, vt cōſtat. ergo imālis. mō id qd̄ dr̄ in oculo nihil eſt, eſt enim oculus incoloratus tanquā recipiens, ⁊ denudatus a modo rei recepte cum ſit aliud eē hn̄s. ¶ Qd̄ dr̄ de itellectu, ⁊ alijs formis nihil eſt etiā:qm̄ intell's ī caſu illo, ⁊ forme māles eēnt eiuſdē ſpēi in rōne māe, non ſimplr̄, ⁊ hoc ſat eē pōt. ¶ Et ſic pʒ de tactu. tactus enim recipit calidū per h̄ ꝙ hʒ in ſe frigidū, ⁊ frigidū p̄ hoc qd̄ hʒ calidum, ⁊ ſemper vnū ꝯ̄riū p̄ hoc ꝙ cōtinet alterū. ¶ His patēt p̄me ꝯ̄ñtie in p̄nᶜ cōmēti inducte:ſi eniʒ intell's eſſet miſtus, erit q̄ꝛ ipſe in ſe erit corpꝰ miſtū ex q̄tuor elr̄ti, ⁊ miſtum nō eſt vnū niſi p̄ vnam formaʒ miſtionis, intell's ḡ habebit vnam formā, per quā erit vnus in eē. ſi v̄o ponit̄ virtus in corpore, habebit diſpōnē qua cōſeruat̄ in mā, ⁊ cū idem ſit p̄nᵐ eēndi ⁊ operādi intellectꝰ, cōplōne vl' diſpōne illa operabitur:⁊ cum illa complexio vel diſpoſitio ſit determinata ad vnū, ſicut apparet in omnibꝰ diſpōnibus ſenſuum:diſpoſitio enim qua viſus ſuſtētatur in oculo, ordinata eſt tm̄ ad colores:auditus v̄o tm̄ ad ſonos, ⁊ ſic intell's nō participet oīa. ¶ Intell's ḡ ꝑpōnis predicte eſt, omne recipiēs dʒ eē denudatū a nā rei recepte ſm̄ ſpēm:tanq̄ʒ a rōne recipiendi, ⁊ eēndi:⁊ ſic ſeq̄tur de intellectu ip̄m eē hꝰ, vt diximꝰ. ¶ Luculētius dicerē ⁊ alr̄, ꝙ ꝓpoſitio illa pōt vlr̄ gloſari in oī receptione:tam ei particulr̄ q̄ʒ vlr̄, taʒ māli q̄ʒ ſpirituali:⁊ ſic itelligit̄ eo pacto quo dixi. ſ. ꝙ oē recipiens ſit denudatū a nā ſpeciei recepte:tanq̄ʒ a cā, rōne, ⁊ medio recipiēdi:⁊ ſic nō ē demr̄onis p̄ñtis ꝓpō, qm̄ ſic non concluderet vt argumēto tacto mōſtraui. ¶ Alio mō pōt intelligi ꝯ̄cte, ⁊ ſic erit glo. ꝙ oē recipiēs receptiōe vlī, ⁊ abſtracta a mā, ⁊ māe ꝯditionibus oibus, eſt denudatū a nā ſpeciei recepte, quod in eo recipit̄ per ſe:tanq̄ʒ a rōne recipiēdi, ⁊ medio, ⁊ cā:tam ſm̄ eſſe q̄ʒ ſm̄ modū eēndi. ⁊ hec non recipit inſtātiā. Dixi. [Receptione vlī] Excludēdo receptionem ſenſuū. Dixi. [Qd̄ in eo recipit̄ p̄ ſe.] excludēdo, qm̄ intellectus recipit ſe p̄ accn̄s intelligendo alia. Dixi. [Tam ſm̄ eē q̄ʒ ſm̄ modū eēndi] vt accipiamus ip̄m eē ſepatum ſimplr̄, ⁊ ſic remouet̄ argᵐ de ipſa cogitatiua, ⁊ de cognitiōe ſbaꝝ ſepataꝝ, ⁊ de oculo, ⁊ alijs:cogitatiua. n. ꝑticulr̄ recipit:ſbe ſepate nō itelligūt p̄ receptionē vlēʒ:aut ꝑticularē, ſʒ p̄ eēntiā agētis:oculus v̄o recipit ꝑticulr̄. Et ſic intelligēdo nec pōt calūniari:nec ad eā inuenit̄ queſtio.

## COMMENTARIVM.

**Auerroes** exponit, ꝙ cum Ariſtoteles accepiſſet intellectū eē impatibilē, hoc eſt incorruptibilē atq̄ʒ abiunctū. nūc vult illd̄ demr̄one declarare:⁊ ſic ſm̄ Auer. Ariſtoteles demr̄one nūc declarat, qd̄ narratione accepit. ¶ Sed hec expoſitio verbis Ariſtotelis nō ꝯſonat:qd̄ eniʒ Ariſtoteles nō accepit, nō dʒ demr̄one ꝓbare. Sed non accepit intellectuʒ eſſe incorruptibilē/ſed impatibilē ab obiectis. ḡ nō eſt verū ꝙ nūc illud declaret.

Prima Auer. expō.

¶ Iuniores v̄o, cū qbꝰ nos aliq̄n ſentiebamus, Ariſtotelem dixerūt ꝓximo textu ꝓbaſſe intellectū eē impatibileʒ ab obiectis. At nūc ꝓbare eū dicūt inteᵐ eē ſimplr̄ impatibilē, atq̄ʒ imāleʒ. nec māe, nec corpi, nec deniq̄ʒ alicui forme māli ꝑmiſtū. ¶ Simp. vero ⁊ Them. alr̄ expoſuerūt: iuxta quoꝝ expōnem dōm eſt, ꝙ cum Ariſtoteles accepiſſet duo cōia ſenſui, ⁊ intellectui, nunc accipit q̄dam ꝓpria ipſi intellectui, vt hinc ꝓficiſcat̄ ad dr̄iam exponēdā inter intellectū ⁊ ſenſum. p̄mū ḡ ꝓpriū intellectui ſm̄ Them. ⁊ Simpl'. eſt vt intell's ſit ꝑtāte oia:hoc eſt, vt nullā ſpēm certā, aut p̄cipuā hābeat:⁊ hoc intelligit Ariſtoteles, cum ait, eum eē imp̄miſtū:intell's eniʒ eſt oibus intelligibilibꝰ imp̄miſtus:q̄ꝛ eſt oia intelligibilia ꝑtāte. Probat autem Ariſtoteles hoc eē ꝓpriuʒ intellectui ex eo, q̄ꝛ oia itelligit.

Iunioꝝ expō.

¶ Quo v̄o ad v̄boꝝ cōſtructionē attinet, debes ſcire verba Ariſt. que refert de mēte Anaxa. poſſe legi cōparatiue/⁊ poſſe intelligi expoſitiue:cōparatiue quideʒ leguntur, ꝙ ſicut Anaxa. ꝓbauit diuinū intellectū eſſe imp̄miſtum his, qbꝰ imperat, vt oibus libere imperare poſſit:ſic a pari oʒ intellectū hūanū eē imp̄miſtū oibus his, q̄ ipſe intelligit, vt oia poſſit intelligē:lege ḡ ſic, nec̄e itaq̄ʒ qm̄ oia intelligit, imp̄miſtū eē, h̄ eſt vt ſit ꝑtāte oia, nullā certā ac precipuaʒ ſpēm hn̄s, ſic Anaxa. dicit:diuinū intellectū eē imp̄miſtuʒ ab his, qbus imperat, vt libere illis imperet, hoc aūt eſt. i. ſic intell's dʒ eē imp̄miſtꝰ ac oia intelligibilia ꝑtāte, vt ea poſſit libere ac pleniꝰ cognoſcē. ¶ Uel verba hec p̄ñt itelligi expoſitiue, ita vt Ariſto. exponat verba Anaxa. illa accōmodādo ad ſuū ꝓpoſitū:⁊ tunc lege ſic, nec̄e itaq̄ʒ, qm̄ oia itelligit, ip̄miſtū eē oibꝰ itelligibilibꝰ, ſic dixit Anaxa: ἵνα κρατῇ, hoc eſt, vt cognoſcat. verbū enim illud κρατῇ, pōt exponi vno mō pro imperare. ⁊ ſic ad diuinū itellectū refert̄:vt p̄ phyſicoꝝ pʒ. aut de cognoſcē:⁊ ſic illud Ariſt. exponit hic. Qua rōne ſit, vt textꝰ nō ſit ſilitudinariꝰ, ſʒ vī Ariſto. q̄ſi aucte Anaxa. ꝓbare rem ſuā de intellectu. quō v̄o mō imperare poſſit accipi ꝓ cognoſcē, dicemꝰ poſtea. Deinde aſſignat rōnē nō cōtētus Anaxagore aucte:enthymema ḡ eſt h̄, intell's oia cognoſcit:ḡ eſt ipſis intelligibilibꝰ imp̄miſtꝰ nullā formā p̄cipuaʒ ⁊ certā hn̄s, ⁊ argumentat̄ p̄ ſyll'm ꝯ̄dictiōis, ⁊ inquit, Quia ſi hr̄et aliquā formā ſibi inditā, ac peculiarē, illa forma q̄ intellectui iuſta appareret q̄ſi ſibi indita, atq̄ʒ congenita/ꝓhibēt ex̄neū recipi in ipſo, atq̄ʒ preobſcuraret mētē, adeo vt nullū aliud intelligibile poſſet in ea recipi p̄ter ſpēm illā:lingua enim acuto ſapore affecta impedit̄ deguſtare ceteros ſapores:ſapor enī obturans vias guſtatiles:p̄cludit ſaporoſa alia oia. ¶ Sʒ dices ad qd Ariſtoteles ſumpſit h̄ intellectui ꝓpriū. p̄ᵃ. n. facie vī Ariſt. accepiſſe iſtud ꝓpriū de intellectu aduerſus Empe. qui poſuit inteᵐ eē miſturā oium rerū, vt oīa itelligeret. Etiā p̄ᵃ facie vī eē hoc poſitū p̄p̄ platonicos, q̄ oīuʒ reꝝ inteᵐ nr̄m ſpēs, ⁊ formas nā inſitas hr̄e aiunt añ eius cū corpe vnionē, q̄s ſpēs Themiſtius appellat notiones, ꝯ̄ quos aſſerit tales ſpēs preoccurrē mētē potiꝰ, q̄ʒ diſponē. Uidet̄ etiā hoc eē dictū aduerſus vtroſq̄ʒ. ¶ Ubi annotatione dignū intell'm poſſe intelligi eē imp̄miſtū, aut reſpectu māe, ⁊ corpis, ⁊ ita dicet̄ imp̄miſtꝰ, ſi eēt abſtractꝰ:ſic enim eēt incorporeꝰ ⁊ imālis:⁊ lʒ veꝝ ſit ꝙ intell's ſit h̄ pacto imp̄miſtꝰ, de hac imp̄miſtione Ariſt. nūc nō loquitur. Scōo mō intelligi pōt reᵘ intelligibiliū, ⁊ hoc bifariaʒ, aut reſpectu ipſoꝝ intelligibiliū in ſe, aut reᵘ ſpēꝝ/earū rerū, quas intelligit. Uidet̄ ḡ Ariſtoteles voluiſſe ꝯ̄ vtroſq̄ʒ itellectū eē ſimplr̄ imp̄miſtū:⁊ vtit̄ h̄ enthymemate, intell's omnia intelligit:ḡ eſt imp̄miſtus:hoc eſt tam reᵘ intelligibiliū reᵘ aduerſus Empe. q̄ʒ reᵘ ſpērū eaꝝ reꝝ/q̄s intelligit aduerſus Platonem. ¶ Sed occurres, nam data Ariſto. rōne. tunc ſpēs rerū itelligibiliū prius acq̄ſite impedirent acq̄ſitionē ſpērū poſterius acq̄rendaꝝ:cuius obſeruamus oppoſitum:imo diſponunt ad illas facilius acquirendas. ¶ Quidā dixerūt ꝙ ſpēs cōnate aīe impediunt, ſpēs vero poſteriꝰ acq̄ſite nō impediūt:imo diſponūt aiaʒ ad facilius poſteriores acq̄rēdas:nō tm̄ huiꝰ dr̄ie cām aſſerūt. Siquis tm̄ vellet, pōt aſſignare bonā cām, q̄ꝛ cuʒ aliqua ſpecies eēt anime connata, vt Plato dicit:ita ſe hr̄et ad aiam, vt grauitas ad ip̄m graue, ḡ ſicut graue nō pōt moueri niſi ſua grauitate:ita aia non poſſet intelligē niſi mediāte illa ſpē. Ubi v̄o ſpēs eēt acq̄ſita:cū nō eēt aie cōnālis, poſſet intelligere alia intelligibilia ſine illa:imo p̄ illā diſponit̄ anima ad acq̄ſitionē aliaꝝ ſpērū. ¶ Sed quouis mō rn̄ſio intelligat̄, h̄ nihil eſt ad poſitionem Platonis:naʒ Plato aſſerit oēs rerū ſpēs eſſe aie cōnatas:⁊ ſic concedit animā nihil de nouo intelligē, q̄ꝛ apud eum intelligē eſt reminiſci:vt in Menone pʒ. q̄re argᵐ Ariſt. vī oino friuolū.

Ad qd̄ h̄ intellectui ꝓpriuni.

Quid de argᵗᵒ Ariſto.

Suppō Ariſto.

¶ Propter hec ſaluo meliori iudicio, dico hec, que Ariſtoteles ait:eſſe nec̄ia nō ſimplr̄, ſʒ ſupponēdo ip̄m intelligē fieri de nouo in aia nr̄a:qd̄ Ariſt. hic non ꝓbat, ſʒ in libro poſterioꝝ ꝓbauit: ibi. n. accepit oēm doctrinā, ⁊ oēm diſciplinā fieri ex p̄exiſtēti cognitione ſenſitiua. Hac ſuppōne ſtāti vt ꝯceſſa ⁊ vera, quā dedit intelligē p̄ illa, q̄ accepit cōia intellectui ⁊ ſenſibꝰ. ¶ Ponit hāc ꝯ̄nē, vʒ, intell's eſt imp̄miſtus, h̄ eſt nec eſt miſtura itelligibilium, vt dixit Empe., nec eſt ſba plena ſpēbꝰ a nā inſitis. Probat lʒ p̄ hoc enthimemate, itell's oia intelligit, ⁊ q̄dē de nouo:ḡ eſt oibꝰ imp̄miſtus illa duplici imp̄miſtione. Cōſequētiā p̄ ꝓbat aucte Anaxagore/⁊ p̄ñt legi cōparatiue, ſic, ſicut dixit Anaxa. de itell'u diuino ipſum eē imp̄miſtū, vt libere imperet rebꝰ mūdi. nam ſi intell'us diuinꝰ eēt alicui/vel aliqbꝰ rebꝰ mūdi, qbꝰ imperitat, ꝑmiſtꝰ, nō poſſet illis libē imperare, veluti iudex nō pōt recte iudicare, q̄ alicui ꝑtiū eēt ꝑmiſtꝰ aut amicitie vinculo, aut ſanguis, aut alteriꝰ id genꝰ. ḡ vt Anaxa. dicit ꝙ diuinus oibus, his qbꝰ imperitat, vt libē imperet, eſt imp̄miſtus, h̄ aūt eſt. i. ita intell's nr̄ imp̄miſtꝰ eſt, vt cognoſcat. Ul' p̄ñt legi expoſitiue h̄ mō, ſicut dicit Anaxa. ἵνα κρατῇ, hoc eſt, vt cognoſcat. Accepit enim Ariſt. κρατῇ. i. cognoſcat, nam cū Anax. metaphorice loq̄bat̄, vt erat ꝯſuetū loqui ī p̄hia ſuo tp̄e:de intellectu hūano loquēs, dixit eū eē intelligibilibꝰ imp̄miſtū vt imperet/h̄ eſt vt libē itelligibilibus poſſit vti, atq̄ʒ de nouo recipe, ꝓpea exponit Ari. ἵνα κρατῇ, hoc eſt cognoſcet, q̄ꝛ locutus eſt metaphorice. ¶ Scōo ꝓbat ꝯ̄ñtiā p̄ rōnē, ⁊ dicit. Iuſta apparēs eniʒ ⁊ ſpēs aie, ac itellectui ꝯnata, ꝓhibet ex̄neū accedē de nouo ipſi aie, ⁊ p̄oſcuraret adeo, vt nihil de nouo itell's itelligēt, qd̄ eſt ꝯ̄ ſuppōnē. ¶ Ex his clare pʒ Ariſtotelē nō ꝓbaſſe itell'm eē imp̄miſtū reᵘ māe vel corpis. ſ. ip̄m eē imālē, atq̄ʒ incorporeū, vt alij dixerūt, ſʒ ip̄m eē imp̄miſtū ipſis intelligibilibꝰ.

Concl'o ꝑipatetica.

Excerptum.

Qō.

¶ Uerū eſt. q. vtrū ex hac imp̄miſtione cū itelligibilibꝰ ſequat̄ imp̄miſtio cū mā, ac cū corpe:hoc eſt vtrū hec ꝯ̄ñtia valeat itell's eſt imp̄miſtꝰ intelligibilibꝰ, ḡ eſt incorporeus atq̄ʒ imālis:eſt enim. q. hec, ⁊ pulchra ⁊ ſūme ꝯ̄ſiderabilis.

p̄ᵃ pō.

¶ Priſci p̄hantes negāt ꝯ̄ñtiā/cōcedūt. n. mētē nō eē permiſtā rebꝰ intelligibilibꝰ, nec ſpēbꝰ reꝝ:⁊ tm̄ aſſerūt mētē eē mālē, ⁊ ꝑmiſtā māe, ⁊ corpi, corruptibilem atq̄ʒ corpoream. Quā opionē epicurei crediderūt quāq̄ʒ poſtea Lucretius, Pliniꝰ lib. 7ᶜ hiſtorie nālis, Galenus ⁊ Alexander ſectati ſunt:⁊ quidē Alexan. pro opione Ariſt. vt lib. ſuo de aia ꝑſpicuū eſt. ¶ Diximus aliq̄n hāc ꝯ̄ñtiā valē, q̄ꝛ ex oppoſito ꝯ̄ñtis infert̄ oppᵐ añtis. Si. n. itell's eſt māe ac corpori ꝑmiſtus:tūc eēt ꝑmiſtus rebꝰ itelligibilibꝰ, q̄ꝛ eēt permiſtꝰ corpi, ſiue māe, ⁊ diſpōnibꝰ mālibꝰ, q̄ oia ſūt res intelligibiles. q̄re habet̄ oppoᵐ añtis:⁊ ſic ꝯ̄ñtia fuit bona.

Cap. 45

2ᵃ

¶ Nūc hec deductio nō placet, q̄ꝛ ſtat aliqd̄ eē ꝑmiſtū intelligibilibꝰ, ⁊ nō ꝑmiſtuʒ itelligibilibꝰ alia atq̄ʒ alia rōne: pōt. n. intell's eſſe nō ꝑmiſtꝰ rebꝰ itelligibilibꝰ, vt obītis, vel vt rōnibꝰ obītiuis, ⁊ eē ꝑmiſtꝰ rebꝰ itelligibilibus, vt ſbītis: viſus eniʒ coloribꝰ, vt obītis nō eſt ꝑmiſtꝰ:⁊ tm̄ coloribus: vt ſbītis pōt dici ꝑmiſtus, q̄ꝛ oculus, in quo eſt, coloratꝰ eſt. Quare intell's pōt dici nec ſpēbꝰ reꝝ itelligibiliū, nec rebꝰ ipſis itelligibilibꝰ ꝑmiſtꝰ, vt obītis, qbus eſt ꝑmiſtus, ⁊ vt ſbītis, ⁊ p̄ idētitatē:cū ſit vnū itelligibiliū.

Refutaᵒ

**Et cōtriſtatio ꝛ delectatio.** Declarat Auer. ordinem illorū triū, ꝛ qualr̃ ꝯueniant ac differant, ꝛ inquit. Et contriſtatio ꝛ delectatio aie eſt actio. i. paſſio ei ꝛ motus: mediante virtute ſenſibili. i. iudicio ſenſus. ergo eſt odor in his duobus, ꝙ iudiciū eſt primo, deinde in ſcdō ordine eſt paſſio. ¶ Et motus.] Et declarat qd ſit id moueri: ꝛ quo ſit, ꝛ dicit. ꝛ motus. i. pati eius: ex h̄ mō circa bonū aut malum eſt, ſm ꝙ malū eſt ꝯtriſtabile, ꝛ bonū delectabile: non ſm ꝙ bonū eſt bonū, aut malū eſt malū: ſicut eſt diſpoſitio in querere: aut fugere intellꝰs. ¶ Debes ſcire, vt ex Themiſtio excipit̃: ꝙ ſenſus nō pcipit, neq; patit̃ a bono inq̃ꝫtū bonum, neq; a malo inq̃ꝫtū malū, ſꝫ ab his inq̃ꝫtū iocūdū vel triſte: qm̄ bonū aut malū ꝯſequunt̃ ens/ inq̃ꝫtū volitū, q̄ ſt̃ ppria intellectui. intellꝰs eniꝫ pcipit ens/ inq̃ꝫtū ens, ꝛ p ꝯñs patit̃ ab ente inq̃ꝫtū bonū, vel inq̃ꝫtū malū. Senſus aūt, qꝛ pcipit ſenſibile, iō patit̃ a ſenſibili inq̃ꝫtū ꝯueniēs: vel diſcōueniēs. Senſus ergo dum pcipit obm, ſub rōne ſenſibilis neq; fugit, neq; ſeqt̃, neq; patit̃. dū vō voluptas ſenſus patitur ab eo triſtat̃ vel delectat̃. dū aūt delectatur vel triſtat̃ ſeqtur vel fugit. ergo in ſenſu ſunt tria, cognitio, que pficit̃ ab ipſo ſenſu, vt cognoſcēte, ꝛ obiecto/ vt percepto. paſſio, que pficit̃ ab ipſo ſenſu, vt voluptante, obiecto: vt delectabili: ꝛ tertio eſt pſecutio ꝛ fuga, que pficiunt̃ ab his, ꝛ eodem mō in intellꝰu ſunt hec tria ordine eodē. ſed de his poſterius dicemus. ¶ Et in hoc.] Declarat 3ᵐ. ſ. fugā: ꝛ querere, ꝛ inqt. In hoc eſt deſiderare rē pñtem, ſꝫ ꝙ eſt pñs, ꝛ indiuiſibilis, ꝛ fugere eā. ſ. deſideriū ſenſibile, qm̄ h̄ eſt ppriū deſiderio ſenſitiuo. ſ. ꝙ nō mouet̃ niſi cū pñtia ſenſati in actu. ergo fuga vel querere ſunt actus hoꝝ cū pñtia ſenſati. ¶ Ecōtrario.] Adijcit dr̃iam aliquā, quo ad hec in intellectu, ꝛ inqt. Ecōtrario deſiderio intelligibili, qm̄ in intellectu ſit pſecutio vel fuga. i. affirmatio vel negatio: ꝛ nō cū pñtiali actualitate obiecti: vt dicemus poſt. ¶ Et ps aie.] Tūc quo pacto illa tria ſe habeant dicit, ꝛ inquit. Et pars aie, que querit ꝛ fugit, eſt eadē pars: nō due diuerſe, ꝛ h̄ intelligit tam in intellꝰu, q̃ꝫ in ſenſu. intellectiuū enim ꝛ volitiuum ꝛ fugitiuū, vel queſitiuū idē ſunt in intellꝰu, ꝛ in ſenſu, ſuo mō. ſunt eni eadē pars in ſubō: dr̃nt aūt actione ꝛ rōne vt diximꝰ. ¶ Debes ſcire, qꝛ ſicut ex parte obti: ita ex pte potētie ſe hr̃e dꝫ, qm̄ queadmodū vna met res ex pte obti eſt cognoſcibilis: doloriſica: vel voluptifica, fugibilis, vel pſeqbilis, ſic ex pte potētie. flauū enim inq̃ꝫtū cognoſcibile eſt obm ſenſus: vt cognoſcitiuus. flauū ēt inq̃ꝫtū doloriſicum vel voluptificū eſt obm ſenſus: vt voluptiui. Rurſuꝫ flauū: vt pñs voluptificū vel doloriſicū obm ſenſus fugientis vel pſequētis. h̄ ergo tria ſunt vna res ex pte ſubti, qꝛ idē flauū in ſubiecto eſt cognoſcibile, voluptificū, doloriſicum, ꝛ fugitū vel queſitū: lꝫ ſit dr̃ia ſm diffinitionē. Silr̃ ꝛ ex parte potētie. eadē enim potentia in ſubiecto eſt cognoſcens, voluptās, ꝛ pſequēs vel fugēs, lꝫ differāt hac rōne: vt diximus. Silr̃ pōt dici de intellꝰu: ꝛ vt ſuo loco dicemus. ¶ Hec ſunt que, ex Themiſtio excipiunt̃, ꝛ alexādro in ſuo libro de anima: ꝛ tu vide.

Que Auer.

Scda expō Philo.

Caº 47. Caº 20.

COMMENTARIVM.

**Cum dedit** ſilitudines inter intellm̄ ꝛ ſenſum/ ex quibus voluit hr̃e, qd ſit perceptio rei triſtis, vel rei delectabilis vt cōpleat totā rōnem ſenſus practici. Nunc vult declarare qd paſſio ſit, ꝛ qūo ex paſſiōe ſeq̃tur fuga vel proſecutio: vt Simplicius autumat. nam in pceſſu ſenſitiuo, qñ aial fugit, aut pſequit̃: tria ſunt. Eſt primo perceptio rei triſtis, vel delectabilis: que nihil aliud eſt q̃ꝫ iudiciū de re apprehenſa. Scdō loco eſt pati triſtari, vꝫ, aut letari: eſt aūt pceptio prior paſſione. pōt eniꝫ eſſe perceptio rei triſtis vel delectabilis ſine paſſione. paſſio aūt ſine perceptione minime. Tertio eſt proſequi vel fugere. eſt autē fuga vel pſecutio non paſſio, ſed operatio a paſſione pficiſcens. Cum igitur ariſtoteles ex illis ſimilitudinibꝰ inter ſenſuꝫ ꝛ intellectuꝫ habuit quid ſit perceptio rei triſtis vel rei delectabilis, nūc declarat quid paſſio ſit ſub noīe triſtari, vel letari: ꝛ dicit. Et eſt delectari ꝛ dolere operari ad bonum aut ad malum, nō quatenus bonuꝫ vel maluꝫ, que ad voluntatē ꝛ ad intellm̄ attinēt, ſed quatenus ſunt delectabile vel triſte, que ad ſenſum ptinent. Propterea addit ſenſitiua medietate, ꝛ intelligit phātaſiam ſiue ſenſum cōem, ſiue ſenſum exteriorē, vt dicemus: vt poſtea dicet̃. Dixit [opari ad bonū aut ad malum] qm̄ pati nō eſt actu fugere maluꝫ, vel pſeq bonū, ſed mediāte paſſiōe preuia parari ad bonuꝫ aſſequēdū, vel ad maluꝫ euitādū. Verbū enim opari, grece ἐνεργεῖν, energin latine agere, vel opari. operari aūt dicimꝰ qñ paramur ad agendū. Dixit [ſenſitiua medietate] qꝛ non paramur ad bonū vel ad malū p intellm̄, ſed p ſenſum iudicantē ac pcipiētē bonū vel malū. Vñ ſeqtur ipſum pati precedere fugā/ vel pſecutionē, ſicut potētia ꝛ pparatio actuꝫ. Propterea declarans qd fuga vel pſecutio ſint, ꝛ dicit. Et fuga igit̃ ꝛ appetitus q eſt ſm actū hoc ſunt: fuga qdē actꝰ eius, qui paſſus eſt triſtitiā: appetitus vero/ actus eius, qui paſſus eſt delectationē: ergo ambo ſunt opari ſꝫ actū, ꝛ in hoc differt a pati, qꝛ pati eſt pparari ad actualem fugaꝫ, vel pſecutionē. At fuga vel pſecutio opari eſt ſm actū eius, q paſſus eſt. Et ppterea dicit, ꝛ fuga igit̃, que eſt ſm actuꝫ, ꝛ appetitio, que ēt eſt ſm actū, ſunt hoc. ſ. operari qd̄ dicebamus eſſe ipſum pati: lꝫ ſit dr̃ia, qꝛ pati eſt prius ꝛ quaſi potētia. fugere vō vel pſeq q̄ſi actu vtrūq; tñ opari ad bonuꝫ vel ad malū. Quare appetitus, q grece eſt ὄρεξις, lꝫ ſit cōe ad fugā ꝛ ad pſecutionē: hic tñ p ipſa pſecutiōe ſumit̃. Demum quaſi aduerſus Platonē ſubdit, ꝛ nō alterū appetitiuuꝫ. i. pſecutiuū ꝛ fugitiuuꝫ, hoc eſt nec inter ſe, nec ab ipſo ſenſitiuo ſunt ſubto altera: idē enim eſt eoꝝ ſubm. ſ. cor: eē vō ꝛ rō eoꝝ altera eſt. At Plato arbitratus eſt alia pte corporis aial ſentire, alia appetere, vel fugere. Ariſtoteles vero corde hec oia aial operari autumat. ¶ Et Auerrois addit aial hec agere eadem aia, ꝛ eadem aie pte, vꝫ, cōcupiſcibili. Plato vō nec eadē aia, nec eadē aie pte. Hec ſunt, que ex cōmētario Simplicij colligi pñt. ¶ Philoponus vō nō minꝰ vere, q̃ꝫ curioſe: alr̃ textū eſſe intelligēdū autumat. Vult. n. ꝙ Ari. poſtq̃ꝫ dedit primā dr̃iam inter intellm̄ ſpeculatiuū ꝛ practicū, nūc dat tres alias. prima eni dr̃ia erat ꝙ ſpeculatiuus intellꝰs ſemp circa vlia verſat̃: practicus vō circa particularia. At nūc ponit ſcdām ꝙ practicus ſemp phantaſia vtit̃. Speculatiuus vō nō ſemp. ꝛ hoc inuit cū dicit [ſenſitiua medietate.] nō enim abſq; phātaſia vel ſenſu cōi aut externo opat̃ practicus, que ſenſitiua potētia eſt quedam medietas organi ſenſitiui vt dicet̃. Tertia dr̃ia eſt, ꝙ ſpeculatiuus intellꝰs eſt ad verū ꝛ ad falſuꝫ. Practicus vō ad bonum ꝛ ad malū. Has duas īnuit, ꝛ eſt delectari ꝛ dolere, q̄ ſunt opationes practici intellꝰus ſenſitiua medietate hoc eſt mediāte phantaſia vel ſenſu ad bonū ꝛ ad malum: ꝛ ſic innuit vtraſq; dr̃ias. Addit [inq̃ꝫtū talia] qꝛ nō eſt opatio intellꝰs practici ad bonū ꝛ ad malum ſimplr̃ ſm reꝫ, ſed vt ad aial/ vt id dicat̃ bonū, qd̄ ſaluat: quod vero corrumpit, malum. He ergo ſm Philoponū ſunt due dr̃ie: ꝛ ſic habentur tres. Quarta dr̃ia erat, ꝙ ſpeculatiuus agit ſine appetitu veritatē cognoſcēs, ꝛ falſitatē, practicus vero cognoſcens bonuꝫ vel malum nō ſine appetitu cognoſcit, ꝛ hoc dicit. Et fuga igit̃ ꝛ appetitus q eſt ſm actū idē ſunt: idē enim eſt fugere ꝛ appetere ſm ſubm. Silr̃ nō aliud eſt fugitiuū ꝛ appetitiuum ſubto, neq; inter ſe, nec a ſenſitiuo, ſed eſſe aliud eſt, ꝛ ſic ſola rōne differunt, quatenus in plus eſt appetitiuum q̃ꝫ fugitiuū. ergo appetitiuū ꝛ fugitiuū ꝛ ſenſitiuuꝫ idem ſunt ſubiecto, ſola rōne differunt. Quare ꝛ in intellectu idē erit, ꝛ ſic nō pōt intellꝰs practicus cognoſcere bonuꝫ vel malum ſine appetitu, ſicut non pōt ſenſus fugere aut pſequi vel cognoſcere fugibile vel delectabile ſine appetitu, qm̄ appetitiuum eſt idē cū fugitiuo vel pſecutiuo, ꝛ appetitiuum eſt idem quod ſenſitiuū. ergo ſicut nō pōt ſenſus practicus cognoſcere triſte, aut delectabile, fugere, aut proſequi ſine appetitu, ſic intellꝰs practicus non pōt cognoſcere bonum vel malum ſine appetitu: que fuit 4ª dr̃ia ſm Philoponum: ꝛ pōt hec expoſitio verbis conuenire: lꝫ cū difficultate.

Argyr.

¶ Aie aūt q̄ principiū eſt rōcinādi: ipſa phantaſmata p inde atq; ſenſibilia ſenſui ipſi/ ſubijciunt̃. atq; cū bonū aut malū eē dic̄ affirmādo aut negādo: tū fugit aut pſeqt̃. Quapp ipſa aia ſine phantaſmate nunq̃ꝫ intelligit.

T. c. 30.

¶ Rōnabili aūt aie/ phātaſmata vt ſenſibilia ſunt. Cū aūt bonū/ aut malum affirmauerit/ aut negauerit: tunc fugit/ aut pſeqtur. Quapropter/ nūq̃ꝫ ſine phātaſmate intelligit aia.

Coll. tex. c. 30

¶ Hanc literaꝫ greci videntur exponere ſubtiliter apud me. Vbi debes ſcire, ꝙ ſermo Ariſtotelis eſt locus a commutata proportione. ſint ergo quattuor termini, videlicet.




Hi enim termini ſic ſe hñt, ꝙ eadem eſt cōparatio ipſius. a. ad. b. ſicut. c. ad. d. vt pſpicue pꝫ. ergo a cōmutata pportione: ſic pᵐ. ſ. a. ad 3ᵐ. ſ. c. ſic 2ᵐ. ſ. b. ad 4ᵐ. ſ. d. ſꝫ pᵐ. ſ. a. ſenſus ad ſenſile. c. ſe hꝫ in triplici ordine, qm̄ pmo ſenſus iudicat. c. ſenſile. 2º patit̃. ſ. triſtitiā vel delectationē. 3º ſeqt̃ vel fugit. ergo ꝛ ſcdm. ſ. intellꝰs tribus modis ſe hꝫ ad q̃rtuꝫ. ſ. phātaſma, qm̄ pmo iudicat. 2º patit̃. 3º affirmat vel negat. Apponit igit̃ ꝯclōnē, ꝛ ſic dꝫ legi lr̃a, cū bonū aut malū affirmat, aut negat. id eſt ꝛ fugit ꝛ pſeqtur intellectiue aie vel dianoetice pti phantaſmata: vt ſenſibilia ſunt ſm illos tres ordines: ꝛ hec expoſitio eſt Simplicij, quā vbis plixis tradit: ꝛ eā voluit itelligere Them. hic. ¶ Propter qd̄ nequaq̃ꝫ.] correlariū ꝯducit ex dictis, ꝛ inqt. Propter qd̄ nequaq̃ꝫ ſine phantaſmate itelligit aia vel dianoetic hi çat aia vt in greco hr̃i ſolet. pōt auteꝫ ſic theorema cōponi. Se hñs ad phātaſma: ſicut ſenſus ad ſenſile p phātaſma: ꝛ nō ſine phātaſmate intelligit. Aia ſe hꝫ ad phantaſma: ſicut ſenſus ad ſenſile: vt dixit. ergo ſine phātaſmate aia non intelligit: ſed oīno p phātaſma. Dixit aūt [nō ſine phātaſmate: ꝛ non cuꝫ phātaſmate] qm̄ aia duobꝰ modis intelligit, vt Simplicius vult, p aſcēſum ad intellm̄, ꝛ tūc ſine phātaſmate itelligere pōt, vel p extrinſecus extēſionē ad ſenſilia: ꝛ ſic p phātaſmata intelligit. dicit ergo, aia non ſine phātaſmate intelligit, vt notaret ꝙ hoc non eſt ſibi eſſentiale ſimpliciter ꝛ ſemper. ¶ Probat aūt Simplicius tribus rōnibus ex verbis Ariſto. acceptis, ꝙ Ariſto. loqtur de intellectu practico: ꝛ non ſpeculatiuo, ſꝫ qꝛ oēs veteres expoſitores hoc opinati ſunt: non reſumo rationes eius: vide ſi placet.

Cō. 30.

**Et in anima.** Apponit pmo Auer. ꝯclōnē loci cōmutati, ꝛ inqt. Et in aia ſenſibili. i. in ſenſu cōi inueniunt̃ imagines quarū modi ſunt ſꝫ modos ſenſuū ad ſenſibilia, ita ꝙ pportio iſtaꝝ imaginū ad intellm̄ māleni eſt ſicut pportio ſenſibiliū ad ſenſus, ꝛ hoc p aliam trāſlationē declarat, ꝛ pſpicue pꝫ. Hec fuit ꝯcluſio cōmutate pportionis. ¶ Et cum anima ſit.] Apponit cōcluſioneꝫ totius ſylli, ꝛ inquit. Et cum anima rōnalis diſtinguit imaginationem, ꝛ iudicat eam eſſe bonam, aut malam, non ſm ꝙ eſt nota eſſe talis aut non talis tm̄. i. ſm ꝙ eſt ens intelligibile, qꝛ vt ſic eſt differentia ppria intellectui ſpecula-

tiuo, qui cognoſcit imaginationez: vt ens: ⁊ non vt bonum, cum hoc inq̄z facit, tunc aīa concupiſcibilis. i. voluntas aut queret id ⁊c. In q̄bus verbis notauit tres ordines. primus eſt iudicandi, cū dixit [diſtinguit imaginē.] i. cognoſcit q̄dditatē ſenſibilem ſeu materialez repreſentātē in phātaſmate. Scḋs patiēdi cū dixit [⁊ iudicat eā eſſe bonā] tūc enim patit̄. Tertius cū dixit [tūc anima concupiſcibilis] ⁊ eſt q̄n affirmat vel negat. quos actis monſtrat per id qḋ adijcit, ⁊ hoc eſt ſil'r ei qḋ accidit ſenſui cōtriſtabili, aut delectabili, ⁊ ſic patent hi tres ordines: quos in lr̄a dedimus. [Et q2 ꝓportio.] Syllogiçat theorema qḋ notauimus in lr̄a, ⁊ iam ſermo eius perſpicuus. [Et in hoc.] Opinatus eſt Themiſtius ꝙ intell's ſpeculatiuus eſt intell'us agens: vt tangit pol'em, ille enim: vt intelligit ab intellectu māli eſt intell's ſpeculatiuus: vt viſum eſt. Ꝯ hoc adijcit Auerrois correlarium primū. ⁊ inq̄t.

Cō.20. Et in hoc dicit expreſſe ꝙ intellecta vl̄ia colligata ſunt cū imaginibus, ⁊ corrupta per corruptionez earū. eſt ergo ſyll'o. Iſte intell's ſpeculatiuus colligatur cuz imaginibus, ⁊ corrūpit̄ ad corruptionē illoꝝ, ⁊ augmētat̄, ⁊ generat̄ ad gn̄ationē ⁊ augmētū illarū. Sed intell's agēs nō colligat̄ cū imaginibus, nec gn̄at̄, nec augmētat̄ ad gn̄ationē, ⁊ augmentum illoꝝ, ergo intell's agēs non eſt intell's ſpeculatiuus. ſyll's eſt in ſcḋa figura. [Et expreſſe etiam.] Auempa. credit intell'm mālem eſſe phātaſma illuſtratuz: vt cōmēto 5° diximus. Ꝯ quē adijcit ſm̄ correlariū, ⁊ inq̄t. Et expreſſe ēt dicit ꝙ proportio intelligibiliū ad imagines eſt ſicut ꝓportio coloris ad corpus coloratū: nō ſicut ꝓportio coloris ad ſenſuz viſus, ſicut eſtimauit Auēpace. Et debes ſcire ꝙ color ſe hʒ ad corp⁹ coloratū: ſicut forma ad mām, ⁊ nā ad indiuiduum. Similiter intelligibile ſe hʒ ad phātaſma: ſicut forma ad mām, ⁊ vl'e ſeu nā ad particulare ſeu indiuiduū. Color aūt ad viſum ſe hʒ vt accidēs ad ſubʒ, ⁊ obm̄ ad potentiā. Vl'e aūt ad phantaſma non ſe hʒ ſicut color ad viſum, ſed bene ad intellectuz ſe hʒ velut color ad viſum. ⁊ ſic pʒ comparatio hec, ⁊ error Auempa.

Dubō. Sed dubitatur, q2 color ſe hʒ ad coloratū: vt forma ad mām ⁊ ſimiliter reſpectu viſus 2° de aīa. Amplius vl'e ſe hʒ reſpectu indiuiduorū vt forma: primo metaphyſice. ⁊ reſpectu intellectus ſimil'r vt forma, ergo comparatio eſt vna ⁊ eadem. (Cō.27.)

Rᵒ Reſpondetur ꝙ color eſt forma colorati, ⁊ ſenſorij vel ſenſus aliter, ⁊ aliter. parietis q̄dem eſt forma ſimpliciter ⁊ abſoluta ſm̄ eſſe reale. ſenſorij vel ſenſus viſus eſt intentio vel forma ſm̄ eſſe intētionale. Similr̄, ⁊ vl'e eſt forma indiuiduoꝝ imaginatoꝝ, ⁊ intell's indiuiduoꝝ q̄dē ſm̄ eſſe reale ⁊ abſolute. Intell's vero eſt intētio ⁊ forma intentionalis. ⁊ ſic cōparatio non eſt eadē, ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſermo Auerrois oīno falſus eſt. Et ex his pʒ quāta colligatio eſt inter phantaſmata, que ſunt indiuidua imaginata, ⁊ intell'm colligant̄ enim in vna forma ſimplici. vna enim met forma eſt indiuiduoꝝ ſm̄ eſſe reale: vt vl'e, ⁊ intell's ſm̄ eſſe intētionale. ⁊ eadē eſt colligatio ſenſus cū colorato. vna eniʒ met forma coloris eſt parietis ſm̄ eſſe reale, ⁊ viſus ſm̄ eſſe intentionale. Secundo pʒ qual'r poſ'e eſt vnā met formā eſſe alicui intentionē ſeu cōprehenſionez: ⁊ alteri non, ⁊ tamen vtriq3 eſt vna numero, ⁊ hn̄s vnam met habitudinem. v.ḡ. vniuerſale intellectui eſt cōprehenſio: ⁊ indiuiduis non: ſed ſola forma, ⁊ tamen reſpectu intellectus, ⁊ reſpectu indiuiduorum hʒ habitudinē forme: lʒ non eodem modo: q̄m intellectui eſt intētio, ⁊ indiuiduis nā, ⁊ res. Similiter color parieti nō eſt cōprehenſio: ⁊ eſt forma, ſenſui vō ⁊ forma, ⁊ comprehenſio ſeu viſio: ꝓpter modum diuerſum quem hʒ in vtroq3. Et plus pʒ tertio ꝙ vna met forma eſt aliquibus forma ſm̄ vnum modum, ⁊ tn̄ vni erit imaginatio ſeu phantaſiatio: alteri intentio. v.ḡ. quidditas rei materialis eſt forma imaginatiue ⁊ intellectus, ⁊ vtriſq3 intentio, ⁊ tn̄ intellectui eſt intentio: imaginatiuē vero imaginatio, ⁊ hoc q2 non ſm̄ vnum met gradum abſtractionis. Et ex his pʒ q3 ſup vacue ſint ſpecies intelligibiles, que ſunt accidentia intell's: vt fingunt latini ſm̄ Auer. mentē, vt diximus in libro de intellectu. [Sed intellecte.] Arguit ſecundo cōtra Auempace, ⁊ ſic cōponitur ſyll's. Nulle intētiones abſtracte a mā recipiuntur in formis imaginatis: vt in ſubiecto, hec enim perſpicua eſt, q̄m abſtractū a mā non recipitur in mā, vel in hn̄te mām. Tunc tātū minorem adijcit, ⁊ inquit. Sed intellecta ſunt intentiones formarū imaginationis abſtracte a mā. concluſio deficit: ſed loco concl'onis appoſuit trāſumptionē, ⁊ inq̄t. ⁊ ideo indigent neceſſario in hoc hr̄e mām aliā a mā: quā habent a formis imaginationis, ⁊ hoc per ſe manifeſtū eſt intuētibus. Debes ſcire: ſicut ſcripſimus in primo prioꝝ, ꝙ ſyll's hypotheticus trāſumptiuus eſt, q̄n ꝯcluditur ꝯcluſio quedā, ex qua arguens transfert ſe ad aliā ꝯcluſionē. v.ḡ. ſi ꝯcl'o alicuius ſylli eſt diſciplina eſt ꝯrioꝝ, ꝯcl'o trāſumptiua erit, ergo ſenſus eſt ꝯrioruʒ, ⁊ hec trāſlatio nō eſt ſyllogiſtica: ſed tn̄ ex ſuppōne accepta a reſpondēte. ſic igit̄ arguit Auer. oʒ enim ꝯcl'o eſſe, ergo intellecta nō recipiunt̄ in formis imaginatis: vt i ſubto, ⁊ trāſlatio erit: ergo recipiunt̄ in alio ſubto, ⁊ nō niſi in itell'u. appoſuit ergo ꝯcl'onē trāſumptiuā, ⁊ nō ꝓpriā. [Et ſi intentiones.] Tertio arguit ſyll'o hypothetico a deſtructiōe ꝯn̄tis ad deſtructionē an̄tis ⁊ inq̄t. Si intētiōes imaginate reciperent intellecta ſubiectiue, vt Auēpa. fingit, idē reciperet ſe, ⁊ mouēs eſſet motū, ſed res nō recipit ſeſe, nec mouens mouet ſe, igit̄ oppoſitū an̄tis intētiones. ſ. imaginate non recipiant intellecta: vt ſubm: ſʒ quo pacto hec hypothetica valeat, ⁊ quo pacto deſtructio teneat in expōne quarti, ⁊ q̄nti diximus, nunc vero ſupponas. [Et declaratio.] Quarto arguit̄ ꝯtra aliud verbū Auēpace, voluit eniʒ ꝙ phātaſma recipiat ſubiectiue real'r itellecta, ⁊ ꝙ ſit itell's potētie. hec ꝯria vn̄r. Et ſyll's cōponitur ſic, intell's mālis nō recipit intentiones itellectas in actu, vel potētia, real'r ⁊ ſubiectiue, ſm̄ Ariſto. ſed ſm̄ Auēpace phantaſma recipit ſubiectiue real'r intellecta: in actu vel potētia, ergo phātaſma nō eſt intellectus mālis: in ſcḋa figura, ⁊ ſic implicat in ſuis dictis. Apponit maiorē, ⁊ inq̄t. Et declaratio Ariſ. ꝙ nece eſt: vt in intell'u māli nō ſit aliq̄ intētionū exn̄tiū in actu ſubtiue ⁊ ſm̄ rē, aut in poª. hec maior fuit. Apponit ꝯcl'onē. d. Sufficit in deſtructione opinionis Auēpace: vt viſum eſt. Ex his appet q̄l'r intellecta nō real'r ſunt accn̄tia intell'ui: vt fingunt latini, ⁊ maxime Ioānes: timo (vt dicit Auer.) hec nō recipiunt̄ in intell'u: niſi vt intētiōes. i. intentional'r, ⁊ vl'r, vt ſepius diximus, que receptio non eſt realis: ſed equoca ad illā: vt ſepe diximus in libro de intell'u, ⁊ alijs locis infinitis. Adijcit vō cām erroris Auēpace, in qua perſiſte ⁊ bn̄, q̄m multis fuit cā errādi tpe Auer. ⁊ nūc tpe nr̄o. 1498.

COMMENTARIVM

Declarauit ꝓceſſum ſenſitiuū ad fugam, vel proſecutionē: nūc intellectiuū ꝓceſſuz per ſimile in ſenſu declarat: veꝝ Simplicius: ſi recte percepi: hec refert ad dianoeticā aīe ptē. hāc eni autumat eſſe practicuz intell'm hāc ꝓcedere ad fugā/vel ꝓſecutionē. nam Ariſto. inquit dianoetice aīe ineſſe phantaſmata/⁊ non dicit noetice aīe. Propterea in proceſſu dianoetico tria eſſe affirmat. primo ꝑceptionē boni vel mali. 2° paſſionem. 3° fugā/vel ꝓſecutionē. Hanc expoſitionem in collecta. aſſerebam eſſe Themiſtij. (Expō Simpl.)

Verū diligētius verba Themiſtij perlibrando, vr̄ mihi al'r eū dicere. Inq̄t enim. Cū igit̄ aīe dianoetice allucinant̄ quedā imagines, que viſa ⁊ phātaſmata appellamus: bonum itē ⁊ malum hoc polleat in mēte, qḋ in ſenſu voluptas/aut dolor: quoties parte hac animi phantaſma/aut viſum cū bonitate aut malitia nectimus: toties proſecutio/aut fuga ſuccedit. Ex his apparet The. intelligere iſtud ꝓceſſuʒ hūc eē itellectiuū, ⁊ nō dianoeticū: ergo ſm̄ ipm̄ cū phantaſmata inſunt ipſi dianoetice, veluti ſenſibilia inſunt ſenſib⁹. ſ. exteriorib⁹, intell's ꝑcipit in eis bonū/vel maluʒ: vt ſenſus cōis in illis ꝑcipiebat triſte: vel delectabile. ſenſus eni cōis in ſenſibilib⁹ ſibi pn̄tatis ꝑ ſenſus exteriores quaſi miniſtros ꝑcipiebat triſte/vel delectabile: itell's in phantaſmatibus pn̄tatis ꝑ dianoeticā q̄ſi miniſtrā ꝑcipit bonū/vel malū. Eſt tn̄ dr̄ia, ꝙ cōis ſenſus ſenſibile nō cōponit/vel diuidit cum triſti/vel delectabili: qḋ nō affirmat/vel negat nō eni eſt virtus diuiſiua/vel cōpoſitiua/nec ſyllogiſtica: ꝓpea dicit quaſi affirmās/vel negās, vt ſupius notauimus: intell's vō cū phātaſmate cōponit vel diuidit bonū/vel malum/vere affirmās/vel negās/cū ſit vt⁹ cōpoſitiua/vel negatiua/⁊ ſyllogiſtica. Rurſus ſenſus an̄q3 fugiat/vel ꝓſequat̄/patit̄ ab apprehēſione rei triſtis/vel rei delectabilis. itell's cū ſit vtus imālis/nō patit̄. Propterea ſenſus nō ſtatim apprehēſo triſti/vel delectabili/ꝓcedit ad fugā: ſʒ mediante paſſiōe: intell's vō ꝑcepto bono/vel malo/mox ex affirmatione/vel negatione boni/vel mali ꝓcedit ad fugaʒ/vel ꝓſecutionez. (Expō Them̄.)

Silitudines ⁊ diſſilitudines. Ergo ꝓceſſus intellectiuus eſt ſil'is proceſſui ſenſitiuo/⁊ diſſilis, vt inuit Them̄. Silis q̄dē, q̄m ſicut ſenſus cōis non ꝓcedit ad fugā/vel ꝓſecutionē/niſi in ſenſibilibus ſibi pn̄tatis per ſenſus exteriores ꝑceperit triſte/vel delectabile/ita itell's nō ꝓcedit ad fugā/vel ꝓſecutionē, niſi in phātaſmatibus ſibi pn̄tatis ꝑ dianoeticā ꝑceperit bonuʒ vel malū. Et tn̄ diſſilis, q̄m ſenſus cōis non cōnectit cū ſenſibili triſte/vel delectabile, vere affirmās/aut negās: cū nō ſit vtus cōpoſitiua, nec ſyllogiſtica: itell's vō cū phātaſmate ꝯnectit bonū vel malū ve, ⁊ ꝓpe affirmās vel negās: cū ſit vtus cōpoſitiua/vel diuiſiua/⁊ ſyllogiſtica. Ampli⁹ ſenſus ex affirmatione rei triſtis, vel rei delectabilis, nō ſtatim ꝓcedit ad fugam vel ꝓſecutionē: ſʒ mediāte paſſiōe, que eſt triſtari/vel letari at itell's ex affirmatiōe/vel negatiōe boni/vel mali/imediate ꝓcedit ad fugā/vel ꝓſecutionē: qua rōne bn̄ Them̄. inq̄t. quātū voluptas penſat in ſenſu, tn̄ bonitas in intell'u: ⁊ qḋ vʒ in ſenſu dolor/hoc pōt in itell'u malitia. ergo ſenſus cōis nō ꝓcedit ad fugā imediate poſt ꝑceptionē ſʒ neceſſe eſt eū patiat intell's ex ſola ꝑceptiōe ꝓcedit ad fugā. Ex his ſequtur q̄ſi tertiā dr̄iam: nā ꝓceſſus itellectiuus ad fugā/vel ꝓſecutionē eſt ſyllogiſticus/cū ꝓcedat ex affirmatiōe/vel negatiōe ꝓprie dictis. Senſitiuus vō ꝓceſſus nō eſt ſyllogiſticus: cū nō affirmat/vel negat: itell's enim ꝯnectēs bonū vel malū cū phātaſmate, ſyllogiçat eē fugiēdū vel ꝓſequēduʒ: ſenſus ꝑcepto bono/vel malo patit̄: paſſione vō facta/mox refugit, vel ꝓſeq̄t̄. Inq̄t ergo ari. dianoetice aūt aīe phātaſmata vt ſubito iſunt/veluti ſenſibilia ſenſib⁹ externis. ergo ſilitudo eſt, ꝙ itell's ita in phātaſmatib⁹ ꝑcipit bonū aut maluʒ, ſicut in ſenſibilib⁹ pn̄tatis ꝑ ſenſus externos ſenſus cōis ꝑcipit dolorificū/⁊ voluptificū, ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſicut ſenſus nō ꝓcedit ad fugam/vel ꝓſecutionē niſi ꝑcepto triſti/vel delectabili, ita nec intell's ꝓcedit ad fugam/vel ꝓſecutionē, niſi prius ꝑceperit bonū aut malū: hec eſt ſilitudo. Deinde aſſignat dr̄iaʒ cū inq̄t. Cū aūt bonū aut maluʒ affirmat, aut negat: hoc eſt, vt Them̄. iq̄t. Cū aūt phātaſma ꝯnectit cū bono vel malo affirmādo/vel negādo, q̄ſi ſyllogiçās fugit aut ꝓſeq̄t̄. Ergo notauit dr̄ias tres, vʒ, ꝙ intell's ad fugā nulla paſſiōe iteruenięte ꝓcedit: ⁊ ꝙ itell's cōnectēs cū phātaſmate bonū vel maluʒ vel affirmat vel negat: ⁊ ꝙ intell's ex affirmatiōe vel negatiōe ſyllogiçat fugā/vel ꝓſecutionez. At ſenſus nō ꝓcedit ad fugā/niſi paſſiōe mediāte: ⁊ nō affirmādo/vel negādo: neq3 ſyllogiçando. Ex his infert Ari. quaſi cōem iter ſenſuʒ ꝓcedētē/⁊ intell'm ſilitudinē, cū inq̄t. Propter qḋ nequaq3 ſine phātaſmate itelligit aīa id eſt, ꝙ quēadmodū ſenſus ſine ſenſibus pelli ad fugā/vel ꝓſecutionez nūq3 pōt ita intell's ſine viſis, ⁊ phātaſmatib⁹ cieri, atq3 ad fugā/vel ꝓſecutionē ꝓcedere nō pōt. Vn̄ ꝑ aīaʒ/nō dianoeticā, ſed intell'm eū q aīe eſt cōgenitus, intelligit Ari. vt Themi. exponit. Intell's enim aīe congenitus, intell's mālis eſt.

Expō Philo. Philoponus vō facilius hūc textū intelligit: vult eniʒ ꝙ Ariſtoteles ſoluat dubiū: dictū eſt eniʒ ꝙ ſpeculatiuus intellectus nō ſemp phātaſia vtit̄: practic⁹ vō ſemp. Cōtra poſſet q̄s dicere, q2 ꝑ̄ libro dictū eſt, ꝙ intelligere aut eſt phantaſia, aut nō ſine phātaſia. Hic aūt ponēs ſcḋam dr̄iaʒ inter intell'm ſpeculatiuū ⁊ practicū, dicit intell'ʒ ſpeculatiuū non ſemp vti phātaſia: ſed practicū. Rn̄det ergo Ariſt. vt Philoponus inuit, ꝙ ſpeculatiuus intell's interdū vtit̄ phantaſia, vt ⁊ practicus intell's: tn̄ lʒ phātaſia vtat̄: phantaſmata huic ſunt, velut ſunt ſenſibilia ſenſui ſpeculatiuo: hoc eſt ſine triſtitia ⁊ voluptate. practico vero inſunt cū appetitu, affirmādo/vel negādo. Et hoc dicit [Rōnabili aūt aīe] ħ eſt itellectui ſpeculatiuo, vt exponit Philoponus, aſſerēs Ariſtotelem abuſum eſſe vbo dianoetice aīe, ꝓ ſpeculatiuo intellectu, phātaſmata ſunt, vt ſenſibilia ſunt ſenſui ipſi ſpeculatiuo. [Cū aūt bonū aut malū affirmauerit] hoc eſt: cū aūt intell's practicus, vtit̄ phātaſia affirmādo bonū aut negando malū: tūc appetitu fugit malū, aut ꝓſeq̄tur bonū. Ergo vult hr̄e ꝙ practicus intell's vtit̄ phātaſia cū appetitu affirmatiuo boni: vel cū appetitu fugitiuo mali: ⁊ ſic practicus phātaſia vtit̄ cū appetitu: ſpeculatiuus vero, ſine appetitu. Propterea ꝯcludit, ꝙ aīa nunq3 ſine phātaſmate intelligit, q2 ſpeculādo vtit̄ phātaſia, practicando vtit̄ phātaſia, ergo recte dictū eſt aīaʒ nūq3 itelligere ſine phātaſia. Dicit Philoponus ꝙ intell's ſpeculatiuus nō ſemp vtit̄ phātaſia: nā lʒ ꝑticularia ſine phātaſia nō intelligat tn̄ vl̄ia intelligit ſine phātaſia. Q2 an veꝝ ſit, alibi diſputatū eſt. Ex his pʒ dianoeticā aīam apud Ariſtotelē accipi aliq̄n ꝓ ſpeculatiuo intellectu: lʒ abuſiue: vt Philoponus dicit.

Q2 dianoetica aīa ꝓ intellectu ſpeculatiuo.

Argyr.

**Fit aūt ⁊ hic: ꝑinde vt ibi. nā aer q̄dē pupillā talem efficit: ipſa aūt aliud. ⁊ auditus ſil'r. Ipm̄ vō vltimū: vnū q̄dē eſt/⁊ medietas vna. at ipſi⁹: pl'es ſunt rōes. Quo vō diiudicat atq3 diſcernit cal'm a dulci differre: dcm̄ ⁊ pri⁹ ē/⁊ nūc ēt ē dcm̄. ē. n. vnū qd ipſuʒ: ⁊ ita vnū vt terminus. atq3 hec ipſa vnū ſt̄: aut ſi multitudīe rōnis/aut nūero quē hn̄t ad vtrūq3 vt illa īter ſeſe hn̄t. Quid. n. intereſt: ſi q̊nā pacto diſcernit aut ea q̄ ſub eodē gn̄e collocant̄ aut ꝯria/dubitem⁹/vt albū ac nigrum.**

T.c.31

**Sicut. n. aer pupillā hmōi fecit: ipſa autem aliud: ⁊ audit⁹ ſil'r: vltimū aūt/vnū eſt/⁊ vna medietas eſſe aūt ipſi: plura. Quo aūt diſcernit/quo differt dulce ⁊ calidū: dictū eſt quidem ⁊ prius/dcm̄ aūt ⁊ hic. eſt enim vnum qd: ſic aūt vt terminus. ⁊ hoc in proportiōe ⁊ numero exiſtens vnum/hʒ ſe ad vtrūq3/vt illa adinuicē. Quid enim refert hoc addubitare quō non homogenea indicat/aut cōtraria/vt album ⁊ nigrum?**

Sic itellectus vnū eſt/eē āt ipi plura. Terius Centrū

Coll'. textⁿ.c.31

Illa particula [quēadmodū] vt Simplicius vult, non ad aliquā nouā ſimilitudinē referēdū: ſed ad iam cognitū. refert ergo id qḋ iam dixit: per nūc manifeſtius exponit, ⁊ inquit. Quēadmodū eni aer pupillam. i. ſenſoriū hmōi fecit. Et dixit, hmōi, q̄m nō fecit in ſenſorio paſſionē tn̄: ſed paſſionē talem. ſ. vitalem que eſt iudiciū. ⁊ ipſa alteꝝ. i. ⁊ ipſuʒ ſenſoriū tale effectū ⁊ actuatū, efficit alteꝝ. i. ſenſum cōem. Amplius ⁊ auditus ſil'r ſe hʒ: reſpectu eiuſdē ſenſus cōis: efficit̄ eni talis ab auditili, ⁊ ſic fact⁹ efficit ſenſuʒ cōeʒ ſibi ſil'em. adijcit vltimū vero, ⁊ vnū eſt vna medietas. eſſe autē ipſi, plura. Debes ſcire, ꝙ ſenſus cōis eſt vnuʒ, ⁊ vna medietas. vnū q̄dem, q2 gn̄e ⁊ ſpecie vnus: quēadmodum quilibet alter ſenſus: vt in 2° de aīa dixit. vna medietas vero,

qm̄ velut cētrū multoꝝ ab ipſo ꝓdeūtiū, ⁊ in ipſum redeūtium cōprehēſionē. medietas igiť, qm̄ cētrū medium, ⁊ qm̄ extremis mediū oib⁹ cōicat. Amplius ſenſus cōis eſt vnus in ſubito, ⁊ diuerſa ſm̄ eſſe. vnus qdē ſubito, qm̄ vna ⁊ eadē exiſtēs īpartibilis ṽtus cognoſcit oīa. diuerſa vero ſm̄ eſſe, q꜡ multa cognoſcēs: ſm̄ differentes ꝓprietates ac diuerſas rōnes. ¶ Subſcribit ⁊ ſic ſe hn̄t, que circa actuū intell'm.] Et h̄ deficit in lr̄a latinoꝝ, qđ Simplicius ponit. terminat enim ꝑ h̄ nūc ſuſpēſionē. eſt. n. vſus lꝫ [quēadmodū] nō tā qꝫ ad aliqđ aſſignāduꝫ: ſꝫ vt ad aliqd ꝑdictuꝫ aſſignatoꝝ, ⁊ pꝫ ſilitudo, ⁊ lr̄e ſenſus, quā nō pn̄t intelligere latini pp errorē lr̄e. ¶ Que aūt diſcernit.] cū dixit/ vnū vltimuꝫ oīum ſenſibiliū iudicatiuū ⁊ idē, rōne ṽo plura, hoc ipſum explanat expōne, oſtēdēs veꝝ eſſe qđ dictū eſt. dixit enim de hoc in de ſenſu ſermone, nūc ⁊ breuiter ſubmemorās: ſꝫ pp breuitatē obſcuriorē lr̄aꝫ facit, ⁊ inqt. Quo aūt dignoſcit quo differūt dulce, quo ad ſenſilia guſtus, ⁊ cal'm, quo ad ſenſilia tactus, dictum eſt qdē ⁊ prius, dōm aūt ⁊ nunc, ſubaudi rememoratiue: eſt. n. inqt ipſe aliqd vnū. dixit aliqd vnuꝫ: nō ſimpl'r vnū, q꜡ ſubſcribit quēadmodū ⁊ terminus, q eſt qd vnū in ſbto; at vero diuerſuꝫ qd ſm̄ eſſe ⁊ rōnes: vt diximus in exēplo de cētro ſatis ꝑſpicue. ¶ Et ſic appet expō lr̄e ſꝫ expoſitores grecos, ⁊ qꝫ male intelligant latini ēt pꝫ.

Cō. 31. **Cum demōſtrauit.** Proponit Auer. intentionem, ⁊ ꝓſecutionē, ⁊ clare loqtur, ⁊ que dicit ꝑ ea, que diximus in expōne lr̄e ꝑſpicua ſunt. Uerū eſt in fine lr̄e Ari. in arabica trāſlatione iſte ſermo. [Dicamus igiť ēt ſm̄ hūc modū, ꝙ quēadmodū in eſſe eſt idēꝫ: ita ⁊ in diffōne] que lr̄a ꝓculdubio falſa eſt: vt pꝫ in greco. veꝝ ipſe conať eā qꝫtū pōt reducere ad bonum ſenſum: ⁊ iō tres expōnes adijcit. eſt autē difficultas in his verbis qꝫtū ad hoc, qd intelligat per lꝫ [quēadmodū ineſſe eſt idē] prima expoſitio refert ad iudicātia, ⁊ inqt. i. qm̄ demōſtratū a ſermone ꝑdicto. ſ. 2^c de aīa, ꝙ ſicut iudicās eſſe diuerſum apud ſenſuꝫ dꝫ eſſe vnū, ita apud intell'm iudicās imaginatiōes reꝝ diuerſaꝝ dꝫ eſſe vnū. ergo p^a expō refert lꝫ [quēadmodū ineſſe] ad virtutes iudicantes. ¶ Scōa refert ad res iudicatas, ⁊ inqt. Et pōt intelligi ſic, ⁊ ſicut ineē reꝝ diuerſaꝝ eſt vna intentio. i. vna nā, que facit vt comprehendēs eas ſit vnū. ⁊ qd ſit illa nā vna exponit. d. Et eſt proportio. i. forma proportiōalis, ac cōis, quā accipit ṽtus cōprehēſiua: qm̄ facit cōparationē inter duas res diuerſas. cōplet ſimilitudinē, ⁊ inqt. Ita imaginibus diuerſis eſt vna intentio. i. vna forma, que facit vt iudicās eas ſit vnū. ¶ Debes ſcire ꝙ viſus cōprehēdit oīa ſua obiecta inqꝫtū participant rōnē ſui primi obti, eſt aūt primū obm color. oīa ergo viſilia cōicant in hac forma. Sil'r ⁊ auditus, ⁊ oēs alij circa propria obta ſe habēt. Amplius ⁊ oīa ſenſilia reſpectu ſenſus cōis cōicant in vna intētione proportionis ⁊ analogie, a qua primo moueť ſenſus cōis, ⁊ pp quam moueť ab alijs qui eaꝫ ꝯtinēt. Sil'r ⁊ intell's ſe hꝫ circa ꝓpria obta, qm̄ hꝫ vnū primū a quo primo ⁊ per ſe moueť, ⁊ rōne cuius moueť ab alijs. ergo quēadmodū ineſſe eſt idem. i. in obiectis eſt vnū obm apud ſenſuꝫ, ſic ⁊ in obtis intell's dabitur vnū obm: merito cuius iudicabiť vnus iudex, ⁊ hec expō differt a prima: vt pꝫ. ¶ Et pōt intelligi.] Nunc ponit tertiam expōnē. vbi debes ſcire, ꝙ coloratum, ⁊ ſenſus vnū ſunt rōne forme, que eſt vtriſqꝫ vna, idem enim color eſt forma realis parietis, ⁊ intentio ipſi viſui. ergo vnam ⁊ forma numero vtriſqꝫ: lꝫ ſm̄ modum diuerſum. paries ergo coloratus, ⁊ ſenſus vnū ſunt rōne forme. Simil'r imaginatiua, ⁊ intell's vnū ſunt: eo q꜡ idē phātaſma eſt forā imaginatiue, ⁊ it^o ipſi intell'ui. Dicit ergo ⁊ pōt intelligi ſic. i. ⁊ cā in h̄. ſ. i ſimilitudine inter intell'm, ⁊ ſenſum in h̄ eſt, qm̄ ſicut in hoc eſſe ſingulari eſt vnū, qđ eſt ens apud ſenſum. color enim idē eſt in hoc eē ſingulari. ſ. pariete albo, ⁊ apud ſenſum. ita imaginatio eſt vnum apud intell'm, qđ eſt imaginatū: q꜡ idem eſt vtriſqꝫ forma: vt diximus: ⁊ cū multa fuerint apud imaginatū, erūt multa apud imaginationē, vt ſcis: cōmēdat hanc expōnē per hoc ꝙ ſequētibus ꝯuenit. Erit ergo lr̄e expoſitio, quēadmodū ſenſus, ⁊ ſenſatū ineſſe. i. forma eſt idēꝫ, q꜡ eadē forma vtriſqꝫ, ita imaginatū, ⁊ intell's idē erūt ineſſe. i. in forma, qm̄ eadēꝫ eſt forma vtriſqꝫ: vt diximus. Sed oēs he expōnes ſunt ſuperflue ad lr̄am grecā: vt viſum eſt.

COMMENTARIUM.

**Uerba Ariſtotelis** in hoc loco reperiuntur pro magna ſui parte corrupta, ego ṽo illa lego, vt Philoponus in ſuo codice habebat. Que ṽo Simplicius ⁊ Themiſtius dicant, in collectaneis perſpicua ſunt, que Auerroes, ſunt penitus aliena ab Ariſtotelis mente. Ego igiť ſic ꝯtinuarem textū ſaluo ſemper meliori iudicio, ꝙ cū Ariſtoteles acceperit intellectum intelligere ītelligibilia in phātaſmatibus: ⁊ poſſet aliqs dicere, intell'm nō eſſe vnuꝫ/ q diuerſa ītelligibilia in diuerſis phātaſmatibus intelligit, enitiť ꝓbare intell'm eſſe vnū ſubiecto, rōne vero plures, q diuerſa ītelligibilia diuerſoꝝ phātaſmatū ītelligit. Probat aūt hoc (vt Philoponus inqt) ſilitudine ſumpta, ⁊ a ſenſibus particularib⁹/ ⁊ a ſenſu cōi. ⁊ primo declarat qūo ſe hēant particulares ſenſus ad ſenſibilia/ ⁊ dicit. ſicut aer alteratus a colore alterat pupillam, ⁊ fecit illam talem, qualis ipſe eſt. Ipſa aūt pupilla fecit aliud tale. ſ. qualis ipſa eſt. ſ. ſpūm: ⁊ ſpūs fecit potētiā cryſtallinam talē, ⁊ hec vt vna exn̄s iudicat, quaſi vna medietas: eē aūt eius multiplex eſt, ⁊ auditus eodem mō vnum eſt iudicās. Sic ſupple. vt Philoponus, ⁊ Simplicius ſupplēt, eſt intell's vnus ſubito exn̄s, rōne plures, q iudicat diuerſa intelligibilia. Hec de ſenſib⁹ particularibus ad intell'm, de ſenſu ṽo cōi inqt. Quo aūt diſcernit aīa quo differt dulce ⁊ cal'ꝫ, dictū eſt qdē ⁊ prius 2^o huius. Dōm aūt ⁊ hic. nam ſenſus cōis eſt vnū qd, mō quo terminus, hoc eſt cētrū eſt vnū reſpectu oīum lineaꝝ: dico ſenſum cōem eſſe vnū, ſicut cētrū, q꜡ hoc. ſ. ſenſus cōis exn̄s qd vnū ſe hꝫ in ꝓportione ⁊ nūo ad vtrūqꝫ ſenſibiliū diuerſoꝝ ſenſuū. ſ. albū ⁊ dulce, vt illa. ſ. albū ⁊ dulce adinuicē: nam albū ⁊ dulce ad cōem ſenſum relata ſunt ſubito vnū, rōne plura, ſic ſenſus cōis ad ſe relatus eſt vnus ſubiecto, plures ṽo vt refertur ad illa ſenſibilia. ſ. albū ⁊ dulce. Eſt ſenſus cōis ad cētrū vnus ꝓportiōe, q꜡ ſicut centruꝫ ad vtrāqꝫ lineam, ſic ſenſus cōis ad vtrūqꝫ ſenſibile. Eſt ēt ſenſus cōis ad centrum vnus numero, q꜡ ſicut vnū exiſtens centruꝫ plures hꝫ ad lineas habitudines, ſic vnus exiſtens ſenſus cōis ad plura ſenſibilia hꝫ plures habitudines. Sic igitur vult hr̄e intell'um ad intelligibilia eē. ſ. vnū ſbto, pl'es rōne: ⁊ ita lꝫ intelligibilia in phātaſmatibus plura ſint, intellectus ſubiecto erit vnus, rōne vero plures: vt patet ⁊ ſimilitudine ſumpta ⁊ a ſenſibus particularibus, ⁊ a ſenſu cōi. ¶ Sed dices nunquid eodē mō cōis ſenſus ſe habeat ad ſenſibilia diuerſorum generuꝫ, ſicut ad ſenſibilia eiuſdem gn̄is ſe hꝫ ſenſus particularis; ⁊ rn̄det non eſſe dubitandum ſe hr̄e ſenſum cōem eodēꝫ mō ad ſenſibilia diuerſoꝝ generū/ vt ſe hꝫ pticularis ſenſus ad ſenſibilia eiuſdē gn̄is, ⁊ dicit. Quid enim refert hoc addubitare qūo. ſ. ſenſus cōis iudicat nō homogenea aut ꝯ̄ria, vt ſunt albū ⁊ dulce, que (vt Philoponus inqt) nō ſunt homogenea, q꜡ ſunt diuerſorum generum, ⁊ ꝯ̄ria. ſ. quatenus ad diuerſos ſenſus attinēt, vt album ⁊ nigrum. ſ. iudicat vnus particularis ſenſus. ſ. viſus. q. d. nulla dr̄ia eſt: q꜡ ſicut ſenſus particularis eſt vnus ſubito ad illa, ⁊ rōne plures, ita ſenſus cōis eſt vnus ſubito ad dulce/ album: ratione aūt plures. Hec eſt expō Philoponi, vt in eius cōmentario collegi, que expoſitio facilis eſt, ideo eam elegi.

**¶ Sit igiť vt ē. A. qđ ē albū/ ad. B. qđ ē nigꝝ ſic. C. ad. D. q̄re: mutato ordie cōpationē ēt eorūdē ṽe facē lꝫ. Si igiť. C. D. ſint vnū: ipſa ꝑfecto ſeſe hēbūt perinde atqꝫ. A. B. vt ſint idē ⁊ vnū/ nō eādē aūt hēant rōneꝫ. ⁊ illa ſil'i mō. Eadē erit oino rō: ⁊ ſi. A. qdēꝫ ſit dulce. B. vero albū. Intellectiuū igiť: ipſas forās in phantaſmatibus ipſis intelligit.** Argu.

T. c. 23. **¶ Sit igitur vt. A. qđ eſt album/ ad. B. qđ eſt nigrū/ ſic. C. ad. D. vt illa adinuicē. quare ⁊ ꝑmutatim. Si igiť. C. D. vni ſunt/ ſic ſe habebūt/ ſicut ⁊. A. B. idē quidē ⁊ vnum/ eſſe aūt nō idē: ⁊ illud ſil'r. Eadem aūt rō eſt ⁊ ſi. A. qdē dulce ſit. B. vero albū. Intellectiuū igiť ſpēs in phantaſmatibus intelligit.** Intētio







Coll. tex^t. c. 32 ¶ Oſtēdit quo pacto illa duo accepta in textu ꝑcedēti, ſe habeāt. ſ. dulce, ⁊ cal'm, ꝑ que vult intelligere oīa ſenſibilia. ⁊ vult ꝙ idē ſūt nūo, ⁊ ꝓportiōe. nūo qdē, q꜡ vni cognitiuo inſunt diffinitiue. ꝓportiōe ṽo, q꜡ ſꝫ differētes qdē rōnes ſil'r ſe hn̄t, inqt. Et hec. ſ. cal'm, ⁊ dulce, ꝓportiōe vel nūo vnum ſunt ad vtraqꝫ: ⁊ ad ſeinuicē. i. re^u potētiaꝝ cognoſcentiū ⁊ ad ſeinuicē: vt dixi. ¶ Quid. n. refert.] Quia exēplū appoſuit in non ꝯ̄rijs, que ab vno ſenſu, ⁊ ſub eodē gn̄e hn̄r. aduertit ꝙ nihil differt iudicare nō homogenea. i. diuerſa genere, aut ꝯ̄ria: vt albū ⁊ nigrū, qm̄ ſiue gn̄e differāt, ſiue genere coeant, oino opꝫ: vt ſint quodāmodo eadē numero reſpectu potentie cognoſcentis, ⁊ eadem proportione ſm̄ rationes cognoſcendi illas. ¶ Sit igitur ſicut.] Aliter Simpl'. aliter Auer. vt in cōmēto diceť. nunc Simpl'. ſequamur ꝙ nunc in literis idem declarat: fiat ergo figura hoc pacto.






Pꝫ ergo, ꝙ ſicut ſe hꝫ. a. ad. b. ſic. c. ad. d. qm̄ ambo ſūt gn̄e diuerſa, ꝓportiōe eadē vel nūo: vt diximus. ergo ꝑ mutatiꝫ: ſicut. a. ad 3^m. c. ſic. b. ad 4^m. d. ⁊ ꝑ ꝯn̄s pꝫ ſermo. ¶ Vel vt Simplicius al'r facit in linea. a. ponatur albū, in quo. b. nigrū, in quo. c. dulce, in quo. d. amarū. erit ergo locus, ſicut albū ad nigrum: ſic dulce ad amarum, ergo ſicut album ad dulce: ſic nigrum ad amarum: ſunt autem album, ⁊ dulce eadē numero: ⁊ ꝓportione: vt diximus, ſic ⁊ nigruꝫ ⁊ amarum, quare nō refert ambigere in his que ſunt eiuſdē gn̄is: vel diuerſi quātū ad hoc. ¶ Reliquū lr̄e quo pacto ītelligi dꝫ apud Simpliciū dicemus in cōmento.

**Et hec cōſecutio.** ¶ Scōm Auer. primo ponit ꝯcl'o lr̄e, ⁊ accipiť vnuꝫ qđ in rōne ſupponiť: id eſt ꝙ ſenſibile ad ſenſibile idē eſt ꝓportione: ſicut imaginabile ad ītelligibile, ideo inqt: ꝙ hec ꝯſecutio. i. ſilitudo inueniť in eis ſm̄ ꝓportionalitatē eorū in numero, ⁊ diſpoſitio iudicantis ex aīa apud vtrūqꝫ eſſe. ſ. ſenſibile ⁊ imaginabile: eſt ſicut diſpoſitio vtriuſqꝫ adinuicem. Eſt ergo ſuppoſitio ꝙ ſenſibile ad ſenſibile eſt ſic ſe habens: ſicut imaginabile ad imaginabile. Hec profecto erit ꝯ̄ latius dicēda. ¶ Et indifferēter.] Limitat ꝯcl'onē, ⁊ inqt: ⁊ indifferēter/ ſiue iudiciuꝫ fuerit de rebus ꝯ̄rijs, aut diuerſis figura ⁊ qualitas. i. modus ꝯſiderationis dꝫ eſſe idēꝫ apud virtutē ſenſibileꝫ, ⁊ rōnalem in rebus diuerſis in gn̄e: ⁊ in ꝯ̄rijs. Recolligit ꝯcl'onē, ⁊ inqt: ⁊ cū declarauit ꝙ nulla eſt dr̄ia in ꝯſideratiōe iſtoꝝ duoꝝ geneꝝ apud virtutē ſenſibilem, ⁊ rōnalē, dedit demōſtrationē ſup h̄ ex ꝓportionalitate, ⁊ equalitate, quā hn̄t in numero: ſm̄ imagines rerū cuꝫ ſuis indiuiduis. ecce quo pacto differt expoſitio Auer. ab expōne Simplicij. Deſcribiť ergo figura apud Auer. ſic. Cō. 32.




Arguo mō ſic, ſicut p^m. ſ. a. ad 2^m. ſ. b. ſic 3^m. ſ. c. ad 4^m. ſ. d. eſt eniꝫ ꝓportio eadē: vt pꝫ. ergo ſicut primū. ſ. a. ad 3^m. ſ. c. ſic 2^m. ſ. b. ad 4^m. ſ. d. A. ⁊. c. ꝑcipiunť, ac iudicanť ab eadē virtute, ergo. b. ⁊. d. iudicabunť ſil'r. Et hec erat ꝯcl'o. Primo ergo Auer. ponit maiorē: ⁊ eā lr̄e applicat. ſcōa ibi [Et cū ꝓportio.] Apponit minorē, ⁊ ſermo iſte pꝫ. ¶ Et iſtam ꝯcl'oneꝫ.] Cōcluſio ſyllogiſmi dꝫ eſſe ſm̄ Auer. ergo. b. d. debēt cōprehēdi ab eadē virtute. dicit ꝙ hāc nō poſuit: ſed poſuit illam que ꝓtāte ſequiť ad hāc. ſ. ꝯuertēs huius. Hec eniꝫ ſic ꝯuertiť. ſ. virtus eſt vna ⁊ eadē cōprehēdēs. b. ⁊. d. ⁊ eſt concluſio vera. ſequiť enim poteſtate ab illa, inquit. ſi igitur, c. ⁊. d. cōprehēduntur ab eadē virtute: eadē. ſ. ꝓportione, q꜡. c. a ſenſu, ⁊. d. ab intellectu, que ſunt eadem ꝓportione reſpectu illoꝝ, q꜡. a. ⁊. b. eiuſdē virtutis, tūc due virtutes in hac intētione: ⁊ ex hoc modo. i. ſm̄ ꝓportionem ſunt idem: ⁊ nō diuerſanť oīno, ſupple quo ad modum ſe habēdi, lꝫ diuerſentur in ſuis naturis. Appoſuit cauſam: ꝓpter quā qdā volunt intell'm eſſe ſenſuꝫ, ⁊ inqt: ⁊ per hanc ſimilitudinē inter virtutē rōnalem, ⁊ ſenſibileꝫ eſtimarūt plures antiquorū (ſm̄ ꝙ Ariſto. narrauit in hoc 2^c: vt Homerus, Empedocles, ⁊ alij) ꝙ ille due virtutes ſint eadem. i. intellectus, ⁊ ſenſus, ⁊ econtra: vt vidimus. Hec eſt vna expoſitio huius cōmenti. ¶ Pōt autem ⁊ aliter apud me exponi ſermo Auer. vbi debes ſcire ꝙ figura dꝫ ſic ſcribi.




Tũc Auer. ꝑmo accepit caſum, ⁊ diſpoſuit figurã, ⁊ inqt. Sit igit. a. albũ. ⁊ b. nigrũ, ⁊ c. imago. i. phantaſma albi, ⁊ d. imago. i. phantaſma nigri. Tunc ſumit maiorem, ⁊ inquit. Erit igit ꝓportio. d. ad. b. ſicut albũ ⁊ nigrũ. ⁊ ꝓportio. c. ad. d. ſicut imago albi, ad imaginẽ nigri. ergo maior ſicut. a. ad. b. ita. c. ad. d. applicat ſermones verbis Ariſto. ⁊ patet. Et cum ꝓportio.] Apponit nunc minorẽ, ⁊ concluſionẽ, ⁊ inqt: ⁊ cũ ꝓportio. a. ad. b. eſt ſicut ꝓportio. c. ad d. hec fuit maior. Apponit ⁊ minorẽ, ⁊. a. ⁊. b. cõprehẽduntur ab eadẽ vtute, hec eſt minor. Apponit ↄclonẽ. d. ergo c. ⁊. d. debẽt cõprehẽdi ab eadẽ vtute: ⁊ ſic Auer. cõpleuit ſyllm hoc modo: vt vides. Et iſtã.] Apponit excuſationẽ Ariſto. ⁊ inqt. Et iſtã ↄclonẽ diminuit ex ſuo ſermone, ⁊ dedit ↄñs illã. i. eã que poteſtate ſequit ad hãc. Et debes ſcire, ſicut in ꝑmo Prioꝝ diximus, ꝙ aliqua ↄclo ſequitur trãſlatiue hypothetice ad aliquẽ ſyllm multis modis, vel loco a ↄrio vel loco a ſili. vel alijs modis. Cõclo. g̃ ꝑncipalis eſt. c. ⁊. d. cõprehẽdunt ab eadẽ vtute: illa vo que ſeqtur ad hanc hypothetice tranſlatiue eſt, ꝙ due virtutes ex hoc modo ſunt vna: ⁊ eadẽ. ſ. ꝓportione. ſ. ſenſus ⁊ intellectus, qꝛ circa ꝓpria obiecta ſe habent eodẽ modo: ſm eandem ꝓportionẽ. Uult ergo Auer. ꝙ Ariſto. reticuit ↄclonem ꝓpriã, ſed dedit trãſlationem: vt patet. Reliquũ exponat ſicut in prima expõne. Quo pacto differat hec expoſitio a prima patet. hec enim nõ facit ſyllogiſmũ a cõmutata ꝓportione: ſed a ſili: vt videbis. Et cum declarauit.] Eodem modo Auer. idẽ declarat in alijs ſenſibus, ⁊ alijs ſenſibilibus, ⁊ eodem modo diſponatur figura. itaq; in linea. a. ponatur dulce, in quo. b. amarũ, in quo. c. imago dulcis, in quo. d. imago amari. videlicet.




Qua diſpoſita põt argui: vt prius: vel loco a ſili: vt facit ſecũda expõ, vel a cõmutata ꝓportione: vt facit prima expoſitio. Quod autẽ hec expoſitio Auer. ſit melior illa Simplicij patet, qꝛ in litera concludit ſpẽs. i. formas quidẽ igit talium. i. phantaſmatũ in phãtaſmatibus intelligit, qđ non diceret: niſi feciſſet ſyllogiſmũ predictũ. Et tamen Simplicius vult ꝙ hic incipiat nouum capitulum, ⁊ illa particula [igitur] eſt nota executionis ⁊ non illationis, vide eum.

Dubiũ Cap. 5. Sed circa expõnes Auer. ſunt queſtiones. prima eſt circa expoſitionẽ primã, qꝛ primo Poſterioꝝ. ſyllogiſmus a cõmutata ꝓportione nõ niſi vel numeris, vel quãtitatibus habet locum: vt ibi Ariſt. oſtẽdit. Amplius quinto geometrie Euclides, ſi fuerint (inqt) quatuor quãtitates ꝓportionales: ꝑmutatũ quoq; ꝓportionales erunt. ecce quo pacto ſyllogiſmus hmõi non niſi in quãtitatibus hꝫ locum. (propoſitione 15) Rurſum multe ſunt inſtãtie, qm̃ ſicut homo ad non hominem ſm ↄñtiam, ſic aĩal ad non aĩal. ergo ſicut homo ad aĩal ſic nõ homo ad nõ aĩal. Cõcluſio falſa eſt, qꝛ non valet, eſt non homo, ergo eſt nõ aĩal: vt pꝫ. Alia inſtantia ſicut ſupficies ad hãc ſupficiẽ, ſic color ad hũc colorẽ. ergo ſicut ſupficies ad colorẽ, ſic hec ſupficies ad hunc colorẽ. non valet ſupficies non põt eſſe ſine colore, ſed hec ſupficies bene abſq; hoc colore. Tertia ſicut corpus ad hoc corpus, ſic locus ad hũc locũ. modo nõ valet, ſed corpus non põt eſſe ſine loco, ergo hoc corpus nõ põt eſſe ſine h̃ loco. Quarta ſicut ens ad nõ ens, ſic poſſe ad impoſſe. modo non valet, ſed omne ens eſt poſſe, ergo omne non ens eſt impoſſe. ⁊ ſic prima expoſitio oĩno falſa eſt. Scḋa expoſitio iterũ vr̃ ⁊ falſe, ⁊ cõtra lr̃am. Falſa qꝛ non arguit ꝑmutatim a primo ad 3^m, ⁊ ſecũdo ad 4^m: ⁊ per ↄñs non eſt bona. Contra textum vero, qꝛ Ariſt. dicit [Quare ⁊ ꝑmutatim ⁊c̃.] Ecce ꝙ Ariſto. arguit loco ꝑmutato, qđ non ſeruat Auer. iſte ergo expõnes ſunt valde ambigue.

Rñſio. Debes ſcire ꝙ proportio fit tñ in duobus terminis: apud geometras. proportionalitas fit in tribus terminis, commutata ꝓportio in quatuor terminis, vt qnto geometrie patet. cõmutata ꝓportio primo ⁊ per ſe ſolum in quãtitatibus fit: vt Ariſt. dicit primo Poſterioꝝ. Per accidens autem in ꝓpoſitionibus, vt Boetius dicit in periherminias in fine ſecunde editionis. ⁊ qꝛ locus: qui tenet per accidens, non tenet in omni mã: ſed in quadam materia ſic, ⁊ in quadam non: vt dicit Auer. Ideo (vt in fine primi Priorum diximus) ſyllus a cõmutata proportione tꝫ per ſe quantum ad ↄdicere ⁊ ↄuerti, verbi grã in exẽplo Ariſt. ſi. a. ⁊. b. ↄuertunt, ⁊. c. ⁊. d. cõuertunt erit ſylls. ſi. a. ⁊. c. ↄtradicunt ſilr, ⁊. b. ⁊. d. ↄtradicũt. ſilr ſi. a. ⁊ b. ↄtradicunt, ⁊. c. ⁊. d. ↄtradicũt. ſequit ꝙ ſi. a. ⁊. c. ↄuertũtur, ⁊. b. ⁊. d. ſilr. Quãtũ ergo ad ↄdicere, ⁊ ↄuerti tꝫ ſylls in ꝓpõnibus a cõmutata ꝓportione: in alijs vero non tenet niſi per accidens: vt diximus. Tunc ad primam pꝫ ſolutio Ariſto. ⁊ Euclides volũt locum illum in quantitatibus tenere per ſe ⁊ primo: non tñ negant, quin in alijs per accidens valeat: vt Boetius ſumit, ⁊ Ariſto. vtitur ſepe ſepius: vt in fine ſecundi Perihermenias, ⁊ in fine primi Prioꝝ, ⁊ alibi. Ad inſtantias patet ſol. nõ enim arguitur per regulam. bñ autẽ in ꝓpoſito Ariſto. arguitur per regulam: quoniam album, ⁊ nigrũ quo ad ſentiri ↄuertuntur: ⁊ ſilr phãtaſma albi ⁊ phãtaſma nigri quo ad intelligi ↄuertuntur, vt dicit cõcluſio Ariſto. De ſcḋa expoſitione dicendum, ꝙ illa reducitur ad locũ Ariſto. ⁊ ſic lꝫ ſyllogiſmus ſit a ſimili, quia eſt reducibilis ad cõmutatam ꝓportionem, propterea bonus eſt ⁊ computatur pro illo.

COMMENTARIVM.

**Duo ſumpſit** quorum ꝑ^m eſt, ꝙ ſicut particularis ſenſus vtpote viſus idem ſubiecto: plures tamen ratione eſt, qui eſt albi ⁊ nigri, ſic intellectus vnus ſubiecto erit: plures vero rõne ẽ, qui eſt rationis albi: ⁊ etiam rationis nigri: intelligens per rationes albi ⁊ nigri vlia illoꝝ. Scḋm vero qđ ſumpſit, eſt, ꝙ ſicut ſubiecto idẽ ſenſus cõmunis, rõne plures eſt, qui eſt albi ⁊ dulcis, ſic intellectus idem ſubiecto, rõne plures eſt, qui eſt vniuerſaliũ rationũ eoꝝ. Nunc hec duo exẽplis declarat, vt Philoponus exponit, ⁊ primo primum, ⁊ dicit. Sit igit vt. a. qđ eſt album, ad. b. qđ eſt nigrum, ſic, vt illa ſe habent adinuicem ſint. c. ratio albi ad. d. rationẽ nigri. Caſu ergo poſito, breuibus innuit argumentũ, cum dicit, quare permutatim ſupple, vt ſe habet. a. album ad. c. ſuam rationem, ſic. b. nigrũ ad. d. ſuam rationẽ. ergo ſicut. a. b. ſunt eiuſdẽ particularis ſenſus, qui eſt ſubiecto vnus, ratione plures, ſic. c. d. erunt eiuſdẽ intellectus, qui eſt ſubiecto vnus: rõne vero plures: hoc fuit



hoc fuit ꝑ^m. Declarat ſcḋm, ⁊ dicit. Eadẽ aũt rõ eſt: ⁊ ſi. a. qdẽ dulce ſit. b. vo albũ. c. vo ſupple ratio albi. d. autẽ rõ dulcis. naꝫ etiam licet ſyllogiçari ꝑmutatim ſicut. a. ad. c. ſic. b. ad. d. quare ſicut. a. b. attinẽt ad ſenſum cõem, qui eſt ſubiecto vnus: rõne vo plures, ſic. c. d. ad vnum intellectũ, qui eſt vnus ſbto, plures rõne. Cõcludit g̃ ↄ̃nem: quã ꝑus dixit, quaſi ſoluta dubõne, ⁊ dicit. Intellectiuũ igit h̃ eſt intells ſpẽs ac vlia diuerſa intelligit, g̃ eſt vnus ſbto, plures rõne, nõ g̃ eſt impoſſe intellectũ intelligere phãtaſiabilia: ⁊ qdẽ diuerſa, vnus ſi ſit ſubto, mõ ſit rõne alius atq; alius: hoc pacto ego verba hec intelligo: ⁊ Philoponus ſic intelligere videt: mihi tamẽ fuerunt abſtruſiſſima. Que vo in collectaneis diximus, bona ſunt, ⁊ peripatetice dicta.

Argyr. **Et vt in illis ipſi definitũ eſt id qđ fugiendũ eſt vel ſequendum: ſic ⁊ ſine ſenſu cum in phantaſmatibus eſt mouet. Sẽtiens enim ſignũ face datum ignem eſſe, videnſq; ipſũ cõmuni ſenſu agitari motu: cognoſcit hoſtẽ accedere. at nõnũquã hiſce que ſunt i anima phãtaſmatibus, aut mentis cõceptibus: q̃ſi vidẽs, ad ea que ſunt p̃ſentia ratiocinat atq; deliberat de futuris. ⁊ cũ dixerit hic aut ibi rẽ eã eẽ que voluptatẽ aut dolorẽ affert: tũ fugit aut pſequit, ⁊ omnino aliquid agit.**

T.c.33 **Et ſicut in illis determinatũ eſt ipſi perſequibile: ⁊ fugibile: ſic ⁊ exta ſenſũ: cũ in phãtaſmatibus fuerit: mouetur vt ſentiens facẽ: quoniã ignis eſt: cõmuni cognoſcit. Videns autẽ ipſũ moueri, quoniã hoſtis eſt. Aliquãdo autẽ in phãtaſmatibus: ⁊ intellectionibus: que in aĩa ſunt: quaſi videns eſt: ratiocinat, ⁊ deliberat futura ad p̃ſentia. Et cũ dixerit ꝙ ibi letũ aut triſte ẽ: tũ fugit, aut imitatur, ⁊ omnino in actione eſt.** (ὅτε quando aliqñ.)

De potẽtijs aĩe nota h̃. ¶ Diſputant Iuniores aduerſus fundatũ doctorẽ Egidium
de nũo potẽtiaꝝ. Egidius enim voluit aĩe potẽtias eẽ qua
tuor: alia eſt, que per eſſentiam eſt rõnabilis: alia, que rõna/
bilis eſt participatione, vt appetit⁹ in homine. Tertia, que
nec per eſſentiam eſt rõnabilis, nec per participationẽ: ſed
eſt ei: qḋ eſt rõnabile, ↄiũcta, vt nutritiuũ in homĩe. Quar/
ta eſt, que nec per eſſentiam eſt rõnabilis, nec participatio/
ne, nec ei, qḋ eſt rõnabile, coniũcta, vt nutritiuuʒ in brutis,
ĩmo quelibet anime vis brutilis eſt hoc pacto vt nutritiuũ
Obiectiões Iunioꝝ. eſt, cum ei: qḋ rõnabile eſt, non ↄiungat̃. ¶ Sed blactero/
nes huic diſtinctioni aduerſant̃. Primo quidem, qr Egiḋ.
voluit rõnabile per eſſentiã eẽ intellectũ, cum nõ ſoluʒ in/
tellectus, ſed volũtas per eſſentiaʒ eſt rõnabilis. Scḋo, qa
rõnabile participatione ait eſſe/ qḋ eſt aptuʒ rõni obedire:
quod falſum eſt. naʒ tũc incõtinẽtis intẽperãtiſqʒ appetit⁹
eſſet rõnabilis, ſaltẽ participatione. nam eſt obedire ratiõi
aptus. At hoc aduerſus Ariſtotelẽ videtur, cum vbiqʒ ta
lem appetitũ penitus irrõnabilẽ appellet. Tertio obijciũt,
qr (vt dicũt) Egidius appellat nutritiuũ in homine irrõna
le per ↄiũctionem ei: qḋ eſt rõnale. naʒ ſimili rõne: qcqd in
hoie eſſet, eſſet hoc pacto irrõnabile, vt vngues, ⁊ capilli, ⁊
cetera id genus. Quarto deniqʒ obijciunt ex eo ꝙ Egidius
Defẽſio Egidij. appetitũ bruti, nec rõnabilẽ ponit, nec irrationabilem: cuʒ
⁊ ipſe, ceteri definiãt brutũ eſſe animal irrõnale. ¶ He ſũt
obiectiones: qbus non poſſum nõ excandeſcere: cũ pace eorũ
dixerim ratiões he pueriles ſint, ⁊ ipſi non intelligant, que
Egidius voluit. Prima enim ratio puerilis eſt, cum Egiḋ.
velit eam potentiam eſſe rõnabilẽ per eſſentiã/ que eſt/ aut
ratio ipſa/ aut participatiõe nullius rationabilis. modo vo
lũtas nõ eſt per eſſentiam rõnabilis, cum non ſit ipſa ratio:
eſt tñ participatione intellʼus rõnabilis: non. n. volũtas diſ
currit, aut ſyllogiçat, ſed ſuppoſita rõne, eligit. ergo dicit̃
rõnabilis participatiue quatenus ſupponit rõnem: ⁊ hoc
pacto Ariſt. 9° lib. meta^{ce} loquit̃: cũ inquit, rõnales poten
tias eſſe ad oppoſita: ſumit enim rõnabile generatim ⁊ ꝓ
eo, quod eſt tale per eſſentiã: ⁊ pro eo, qḋ eſt tale participa
tione. ¶ Scḋa etiam obiectio nihil eſt, qm̃ appetitus incõ
tinẽtis eſt irrõnabilis actu ⁊ habitu: aptitudine, ⁊ potentia
eſt rõnabilis: qḋ non intelligẽtes credũt illum nullo pacto
dici poſſe rationabilem. ¶ Tertia longe puerilior eſt, cum
Egidius loquat̃ de potẽtijs, que ſunt eiuſdẽ anime: intelle
lectiuum enim appetituũ, ⁊ nutritiuũ in homine potentie
ſunt eiuſdẽ aĩe: at particule corpis non aĩe ſunt, ſed corpis.
¶ Quarta penitus eſt deriſibilis. nã brutuʒ eſt animal ir/
rationabile negatione, vt lapis eſt non videns, ⁊ poſitione
oppoſiti, qḋ rõni aduerſat̃. ſ. poſitione ruditatis: eſt enim
animal irrationale. i. rude: tamẽ nec rõnale eſt per eẽntiaʒ,
nec per obediẽtiam, nec per ↄiunctionem ei, qḋ eſt rationa



bile, nec eſt irrõnale per ꝓuationẽ. nã irrõnabile per priua/
nẽ, eſt qḋ nec per eẽntiã, nec participatione/ nec ↄiũctione
actu rationabile eſt, ſed aptitudine vel potentia rõnabile ꝑ
eſſentiã, vel participatiõe, vel ↄiũctiõe eſſe põt. ¶ Ex hiſce
patet rõnabile po^{am} poſſe trifariã dici, aut eẽntia/ vt ĩtellʼs,
aut participatiõe/ vt appetitus tam ſenſitiuus, q̃ʒ intellecti/
uus, aut ↄiũctione, vt nutritiuũ in hoĩe. Irrõnabilẽ võ dici
Dilucidaᵒ poſitionis. bifariã, aut negatione, ſiue oppoſiti poſitione/ aut ꝓuatiõe.
Primo modo bruta ſunt irrõnabilia. Scḋo modo id dicit̃
irrõnabile/ qḋ actu caret rõne: eſt tamẽ aptum hẽre/ aut per
eſſentiã, aut participatione, aut ↄiunctiõe. Vtrũ võ irrõna/
bile poſſit eſſe triplex eẽntia, participatione, ⁊ ↄiunctione,
bona diſputatio eſt, verum moralibus relinquatur.

Argyr. ¶ **Per dr̃ias. n. qb⁹ haſce diuidũt ⁊ ſeparãt**
**ꝑtes: ⁊ alie partes eſſe vĩr que maiorẽ inter**
**ſeſe q̃s dicte diſtãtiã hñt. Vegetatiua inq̃ʒ: q̃**
**quidẽ ⁊ plãtis ⁊ vniuerſis aĩalibus ineſt. Et**
**ſenſitiua: quã nec vt rõnis expertem/ nec vt**
**eiuſdem participẽ quiſquã facile ponet.**

¶ **Scḋm. n. dr̃ias: per quas ſepãt has/ ⁊ alie**
**vĩr eſſe partes maiorẽ dr̃iam his habẽtes/**
**de qbuʒ ⁊ nũc dictũ eſt: vʒ vegetatiua/ que ⁊**
**plãtis ineſt: ⁊ oibus aĩalib⁹: ⁊ ſenſitiua/ quã**
dr̃iam diſtãtiã. **neqʒ ſicut irrõnabilẽ/ neqʒ ſicut rationeʒ ha**
**bentem ponet vtiqʒ quis facile.**

COMMENTARIVM.

¶ Enarrauit duas opiniones de potẽtijs aĩe, cõtra quas fe/
cit enthymema. vʒ. ſi anime potẽtie differũt pro numero
operationum, tũc potẽtie aĩe erũt fere infinite. Probat nũc
ↄñtiam, vel vt Philoponus inqt, ariſto. rurſus Platonem
redarguit, ⁊ ſic verbũ eniʒ ↄfirmatiue ponit̃. Vnde inqt.
Per dr̃ias enim quibus, has diuidũt, ⁊ alie ꝑtes eẽ viden/
tur, que his, de qbus nũc dictũ eſt, maiorẽ dr̃iam habent.
Iſti enim enumerãt potentias pro differẽtia oꝑationum:
modo reperiunt̃ alie po^{e} vltra has, quarũ oꝑationes lõge
magis, ⁊ inter ſe/ ⁊ ab operationibus illarũ, quas dicũt: dif
ferũt, ⁊ exponit, que partes ſunt, quaꝝ oꝑationes lõge ma
gis differunt inter ſe, ab oꝑationibus illaꝝ, ⁊ inqt. Sũt aũt
he, ⁊ vegetatiua, que ⁊ plãtis, ⁊ oibus aĩalibus ineſt. Hui⁹
enim operatio differt valde ab oꝑatione ꝑtis rõnabilis, ⁊
partis irrõnabilis: eſt ⁊ ſenſitiua, que animalib⁹ ſolũ ineſt,
que nec eſt, vt rõnabilis, nec vt irrationabilis. Cum igitur
operationes harũ plus differãt ab oꝑationibus illaruʒ, q̃ʒ
Du° p°. illaꝝ operatiões inter ſe: iure vltra illas addẽde erũt, ⁊ he.
¶ Dubitabit fortaſſis qſpiam, quo modo vegetatiua ma
gis differat a rõnali, q̃ʒ ab eadẽ differãt iraſcibilis ⁊ cupiſci
bilis. Preterea. Quo modo magis a rõnabili, q̃ʒ ab eadem
Solu°. differat irrõnabilis. ¶ Dõm veteres ſoluʒ eſſe locutos de
aĩa humana: modo in humana aĩa loquẽdo po^{a} vegetatiua
nullo pacto eget rationabilis, at iraſcibilis, ⁊ cupiſcibilis,
rõnabiles ſunt ꝑticipatione. Vegetatiuũ autem ſi rõnabile
eſt, nõ niſi ↄiunctione eſt tale. Rurſus rõnabile, ⁊ irrõnabi/
le apud veteres, cuʒ ſint in eadẽ anima, ſolũ ꝓuatiue intelli
gunt̃: qua ratione fit vt irrõnabile ſit rõnabile ſaltẽ partici
patione. at vegetatiuum, nec eſſentia, nec ꝑticipatiõe eſt rõ
nabile, ſed (vt diximus) ſola cõiunctione. Pʒ ĝ vegetatiuuʒ
longe magis differre a rõnabili q̃ʒ ab eodẽ differunt iraſci
bile: ⁊ cõcupiſcibile: etiã q̃ʒ ab eodẽ differat irrõnabile: cuʒ
iraſcibile, cupiſcibile, ⁊ irrõnabile ſint rõnabilia ſaltẽ par/
ticipatione. At vegetatiuũ non niſi cõiunctione. At ſi vege
tatiuũ nõ in eadẽ anima accipiat̃: lõge magis ab oib⁹ illis
differt: ꝓpterea Ariſt. inqt [Qḋ ẽ in plãtis, ineſt, ⁊ in oib⁹
animalib⁹] qm̃ h̃ pacto ſumẽdo differt magis a rõnabili,
q̃ʒ ab eodẽ differunt iraſcibile, ⁊ cupiſcibile/ ⁊ irratiõabile
que in eadẽ anima ſunt: vt veteres loq̃bantur. ¶ 2° dubita/ 2° dubõ.
ret quiſpiã vtrũ ſenſitiuum differat magis a rõnabili, q̃ʒ ab
eodẽ differãt iraſcibile, ⁊ cupiſcibile, ⁊ irrõnabile. ¶ Auer
roes per hec duo arbitrat̃ Ariſt. refutaſſe vtrãqʒ opiõnẽ q̃ auer. cõ. 41.
copulatiue: qḋ nõ video quõ fieri poſſit. Bene eniʒ puto ꝑ Reſut° expõnis auerro.
exẽplõ a vegetatiuo ſumpto refelli poſſe ambas: ſed arg^{to}
a ſenſitiuo, non niſi 2^{am} refellit: non. n. ſenſitiuũ plus a rõna
bili differt in eadẽ aĩa, q̃ʒ ab eodẽ differant iraſcibile, ⁊ cu/
piſcibile: qñ quidẽ iraſcibile, ⁊ cupiſcibile ad ſenſũ atqʒ ap
petitum attinẽt. At ſi ſenſitiuũ nõ in eadẽ anima ſumatur:
bñ differt magis a rõnabili q̃ʒ ab eodẽ differẽt iraſcibile, ⁊
cupiſcibile in eadẽ anima ſcripta: nõ aũt magis q̃ʒ ſi illa nõ
in eadẽ anima ſumerent̃. ¶ Quamobrem lucidus doctor
q̃ The. Them̃. ꝑ^m arg^m a vegetatiuo ſumptum in opiõnẽ Pla. diri
git: 2^m võ, qḋ ſumit̃ a ſenſitiuo: dirigere vĩ in 2^{am} opinionẽ.
Nã 2^a opinio voluit oẽm aĩe po^{am} eẽ rõnabilẽ vel irrõnabi
leʒ: ↄtra quã Ariſt. inqt, eſt ⁊ ſenſitiua, quã neqʒ ſicut rõna
bileʒ, neqʒ ſicut irrõnabilẽ/ ponet vtiqʒ qſpiaʒ facile. Dixit
[facile] qm̃ reuera ad alterum mẽbrum reducit̃: ſi in eadeʒ
anima accipet̃: qm̃ eſt rõnalis participatiõe: ſi nõ in eadeʒ
anima ſumat̃: reducit̃ ad irrõnabile negatiue acceptũ/ non
aũt priuatiue: qr võ h̃ nõ eſt leue apprehẽdere: iõ Ariſt. di
xit, non [facile] qr nõ facile in alteꝝ mẽbꝝ reducit̃. Et hoc
ait Them̃. cũ inqt. [Nã q̃tenus ſenſiliũ geneꝝ dr̃ias iudi/
cat: ⁊ occaſio q̃daʒ, ⁊ tanq̃ʒ gradus efficit̃ ad aĩam rõnẽqʒ
permouẽdã/ videri põt illatenus rõnis/ ⁊ intelligẽtie parti
ceps: q̃tenus võ adiũcta eſt aĩalibus brutis, ⁊ rõne vacan/
tibus: vtiqʒ noĩe hoc irrõnabilis, ⁊ bruta exiſtimari põt.]
Hec Them̃. Et tu intellige hãc eſſe irrõnabilẽ cũ eſt in bru
tis: negatione, qr võ hoc non facile diſcernit̃: ideo 2^a opinio
ambigua vĩr: cum det̃ aliq̃ aĩe po^a: que nõ facile ad alterum
illius diuiſionis mẽbrum reducit̃. Aĩaduerte tñ ꝙ ſi velis
arg^m ſumptũ a ſenſitiuo eẽ ↄtra ꝑ^{am} opiõnẽ etiã: iraſcibile
⁊ cupiſcibile ad appetitum referas: ſenſitiuaʒ vero ad vim
ſentiendi, mõ ſenſitiuũ magis vel non minus differt a rõna
bili q̃ʒ appetitiuũ, cuius ſunt iraſcibile, ⁊ cupiſcibile. nam ſi
ue in eadẽ anima, ſiue nõ in eadẽ ſenſitiuũ ſumat̃: ſemp dif/
fert magis, vel non minus q̃ʒ ab eodem rõnali differat ap/
petitiuũ quouis modo ſũptũ. Et h̃ pacto poſſet expoſitio
auerro. aptari: lʒ illa Them̃. ſit tutior. ¶ Philopon⁹ vero
dupl̃r exponit/ ⁊ refert h̃ ↄtra 2^{am} põneʒ. Vno°, ꝙ difficile
eſt reducer̃ ſenſitiuũ rõnalem: vel irrationalẽ: qr de vtraqʒ
habet. Alio°, qr q̃tenus cognoſcit, videt̃ reduci ad rõnalẽ:
quatenus patit̃ ab ipſis ſenſibilibus aliqñ corruptiue: re/
ducitur ad irrationalem. Hec Philoponus.

¶ **Preterea imagiatiua: q̃ rõe qdẽ ab oib⁹ ẽ** Argyr.
**diuerſa: cui võ ſit iũgẽda vt ſit idẽ ꝙ illa/ aut**
**a q̃ ſeiũgẽda vt ſit alia ab illa/ magnã dubõnẽ**
**hʒ ꝓſcõ/ ſiqs ſeiũctaſ aĩe ꝑteſ ſepataſqʒ põet**
¶ **Adhuc ãt ⁊ phãtaſtica: q̃ hʒ eẽ qdẽ ab oib⁹**
**altera ẽ: cui ãt haꝝ eadẽ/ vl̃ altera ſit: hʒ mul**
**tã dubõnẽ/ ſi aliqs ponat ſepatas ꝑtes aĩe.**

COMMENTARIVM.

¶ Tertio aut 2° obijcit ariſto. aduerſus eaſdem diuiſiones/
arg^{to} ſumpto ab imaginaria: quã greci phãtaſticen appel/
lant: ⁊ inqt. Adhuc ⁊ phãtaſtica ſup. eſt vltra dictas diuiſio
nes, que ſm eſſe, atqʒ rõnẽ qdem ab illis oib⁹ differt: differt
enim a rõnabili, iraſcibili: ⁊ cupiſcibili: differt ẽt ab irrõa/
bili ⁊ rõnabili: ⁊ qr nemo dubitat illã ab his oibus ratione
differre: ſed (vt inqt) cui haꝝ ꝑtiũ dictaꝝ diuiſionũ eadem,
vel altera ſit ſubiecto vel rõne/ hʒ multã dubõnẽ. nõ. n. faci
le põt diſcerni, cũ qua partiũ ſit ſtatuẽda: potiſſimum ſi po
nat qſpiã ꝑtes illas loco, ⁊ ſubito ſepatas, vt Plato ponit.
¶ Sed aĩaduerte phãtaſticã poſſe ſumi in eadẽ aĩa in qua

rõnabilis, iraſcibilis, cupiſcibilis, ⁊ irrõnabilis ſumuntur vtpote in aia hũana, in qua oẽs illas ptes veteres ſumpſerũt: ⁊ ẽt in diuiſa aia: ita vt ille oẽs in hũana ſumant̃: ⁊ phãtaſtica in brutis ipis intelligat̃: ſi phãtaſtica in diuerſa aia ſumat̃ ab ea, in q̃ oẽs ille ſumunt̃. pꝫ eẽ ptẽ ab illis oibus diuerſã: nemo. n. dubitat talẽ ptẽ eẽ penitꝰ ⁊ rõne, ⁊ ſubito alterã ab illis oibꝰ: ſi h̃ pacto ſumat̃. Sꝫ qm̃ veteres ſolũ de hũana videbãt̃ itẽdẽ: quã ſolã aiaꝫ appellabãt: iõ ſi phãtaſtica ſumat̃ i eadẽ aia: in q̃ cetere aie ptes ſumebant̃ ab veteribꝰ: difficile eſt, qd̃ Ariſt. ait. Verũ dõni phãtaſticã, vt eſt aliqd hũane aie: reuera eẽ rõnabile ſaltẽ pticipatiõe: Ariſt. tñ inqt. Cui aũt haꝝ eadẽ vel altera ſit, hꝫ multã dubõnẽ: ⁊ ita vult illã eẽ eãdẽ cũ aliq̃ pte eaꝝ: q̃s veteres dixerũt: tñ cui ſit eadẽ vl' altera nõ leue ẽ diſcernẽ. g̃ vĩ refutare dictas diuiſiões tãq̃ꝫ difficiles: nõ aũt tãq̃ꝫ falſas. Addit ad difficultatẽ, ſi illas ptes aie hũane põat qſpiã loco ſepatas, vt Plato poſuit rõnabilẽ i cerebro: cupiſcibilẽ ⁊ iraſcibilẽ in corde: ⁊ irrõnabilẽ in iecinore, nã ſic ponẽdo, phantaſtica nõ vĩ rõnabilis, cũ phãtaſtica ſit in qualꝫ hũani corporis pticula: nec vĩ iraſcibilis, aut cupiſcibilis, aut irrõnabilis, cũ he ſint i ſtatutis ptibꝰ: hec in vniuerſo corpe: verũ võ phãtaſtica ſit in vniuerſo corpe, vel in certa corpis pte: lĩꝰ. 2ᵉ huiꝰ dcm̃ eſt. Nũc võ ſumat̃ ipſã eẽ in vniũſo corpe: aut ſm opiõnẽ eoꝝ, ꝯ q̃s obijcit, aut ſumat̃ tãq̃ꝫ difficile cognitũ. quo ſit, vt nõ vĩtatẽ ariſto. refellat, ſꝫ difficultateꝫ: nã ex quo illi poſuerũt ptes illas in diuiſis corpis ptibꝰ: ⁊ de phãtaſtica nihil dixerũt, an ſit in toto, an in certa parte corpis: iure dubiũ eſt, an ſit aliqua pars eaꝝ: quas illa poſuerũt, an alia ab oibus. Recte ergo eorũ diuiſiones refellit Ariſtoteles non tãq̃ꝫ falſas, ſed tãq̃ꝫ difficiles.

Argyr. **Inſup appetitiua: q̃ ⁊ rõe ⁊ vi/alia diuerſa/ q̃ ſine dubio ab vniũſis eẽ vĩ. Abſurdũ ãt ẽ: hãc a ceteris diuellẽ ptibꝰ. ſit. n. ⁊ i pticipe rõnis/ volũtas: ⁊ in rõne vacante/ cupiditas atq̃ꝫ ira. Qꝫ ſi tres in ptes diuidit̃ aia: in vnaquaq̃ꝫ profecto partium inerit appetitus.**

T.c.42 **Adhuc ãt appetitiua: q̃ ⁊ rõe/ ⁊ potẽtia altera vĩ vtiq̃ꝫ eẽ ab oibus: ⁊ icõueniẽs vtiq̃ꝫ eſt hãc ſequeſtrare. In rõcinatiua. n. voluntas ſit: ⁊ in irrõnabili ⁊ ꝯcupiſcentia/ ⁊ ira. Si aũt tria aia ſunt: in vnoq̃q̃ꝫ erit appetitꝰ.**

COMMENTARIVM.

Quarto aut 3ᵒ obijcit, ſꝫ quõ hec obtio itelligat̃, nõ leue ẽ intelligẽ. Thomas ⁊ Egid. viri doctiſſimi q̃s iuniores ſectant̃: arbitrant̃ ariſto. corrigere Platonẽ, ex eo q̃ ſoluꝫ duos appetitꝰ fecit aie, irã, ⁊ cõcupiſcẽtiã: cuꝫ ſint tres, rõnabilis vnus. vꝫ. volũtas, ⁊ irrõnabilis: duo. vꝫ, ira, ⁊ cupiditas. g̃ non duo, ſed tres ſunt appetitꝰ. Et lꝫ hec expoſitio poſſit vbis Ariſt. accõmodari: tñ difficile eſt illam aptare, niſi cum ſupplemẽtis, que euitanda ſunt, quo ad fieri põt, vt vba facilius legant̃. Philoponus võ vult q̃ ariſt. argumẽtet̃: ſi tres ſunt aie, vt Plato dicit, tũc ſm vnãquãq̃ꝫ ipſaꝝ erit appetitꝰ. g̃ ⁊ in vegetatiua appetitꝰ eſt: qd̃ ariſt. habet p impoſſibili. Sꝫ dices ariſt. 2ᵒ huiꝰ in plãtis poſuit appetitũ. g̃ nõ recte vꝫ hoc hĩe pro abſurdo. Plutarchus ſimpˡʳ negat in plãtis appetitũ. Philoponꝰ ꝯcedit, ⁊ aſſerit Ariſt. eẽ locutũ ad hoieꝫ: nõ aũt ſimpl'r. Et lꝫ hec expõ bona ſit, cũ difficultate textui põt applicari. Propterea cũ Themiſtio dicamus abſurdũ Ariſt. eẽ nõ hoc, ſed q̃ appetitꝰ diuidat̃ in duas ptes, ⁊ q̃libet illaꝝ ſit aia. Plato. n. diuiſit animã per rõnabile, ⁊ iraſcibile, ⁊ cupiſcibile: ⁊ voluit hec tria eẽ aiam. Qꝫ võ hoc ſit abſurdũ, pꝫ: q̃ꝛ voluntas in rõnabili pte nõ eſt aia. ergo nec ira, ⁊ cupiditas in pte irrõnabili erunt aie. Vnde inqt. Adhuc aũt eſt appetitiua: que rõne ⁊ poᵃ altera videt̃ eẽ ab illis oibꝰ. ſ. rõnabili, ⁊ irrõnabili: quas Plato, ⁊ alij poſuerũt: lꝫ Plato irrõnabile diuiſerit in duo: vt dictũ eſt. Deinde exponit abſurdũ cuꝫ inquit ⁊ incõueniẽs eſt vtiq̃ꝫ hanc appetitiuam, que rõne ⁊ poᵃ diuerſa videt̃ a rõnabili ⁊ irrõnabili ſequeſtrare in animas. ſ. iraſcibilẽ, ⁊ cupiſcibilẽ. Et q̃ ſit abſurdum, oſtendit, cuꝫ inquit. In rõnatiua. n. pte volũtas ſit: que nõ eſt aia, ſed appetitus anime, ⁊ in irrõnabili ⁊ ꝯcupiſcẽtia eſt, ⁊ ira, ergo ſic volũtas nõ eſt aia: ita ira ⁊ cupiditas nõ erũt aie. Oſtendit aũt has nõ eſſe animas, cum inqt. Si autẽ hec tria ſunt anima, qua rõne in rõnabili aia erit ꝓpꝰ appetitꝰ. ſ. volũtas: ſic in vnaquaq̃ꝫ haꝝ animaꝝ erit ꝓpꝰ appetitus. q̃re erit ipſius appetitꝰ appetitus. Abſurdũ g̃ aduerſus plura eſt appetitiuã diuidere in animas, vt fecit Plato. erit g̃ (vt inquit Them̃.) tãq̃ꝫ ſui gñis poᵃ incolumis ſeruãda appetitiua ipa. Dubitauit Expoſitor Thomas, ⁊ poſt ipſum ceteri, cur ex parte itell'us vnus eſt appetitꝰ ſpecie volũtas vꝫ. ex parte ſenſus duo cupiditas, ⁊ ira: ⁊ laborãt i aſſignãdo cãm: ⁊ meo iudicio, q̃ dicũt: nõ neceſſaria ſunt. Supponũt enim ex parte ſenſus duos eſſe appetitus, qd̃ ariſto. nõ affirmat. nam cõtradicẽdo Platoni, declarat nõ eſſe appetitiuũ diuiſibile in duas animas: vbi nõ colligit̃ tres eſſe appetitus. Qꝫ vero hec, que ſupponũt/ nõ ſint pipatetice dicta: declaramus/ quia ſi appetitꝰ velis diſtinguere ex parte obiecti, vel actus, ex pte ſenſus duo ſunt, vt Them̃. inqt. dolorificum, ⁊ voluptificũ: actus etiaꝫ duo, ira. vꝫ. circa dolorificum, voluptas circa voluptificũ: Ex pte võ intell's iterũ duo/ bonũ ⁊ malum: actꝰ võ velle, ⁊ nolle. nã qd̃ i itellectu ẽ bonũ, ⁊ velle, in ſenſu eſt voluptificũ, ⁊ voluptas, qd̃ in intell'u eſt malũ, ⁊ nolle, in ſenſu eſt dolorificũ, ⁊ dolor ſiue ira, que eſt reſiſtẽtia ꝯtra ea, que nature aduerſant̃. Si g̃ obtoꝝ, ⁊ actuũ dĩa ex pte ſenſus duas appetitiuas poᵃˢ faciũt. vꝫ. cupiditatẽ: ⁊ iraꝫ: cur ex pte intell's dĩa actuum et obtoꝝ duas dĩas nõ efficiũt volũtatẽ. vꝫ. ⁊ (vt ita loq̃r) nolitatẽ. Quare ſi vna eſt appetitiua poᵃ ex pte intell's diuerſorũ actuũ atq̃ꝫ obtoꝝ. vꝫ. volũtas, cuius eſt velle, ⁊ nolle: ita ex pte ſenſus diuerſoꝝ actuum, ⁊ obtaꝝ erit vnꝰ appetitꝰ ſenſitiuus: cuius duo actꝰ ſunt ira, ⁊ cupiditas. Teneo g̃ cũ Themiſtio vnũ eſſe ſenſitiuũ appetituꝫ ſpecie, ſicut ẽ vnus appetitꝰ intellectiuus: cuius actus, ⁊ obta duo ſunt, ⁊ vnũ: duo in pticulari, vnum in vli: qd̃ dĩ ſenſibile. naꝫ ſicut obm volũtatis eſt ens, ſic ſenſitiui appetitꝰ ſenſibile. Põt. n. volũtas velle, qcqd intelligimꝰ, ⁊ appetitus ſenſitiuus appetet̃ qcqd ſentimus. Hec intentio nõ modo Themiſtij eẽ videtur: ſꝫ Simplicij, ⁊ Ariſto. ſupius. verũ de obto volũtatis ⁊ appetitus ſenſitiui poſtea diſſerendum eſt.

Argyr. **Sꝫ vt redeamꝰ vñ digreſſi ſumꝰ: qd ẽ id qd̃ mouet ipꝫ aial loco/ q̃ de nũc diſputatio nr̃a eſt iſtituta? motu nãq̃ꝫ eo q̃ icremẽta decremẽtaq̃ꝫ ſuſcipiũt: q qdẽ oibꝰ aiantibꝰ ineſt/ id mouere ſane vr̃ qd̃ vniũſis ineſt eiſdẽ: pncipiũ inq̃ꝫ gñandi ac nutriẽdi. De rſpiratõe ãt expiratiõeue/ ⁊ ſõno atq̃ꝫ vigilia: poſteriꝰ ꝯſiderare oꝫ. nã ⁊ hec ipſa: magnã dubõnẽ difficultatẽq̃ꝫ hñt. Nũc eſt de motu ad locũ accõmodato ꝯſiderandũ: qdnam id tandeꝫ ſit qd̃ ipm aial motu mouet progrediendi.**

T.c.43 **Et ergo ⁊ de quo nũc ſmo iſtat/ qd mouẽs ſm locũ aial eſt: ſm qdem augmẽtũ ⁊ decremẽtũ motũ: qui oibus ineſt/ qd̃ oibus vtiq̃ꝫ ineſt: mouere vr̃: gñatiuũ/ ⁊ vegetatiuũ. De reſpiratiõe aũt ⁊ expiratiõe/ ⁊ ſõno ⁊ vigilia poſteriꝰ ꝓſpiciendum: hñt. eniꝫ ⁊ hec dubitatiõẽ multã. Sꝫ de motu ſꝫ locũ qd ſit mouẽs aial ſ. n. pgreſſiuum motuꝫ/ ꝯſiderãdum eſt.**

COMMENTARIVM

T.c.44 Diuus expoſitor, cur velit ariſto. in hoc textu velle ponere vltimã rõnẽ aduerſus p̃dictas diuiſiones, non bñ intelligo/ nec facile poſſum verbis ariſto. hanc expõnẽ accõmodare. Propterea cum Them̃. ⁊ Philopono dicamus poſtq̃ꝫ ariſto. refutauit diuiſiões illas, nũc redire ad diſputationeꝫ, que eſt de pnᵒ. quo animal mouet̃ ſꝫ locũ. Vnde inqt. Et g̃ ſupple ⁊ de eo, de quo nũc ſermo inſtat, qd. ſ. mouens aĩal ſit ſm locũ, dicamus ſupple: deficit. n. verbum more attico. ⁊ q̃ꝛ multi ſunt motꝰ ſꝫ locum: equiuoce. n. dĩ motꝰ localis de multis. vt Philoponus inquit. Ideo exponens de quo motu ſꝫ locum vult diſputare excludit motum augmẽti, ⁊ decremẽti, qui motꝰ ſm locũ ſunt. naꝫ quod auget̃, in maiorem locũ recipit̃: ⁊ quod diminuit̃, recipit̃ in locũ minorẽ. Excludit aũt hos (vt Philoponꝰ inquit) tãq̃ꝫ a nã factos. Rurſus excludit inſpirationẽ, ⁊ expirationẽ, q̃ ſine motu locali nõ ſunt: q̃ñquidem pulmo, pectus, atq̃ꝫ diaphragma in expiratiõe, inſpirationeue moueant̃ dilatãdo, cõprimẽdoq̃ꝫ vt aerem frigidum attrahãt, calidum expellãt. g̃ (vt Philoponus dicit) excludit hos, q̃ꝛ nõ q̃rit pnᵐ motꝰ animalis, q̃ ſit ſm ptẽ, ſed ſm totũ. Nõ per reſpirationẽ pticula aĩalis mouet̃: vel hos excludit, q̃ꝛ ſunt ptim a nã, ptiꝫ ab anima: ideo alibi de his. Excludit etiã ſomnũ atq̃ꝫ vigiliã, qui etiaꝫ aut motus ſm locuꝫ ſunt, aut nõ ſine motu locali: in ſomno enim ſit motus localis ſpũuꝫ ab externis ptibꝰ ad internos verſus cor: in vigilia cõtra eoꝛuꝫ ſit expanſio ab internis ad externa. Excludit ergo hos motꝰ, qui aut locales ſunt, aut nõ ſine motu locali, ex eo q̃ illoꝝ pnᵐ ⁊ cauſa eſt vtus vitalis. vel (vt Philoponus inqt) excludit motꝰ in ſomno/ quia ſunt pticulares. ſ. palpebrarum, nõ totius aĩalis. De quo võ motu/ ⁊ de cuius motus principio agere vult, ꝓponit. Vñ inquit. Scdm̃ qdẽ enim augmẽtũ ⁊ decrementũ motũ: qui motꝰ oibus inſunt: id qd̃ oibus viuẽtibus inexiſtẽs eſt mouere videt̃, gñatiuũ. vꝫ, ⁊ vegetatiuuꝫ. i. tale quod eſt pnᵐ talium motuũ ⁊ virtus vitalis: hi ſunt motus ſm locũ, quos primo excludit. De reſpiratione aũt ⁊ expiratione etiam 2ᵒ excludit, ⁊ de ſomno/ ⁊ vigilia poſterius pſpiciendum eſt: ⁊ ſic 3ᵒ hos motꝰ excludit: cuius cãm inquit. Hñt eniꝫ ⁊ hec ſenſum dubitationẽ multã: ꝓpter quã eget ſpeciali ptractatione. Iſtis excluſis, de quo mouendi principio vult loquit̃ exponit, ⁊ inqt, Sꝫ motu ſm locuꝫ quo vlr̃ animal mouet̃, v. Philoponus inqt, hoc eſt qd mouens animal ſm ꝓceſſiuum motum ſit, cõſiderãdum eſt, ergo excluſis his motibus, reſtat agere de principio progrediendi.

Argyr. **P; itaq̃ꝫ: nõ eẽ ipaꝫ potẽtiã nutriẽdi. nam alicuiꝰ gr̃a ſẽp hic motꝰ efficit̃: eſtq̃ꝫ cũ imaginatiõe vl' appetitu. nihil. n. nõ appetẽs aut fugiens/ hoc motu cietur: niſi forſitan vi.**

**Qd̃ qdẽ igit̃ nõ vegetatiua potentia/ manifeſtũ ẽ. Sẽp. n. gr̃a alicuiꝰ eſt motꝰ hic: ⁊ aut cũ phãtaſia/ aut cũ appetitu eſt: nihil enim nõ appetẽs/ aut fugiens mouetur/ niſi violẽtia.**

COMMENTARIVM

Diſputatis diuiſionibus, ⁊ ꝓpoſita intentione, nunc ꝓbat principiũ motꝰ ꝓceſſiui nõ eſſe potentiam vegetatiuã: vnde Philoponus dicit, q̃ pñs ſpeculatio oſtendit primo qd nõ mouet ſm locũ animal ipſum. Scdõ qd mouet: ⁊ oſtẽdens qd nõ mouet/ ꝓbat q̃ vegetatiuũ nõ mouet animal ſm locum, ⁊ ſyllogiçat ſic, pnᵐ ꝓgrediendi efficit motuꝫ alicuius gratia cuꝫ imaginatione, ⁊ apetitu: vñ ꝓponẽs intentioneꝫ, inquit. Qd̃ qdem igit̃ non vegetatiua potẽtia ſit ꝓgrediendi pnᵐ, manifeſtũ eſt, ⁊ ſumit maioreꝫ, cum inqt. Semp. n. gratia alicuius eſt motꝰ hic, ⁊ aut cũ phãtaſia, aut cũ appetitu: eſt ergo maior, principium ꝓgrediendi ſemper mouet alicuius finis gr̃a ⁊ cum imaginatione, ⁊ appetitu: lꝫ. n. lr̃a ſcribat̃ diſiunctiue: legenda eſt copulatiue, vt Philoponus legit: animal. n. qd̃ ꝓgredit̃: ſemp alicuius finis gr̃a ꝓgreditur: quẽ finem ⁊ imaginat̃, ⁊ appetit: ⁊ aſſignat rõneꝫ, cũ inquit. Nihil. n. nõ appetens. i. ꝓſequẽs, aut fugiẽs ꝓgredit̃: niſi vi. põt. n. animal ꝓgredi vi, ⁊ nec ꝓſequẽs fineꝫ, nec fugiens: veluti bos ad macellum: ⁊ aliqd id genus. Verbum enim appetens, quod grece eſt ὀρεγόμενον, latine ſonat appetens: hic tamen ſonat, ꝓſequens, qd̃ ad fugiens opponit̃. Patet ergo maior: cui adde minorem: ſed vegetatiua potentia nõ mouet gratia alicuius finis, quẽ imaginet̃, ⁊ appetat: ergo nõ eſt principium ꝓgrediẽdi. Qꝫ võ vegetatiua potentia nõ moueat finis alicuiꝰ gratia, quẽ imaginet̃ ⁊ appetat: Themiſtiꝰ ꝓbat, q̃ꝛ omnis appetitio, ⁊ oĩs imaginatio ab externo ſenſu naſcit̃. conſtat autẽ vegetatiuã potentiam, vt talis eſt, ſenſu externo vacare.

**Preterea plãte q̃q̃ꝫ: tali cierẽt̃ ꝓfecto motu/ ptẽq̃ꝫ aliquã ad hũc motũ vt inſtr̃ꝫ hñẽt.** Argyr.

**Amplius ⁊ plãte motiue eſſent/ ⁊ haberent aliquã partem organicã ad motum talem.**

COMMENTARIVM.

Scdõ argumẽtatur q̃ ſi potentia vegetatiua eſſet progrediendi pnᵐ, cum hec plantis inſit plante ⁊ eſſent ſui ipſarum motiue, ⁊ haberent aliquã partẽ organicã ad talem motuꝫ deputataꝫ: qua talis motus perfici poſſit, vt ſunt pedes, vel ale, vel ſtarde: cuius oppoſitũ oibus pꝫ. Philoponus vero ibi [⁊ haberent] ẽcit quartã rationeꝫ ⁊ poteſt ſtare. Ex verbis ariſtotelis hic iuniorum nõnulli colligũt, nec intellectiuã animã eſſe formã cuiuſlibet ptis hoĩs, nec ſenſitiuam cuiuſlibet ptis animalis: q̃a ſm ariſto. hic. tunc quelibet ps hoĩs intelligeret, ⁊ quelibet ſentiret: conſtat aũt ꝯñtia, quia ſic argumentat̃ ariſtoteles de motiua, deducens ſi plantis ineſſet, ille mouerent ſe ſm locũ. At pꝫ nõ omnẽ partem intelligere, qm̃ nec pes, nec brachiũ. Similiter, nec oĩs aĩalis pars ſentit, quia non oſſa ſentiunt. Sed ſi ita eſſet, tũc intellectiua anima nullius ptis eſſet forma, ⁊ ſic nõ eſſet forma hominis, qui aliud q̃ꝫ ſue ptes eſt nihil. Propterea cõcedo intellectiuã animã eſſe formã totius, ⁊ cuiuſlibet ptis eius: ſed intellectꝰ nullius pticule eſt forma, nec hominis eſt forma vt reſultat ex ſuis partibꝰ integralibꝰ: lꝫ ſit forma hominis, vt reſultat ex ſuis partibus eſſentialibꝰ: eſt. n. anima intellectiua ſm gradum intellectꝰ eleuata: lꝫ ſm eſſe ſit ſimpliciter hoĩs, ⁊ cuiuſlibet hoĩs partis forma. Simil'r ſenſitiua eſt anima ⁊ forma oĩuꝫ partiũ: lꝫ potẽtia ſentiẽdi nõ ſit in q̃libꝫ parte: nõ. n. quelibꝫ particula ſentit: errauerũt ergo accipiẽtes qd̃ ariſto. dicit de potẽtia, eſſe intelligẽdũ de anima. Dubitat hic Philoponꝰ, q̃ꝛ poſſet q̃s dicer̃ q̃ vegetatiua aia ſit cauſa motus ſm locũ: plante võ nõ mouent̃: q̃a carent organis. Reſpondet, q̃ licꝫ ſm indiuiduuꝫ aliquod ordinatum in aliquem finẽ/ poſſit carere inſtrumẽtis perueniendi ad illũ finem: nõ tñ põt illis carere in tota ſpecie.

Q. ue iuniores. — Refuta. — Diluci/datio

Argyr. **Pari mõ nec ipſã ſẽtiẽdi viꝫ/ motꝰ huiuſce pncipiũ eſſe: cõſtat. ſũt. n. aĩaliũ multa q̃ ſẽſuꝫ qdeꝫ hñt: manent tñ ⁊ ſemper imobilia ſunt.**

T.c.45 **Similiter aũt neq̃ꝫ ſẽſitiuũ: multa. n. animaliuꝫ ſunt/ que ſẽſum qdem habent: manentia autem ſunt/ ⁊ immobilia ſemper.**

τέλους, ſemper finaliter p finem aſſidue.

COMMENTARIVM.

Qꝫ võ neq̃ꝫ ſenſitiua potẽtia ſit ꝓgrediendi pncipiuꝫ, nunc ꝓbat, cũ inquit. Multa. n. aĩalium ſunt, que ſenſum quidem hñt: manẽtia võ ſunt, ⁊ imobilia motu ꝓgreſſiuo ſemp vſq̃ꝫ

Dubit. expoſitorum De appetituũ dĩa. — Ca. 47

in finem vite: veluti çoophyta/ vt conchylia, ⁊ oſtrea, ⁊ id genus. ℭ Quo vo ad verba attinet, ſemp, grece eſt quod hic ſemp: vel finaliter, vel vſqȝ, vel aſſi due ſignificat: ꝙ hec aialia ſint vniuerſo vite tẽpe ⁊ imobilia, ⁊ manentia.

Argyr. ℭ Qꝛ ſi nã nihil facit fruſtra/ neqȝ necioꝝ qcq̃ȝ omittit/ niſi in aialib⁹ membꝛis captis ac ipfectis atqȝ aialiũ hec ⁊ pfecta ſunt ⁊ nõ mẽbꝛis capita/ cui⁹ id idiciũ eſt/ ⁊ generãt eni/ ⁊ ſtatũ ðcremẽtaqȝ ſuſcipiũt: hẽrẽt ⁊ eas ipſa p fecto partes que pgrediẽdi ſunt iſtrumẽta.

ℭ Si igit nã nihil facit fruſtra/ neqȝ deficit in neceſſarijs/ niſi i oꝛbatis/ ⁊ ipfectis: hmõi aũt aialia pfecta/ ⁊ nõ oꝛbata ſũt: ſignũ aũt eſt/ qꝛ gñatiua ſũt: ⁊ augumẽtũ hñt/ ⁊ ðcremẽtum: q̃re hñent vtiqȝ ⁊ oꝛganicas ptes pgreſſiõis.

augmẽtum vigorez ſtatũ ſũmũ ſit vt

COMMENTARIVM.

ℭ Expoſitores noſtri exponunt Ariſtotelẽ velle remouere dubium, et quidem ſapide exponunt, nam poſſet dici potentiam ſenſitiuam eſſe progrediendi principium, ⁊ cum diceba tur eſſe nonnulla animalia, quibus ineſt hec ſenſitiua potentia: que tamen nõ progrediuntur, poſſet dici hec progreſſiua eſſe: defectu tamen inſtrumentorum, videlicet, pedum, vel ceterorum id genus nõ progredi. ℭ Contra obijcit ariſtote. ⁊ ſupponit duo: quorum primum eſt, naturam nihil fruſtra, neqȝ ſuperflui quicq̃ȝ facere: nihilqȝ neceſſarij omittere, ⁊ hoc inquit. Si igitur natura nihil facit fruſtra: neqȝ deficit in neceſſarijs: hoc eſt primum: ⁊ limitando ſuppoſitionem hanc, inquit niſi in oꝛbatis, ⁊ imperfectis: qualia ſunt monſtruoſa: que preter nature intẽtionem accidũt ex coꝛruptione alicuius principij in ſemine. Secundo ſupponit talia animalia: que ſemper manent, non eſſe mutila, neqȝ oꝛbata, nec mõſtruoſa generatione exoꝛta: cuius ſignũ affert, quia ſibi ſimilia generant, ⁊ habent augmentum, et decrementum. Ex hiſce refellit falſam reſponſionem, cum inquit, Quare ⁊ haberent vtiqȝ oꝛganicas partes proceſſionis, vt pedes. vel id genus. Unde ſyllogiſmus eſt in non oꝛbatis non deficit natura: eiuſmodi animalia ſunt non oꝛbata: immo perfecta in ſuis ſpeciebus: ergo in eis non deficit natura: quare ſi potentiam progrediendi dediſſet, eiſdez inſtrumenta ad progreſſum tribuiſſet.

q̃ Auer. cõ. 45 p

ℭ Auerroes hic nõ eſſe vſum loco concomitãtie ariſtotelem inquit, hoc eſt loco a ſimili, cum probat potentias haſce, videlicet, vegetatiuam, ⁊ ſenſitiuam non eſſe progrediendi principia niſi intelligendo de cauſis propinquis, nam ſenſus (vt dicemus) bene eſt cauſa remota progrediẽdi. ℭ Sed dubitabis foꝛtaſſe: nam ariſto. probat animalia hec non eſſe monſtruoſa, quia generant, ⁊ quia augentur vſqȝ ad ſtatum, ⁊ diminuuntur. Modo ſi hec ratio valeret, tũc que generarent, ⁊ creſcerẽt, non eſſent monſtra: cuius contrarium experimur. videmus enim animalia monſtruoſa in ſpecie eoꝛum generare: imo ſibi ſimilia, vt canis ſine cauda oꝛtus generat caniculum ſine cauda: ⁊ alia plura: videmus etiã monſtra creſcere, venireqȝ vſqȝ ad ſtatum: ⁊ poſtea diminui. ℭ Auerroes in commento innuit ſol. cuȝ inquit hec eſſe in minoꝛi parte. Monſtrum. n. raro ſibi ſimile generat: plerũqȝ vero generat animal perfectum: vnde ⁊ canẽ ſine cauda oꝛtum videmus catulos caudatos genuiſſe plerunqȝ, raro vero ſine cauda. At animalia eiuſmodi plerunqȝ generant ſibi ſimilia, vt obſeruatio docet, que ratio facit, vt hec monſtruoſa nõ ſint, cum aut ſemper, aut plerũqȝ, qualia ipſa ſunt: generent. Similiter monſtra augent ⁊ diminuuntur: nõ tamen creſcunt ſemper aut plerunqȝ vſqȝ ad terminũ ſpeciei: immo quandoqȝ excellunt, quandoqȝ ad terminum ſpeciei non perueniunt. At talia animalia ſemper aut plerũqȝ ad terminum ſpeciei eoꝛum perueniunt, que ratio docet hec nõ eſſe mutila, ⁊ mẽbꝛis capta: ſed in eoꝛum ſpeciebus perfecta.

An intellect⁹ ſit homis foꝛma.

ℭ Ex hoc loco iunioꝛes colligunt intellectum nõ eſſe hominis foꝛmam. primo quia ſi intellectus eſſet hoĩs foꝛma: tũc intellectus eſſet foꝛma cuiuſlibet partis hominis, Sed intellect⁹ non eſt foꝛma cuiuſlibet partis hominis, alioquin quelibet hominis pars intelligeret, vt argumentat ariſtoteles: ergo intellect⁹ nõ eſt foꝛma hoĩs. Preterea. Si q̃libet pars hoĩs haberet ĩtellectũ, quelibet pars hominis haberet ea: qb⁹ vtit intellect⁹ pro intellectione: ⁊ ita manus haberet imaginariam. ⁊ cogitatiuã, ⁊ ceteras partes, que ſeruiunt ipſi intellectui. Poteſt etiaȝ pbari eiſdẽ rationib⁹ ſenſitiuã nõ eſſe foꝛmaȝ cuiuſlibet partis animalis, qꝛ non oſſium.

Reſuta⁹

ℭ Sed hec non ſunt bene dicta, vt ſuperius pbauimus. ℭ Propterea debes ſcire intellectũ bifariam ĩtelligi poſſe, aut pro ipſa anima intellectiua, que eſt ſuba, ⁊ foꝛma: aut pro potentia, que eſt accidẽns eſſentiale ⁊ ppꝛiuȝ anime ab illius eſſentia fluens, ⁊ qdem nec mediante coꝛpoꝛe, nec mediẽte aliquo coꝛpoꝛeo. Inſuper debes ſcire hominem poſſe accipi pro quodam toto reſultãte ex partib⁹ integralibus, ⁊ pro quodam toto reſultãte ex partib⁹ eſſentialibus: que ſũt anima, ⁊ coꝛpus. Tunc dico ꝙ ſumẽdo intellectũ pro ſuba anime: ſic intellect⁹ ẽ hominis foꝛma vtroqȝ modo ſumpti: ⁊ cuiuſlibȝ integralis ptis hoĩs, nec ſequit oẽm hoĩs ptẽ integralẽ intelligere: qꝛ lȝ aĩa intellectiua ſit hoĩs, ⁊ cuiuſlibet hominis ptis foꝛa, nõ ppterea quelȝ hoĩs pars intelligit, qꝛ non ſm oẽs potẽtias ⁊ cuiuſlibet hominis ptis foꝛma. Accipiendo vo intell'm pro potẽtia aĩe, vt ſic nõ eſt foꝛa hominis ſumendo hoĩeȝ pro toto reſultãte ex ptib⁹ integralib⁹: quelibȝ. n. hoĩs pars integralis intelligeret: eſt tñ foꝛma hoĩs vt hõ eſt totũ eſſentiale ex anima ⁊ coꝛpe reſultãs: qm̃ eſt foꝛma aĩe que eſt hominis pars. Sili mõ de ſenſitiuo dici põt, nam p ſuba ſumptũ eſt foꝛa hominis, ⁊ cuiuſlibet ptis hoĩs: ẽt ſumẽdo hominẽ p toto integrali. pro potẽtia vo nõ ẽ foꝛma cuiuſlibet ptis: qꝛ vo iſti nõ fecerũt diſtiam inter potẽtiaȝ, ⁊ eſſentiaȝ, credẽtes eſſe de potẽtia ſicut de ſuba. errauerunt. ℭ Quo vo ad verba attinet, cum ariſto. dixit [ qꝛ gñatiua ſunt ] innuit, h⁹ aialia çoophyta, nõ eẽ mutila. Eunuchi. n. mutiles exñtes non generãt. Cum vo dicit [ ⁊ augmentum hñt ⁊ decremẽtũ ] innuit ea nõ eſſe impfecta, vt ſũt pueri, qui cũ nõ venerũt ad pfectionẽ, nõ gñant. Hec Philopon⁹.

Argyr. ℭ At vo neqȝ rõcinãdi vis/ ⁊ id ꝙ ĩtell's appellat. pncipiũ eſt mouẽdi. Intell's. n. cõtemplatiu⁹: nihil eoꝝ q̃ ſub actionem cadũt ꝯtẽplat neqȝ dic qcq̃ȝ oio ſi ſit fugiẽdũ an pſequẽdũ at mot⁹: ſẽp aut fugiẽtis aut pſeq̃ntis q̃ppiã eſt. Actiu⁹ ẽt cũ rẽ aliquã huiuſcemodi ꝯtẽplat: minime iã fugere aut pſequi iubet. attñ ſi res illa terribilis ſit coꝛ ipȝ mouetur. ſin afficiẽs voluptate: pars aliq̃ alia coꝛpoꝛis agitat.

q̃ Auer. cõ. 46.

T. c. 46 πρακτόν opabile agibile rõcinaſ

ℭ At vo neqȝ ĩtellectiuũ/ ⁊ vocat⁹ intellectus eſt mouẽs: Speculatiu⁹ qdẽ. n. nihil ĩtelligit operabile: neqȝ dic ð fugibili ⁊ p ſeqbili aliqd. Sẽp aũt mot⁹ aut fugiẽtis/ aut pſequentis aliqd ẽ. Sed neqȝ cuȝ ſpeculat⁹ fuerit aliqd hmõi: iaȝ p̃cipit aut fugere/ aut proſequi: quẽadmodũ ſepe ĩtelligit aliqd terribile/ aut ðlectabile/ nõ iubet aũt timere: ſed coꝛ mouetur. Si aũt delectabile: altera aliqua pars.

COMMENTARIVM.

ℭ Quod vo intell'us non ſit pceſſiui mot⁹ totale pn̄m, illico pȝ ex eo: ꝙ tũc belluarũ pceſſiuo motu moueret, ſiquidez quelibet bellua intell'u caret. Tñ Ariſt. probat, ex eo ꝙ duplex ſit intellectus, alter q grece theoꝛeticus h eſt contẽplariuus dĩ, alter practicus. i. actiuus, operatiuuſue. Cõtẽplari⁹, aũt dupliciter ſe hȝ, aut cuȝ ſpeculat ens mere ſpeculabile veluti cũ contẽplat triãgulũ, vel id genus: aut cuȝ ꝯtemplatur eoꝝ que in actione ſunt, ſed ſpeculatiue, veluti cũ cõtemplatur qd vulnus ſit, qd hoſtis, quid bellũ. ⁊ id genus in vl'i ⁊ in gñe. Hec. n. ⁊ ſi in actione ſint, tñ vl'i rõne illa ꝯtemplãs ſpeculatiuus eſſe vr: qm̃quidẽ operabile mõ ſpeculatiuo conſiderat. Ariſtoteles ergo primo pbat ꝙ intellectus contẽplarius nõ eſt totale pn̄m motus pceſſiui. Scõo ꝙ nec actiuus ⁊ pbando ꝙ contẽplarius nõ eſt motus pn̄m, pbat primo contẽplariũ nõ eſſe motus pceſſiui pn̄m. cũ mere ſpeculabile contẽplat. Scõo ꝙ nec eſt pceſſiui motus pn̄m, cum operabile ſpeculatiue ꝯſiderat. De pmo ſyllogizat ſic, pn̄m motus pceſſiui cõſiderat ſemp fugibile aut pſequibile. Intell'us contẽplarius dum ſpeculabile contẽplat: nec fugibile nec pſequibile ꝯtẽplat. ergo nõ eſt pn̄m motus pceſſiui. De rõne pmo ponit cõcl'onẽ cũ inquit. At vo neqȝ intellectiuũ, ⁊ vocatus intell'us eſt mouens: hec eſt ꝯcluſio in gñe. Per ſpẽm. vo ponit cõcl'onẽ ⁊ rõnem. cũ inquit. ſpeculatiuus qdem. n. cũ ſupple ſpeculabile ꝯſiderat, nihil intelligit operabile: neqȝ dic de fugibili, ⁊ pſequibili aliquid ſupple in particulari: ſed ſolum ſpeculando vl'e cõſiderat, hec eſt ſyll'i minoꝛ. Deinde ſubſcribit maioꝛẽ cũ inquit: ſemper aũt motus aut fugientis, aut pſequẽtis aliqd in particulari eſt, eſt ergo hec vis maioꝛis, ſubaudi cõcluſionẽ, ergo intell'us ſpeculatiuus, cũ aliqd ſpeculabile ſpeculat: nõ eſt pceſſiui mot⁹ pn̄m. ℭ Aiaduerte quo ad verba: ꝙ antique tranſlationes ſic habent. [ At vero neqȝ rõnatiua, ⁊ vocatus intellectus eſt mouens ] ⁊ Auerroes loco rõnatiue habens cogitatiuã, exponit per rõnatiuã ſiue cogitatiuã, intellectũ ſpeculatiuũ: per vocatũ intellectũ exponit intellectũ operatiuũ, qui practic⁹ dĩ. Sed in grecis codicibus nõ ſic hr: legit enim ſic, at vero neqȝ noeticũ, ⁊ vocatus intellectus eſt mouens: mõ noeticũ grece non rationatiuũ: ſed intellectiuũ ſonat apud nos: ideo intellige ſic, at vero neqȝ intellectiuũ, ⁊ qui ſupple cõmuniter ab omnibus intellectus vocatus, eſt mouens: quib⁹ in verbis vl'em concluſionem intelligit, vȝ, ꝙ totale pncipium pceſſiui motus non ſit intellectus, quia nec theoꝛeticus, nec practicus, deinde pbat ꝙ contẽplarius intellectus cõſiderans operabile ſpeculatiue, vȝ, quid eſt ⁊ in vl'i, nõ eſt totale pceſſiui motus pncipiũ: nã fieri põt vt operabile ꝯſideret. ſ. fugibile: ⁊ proſequibile ſpeculando illa quid ſint in vl'i, ⁊ tñ nec fugã p̃cipit, nec pſecutionem vt cũ in vl'i aliquã rẽ terribilem conſiderat qd ſit. v. g. vt Themiſtius inquit, terremotuȝ, aut trucẽ, ⁊ mamam ſuem belluam, ⁊ id genus. Simili rõne põt delectabilẽ rem ꝯſiderare in vl'i qd ſit, vt foꝛnicationẽ, aut venationẽ: ⁊ tñ hec conſiderans nec fugã p̃cipit nec pſecutionẽ.

q̃ auer. cõ. 46.

Uidimus. n. (vt Auerro. inquit) intellectuȝ rem aliquã terribilẽ aut delectabilẽ appꝛehẽdere, nõ ppter hoc in hoĩe timoꝛ, aut delectatio ſequit. Meteoꝛologicus enim ꝯtẽplat terremotũ, diluuiũ, ⁊ cetera timoꝛoſa: ⁊ tñ hõ tunc nõ fugit. Simil'r moꝛalis conſiderat foꝛnicationẽ, qui tñ non foꝛnicat. Sed tunc (vt inquit Auerro.) hõ timebit, cum coꝛ motu timoris mouet: tũc vo delectabit. cũ aliqua alia pars, vȝ, iecur delectationis motu mouet: que rõ docet non intellectũ eſſe proceſſiui motus pncipiũ ſed vim aliquã exñtem in coꝛde/ vel in iecinoꝛe, vt voluit Plato: qui in coꝛde pncipiũ fugiẽdi poſuit, ⁊ in iecinoꝛe proſequendi. ℭ Animaduerte illa vba [ ſed coꝛ mouet ] ⁊ reliqua nõ eſſe de ſyllogiſmo: ſed tranſumptũ ſunt, ad qd Ariſt. quaſi obiter rõnem trãſumit: probat. n. Ariſto. intellectũ dũ operabile ꝯſiderat in vl'i, ſiue illud ſit fugibile, vt terribile: ſiue delectabile nõ eſſe totale pceſſiui motus pn̄m, qꝛ põt hec in vl'i rõne cõſiderare, ex cuius ꝯſideratione in hoĩe ꝯſiderãte mot⁹ nullus ſequit. Addit tñ q̃ſi tranſumptũ, ſed tũc in hoĩe ſequit mot⁹, cũ aũt coꝛ, aut alia pars coꝛpoꝛis mouet motu timoris: vel delectationis: veruȝ poſtea dilucidius apparebit an coꝛ, an alia coꝛpoꝛis pars ſit motus pceſſiui pncipiũ, ſil'r an in coꝛde, an in alia coꝛpis parte ſit tale pncipiũ. ℭ Philoponus hic dicit ꝙ intellectus nõ mouet nec vt ſpeculat ſpeculabile. nec vt ſpeculat agibile: quia vt ſpeculat magis ſibi q̃drat quies q̃ȝ motus: vnde dũ ſpeculamur: opoꝛtet quieſcere alioquin non bene ſpeculamur. Preterea vt inquit, aliud argumentũ ex hiſtoꝛia facile haberi poteſt, ꝙ ſepe aliquis intra ſe ſpeculans, non ſolũ e propoſita via deerrauit, ſed in p̃cipitia cecidit, velut ⁊ thales in puteum, ergo intellectus, vt ſpeculatur, non eſt qui mouet ſm locum. ℭ Animaduerte etiã vt Philoponus inquit, ꝙ Ariſto. cuȝ dicit coꝛ moueri, vel alterã particulã intell'u iubẽte, hec nõ eſſe ad propoſitũ: qm̃ ipſe loquit de motu totius aialis: ⁊ nõ de motu particularum coꝛpoꝛis, verũ (vt inquit) nõ male fecit, qꝛ hec poſuit vt exẽpla, quoꝝ requiritur ſola manifeſtatio.

Dubi⁹

ℭ Dubitaret foꝛtaſſe q̃ſpiam, qꝛ nõ vr intell's eſſe ſpeculatiuus, cũ cõſiderat rem operabilẽ. nã ſequũt ſcie, ⁊ potentie, vt res, de quibus ſunt. ergo ſi ſpeculabile ꝯſtituit intellectũ ſpeculatiuuȝ, operabile conſtituet practicũ. g̃ intell's non põt operabile ipm cõſiderare, quin practicus ſit.

Sol'o

ℭ Dõm diſtõnem potẽtiaꝝ ⁊ ſcientiaꝝ eſſe a rebus, nõ mãliter ſumptis, ſed foꝛmaliter: eſt aũt res foꝛmal'r ſumpta rõ cõſiderãdi: quare theoꝛeticus intell's, ⁊ practicus nõ penes rem mãliter ſumptã diſtinguunt, cũ illa amboꝝ eadẽ eſſe poſſit, ſed penes rõnẽ cõſiderandi: quare ſpeculatiuus intell's dici põt, ſi rem operabilem ꝯſiderat rõne vniuerſali, ⁊ ſub rõne ſpeculabilis. Practicus vo dicetur ſi ad opus rem ꝯſiderando dirigit.

Argyr. ℭ Preterea intell's nõnunq̃ȝ iubet/ rõqȝ fugere aliqd aut pſeq dicit: at nõ obtemperat hõ neqȝ mouet/ ſȝ agit cupiditate vt i ipo fieri ſolet incõtinẽte. Oio aũt pſepe fieri videm⁹: vt nõ medeat iſce q medicinã hẽt/ nec iſce ꝯficiat ſtatuã q ſtatuariã hẽt artẽ. ppterea ꝙ non ars ipa neqȝ ſcia/ ſȝ aliqd aliud hãc hȝ vi ⁊ potentiã vt p ipſam artẽ aliqd ſcientiãqȝ agat.

T. c. 47

ℭ Amplius ⁊ precipiẽte ĩtellectu: ⁊ dicẽte rõne fugere aliqd: aut proſeq: nõ mouet: ſȝ ſm concupiſcentiã agit: vt incõtinẽtes: Et oino autẽ videmus: qm̃ habens medicatiuã: non medetur: tanq̃ȝ alterius cuiuſdam propꝛiuȝ ſit agere ſm ſcientiam/ ſed non ſcientie.

COMMENTARIVM.

ℭ Qꝛ cõtemplari⁹ intell's in aĩalibus non ſit totale proceſſiui motus pn̄m, ex hiſce pſpicuũ eſt. Qꝛ vo nec actiu⁹, qui practicus dr: nũc ariſto. oſtendit ex eo, vt auerro. ⁊ themiſtius dixerunt, qꝛ frequenter vſu venit, vt rõ qdem fugã. proſecutionẽue imperet: nec tñ conſilio rõnis ſtemus. Aliqñ. n. rõ aliq̃ fugere p̃cipit, ⁊ nõ mouemur: aut aliq̃ pſeq, ⁊ nõ proſequimur, ſed ſpꝛeto rõnis conſilio quocũqȝ libido trahit, ſequimur: vt incõtinẽtes facere ſolent: qui nõ rõni obtemperant vt deberẽt. nõ ergo actiuus intell'us eſt totale pn̄m motus, alioquin ſemp, vt dictaret, perſuaderetqȝ, nos moueremur: cuius oppoſitũ videmus (vt Philoponus inqt) nã iubente intell'm nõ moueri ad meretricẽ, ad eaȝ pſepe mouetur hõ. ℭ Quo vo ad vba attinet, p̃cipiente intellectu, ⁊ tu intelligas practico, qui rõne recta cuncta agere p̃cipit, ⁊ dicẽte rõne, hoc eſt ſuadẽte: nã dicere oꝛatoꝝ eſt, q perſuadent: nõ mouet. ſ. hõ: vel motus non ſit: vt imperſonal'r legatur.

2ª rõ

ℭ Scõo hoc idẽ probat Ariſto. exẽplo ſumpto ab arte medicinali: ⁊ põt intelligi multifariam vno modo, vt exponit Auerro. quẽ expoſitoꝛes noſtri ſequunt: ſi actiu⁹ ĩtell's eẽt

pª expõ

totale pn^m motus:tūc medicus,qui artez medicinalē callet curaret ſe ſemper ſm pcepta artis. At videmus oppoſitū nam cum medicus languet,rō medicinalis dictat in pn^c febris nō eſſe bibēdum,ꝛ tñ ſpreta medicinalis rōne bibit,qđ nō feciſſet,ſi totale motus pn^m eſſet rō medicinalis. ¶ Aut

2ª expō. intelligat̃ exemplum nō reſpectu ſui:ſed reſpectu alterius. Medicus.n.qui percallet medicinalē artē, cum curat aliquē perſepe nō curat eum pro medicinali rōne, ſed pro appetitu:vt ſi ſibi inimicus eſſet,pro odio:ſpretis.n. artis preceptis,medetur inimicū contra pcepta artis, vt interficiat, ꝛ non,vt ſanet:hoc autē facere non poſſet, ſi practica rō eēt totale curationis,motuſq; pncipiū. ¶ Uel 3° intelligi pōt

3ª expō vt Themiſtius inquit.Si.n.totale pn^m motus ſit actiuus intellectus,qui eum haberet,ſemp ageret, ꝛ pro illius rōne, ꝛ p quāto eſt cā agēdi. At experimur cōtrariu:eſt.n.aliqs medicus,q bñ medicinalē rōnē callet,ꝛ tñ nō exercet officiū artis.Similiter eſt eques,qui equeſtrē artē callet, qui non equitat,ergo actiua rō nō eſt agendi,atq; motus totale pn^m vnde inquit.Et omnino videmus, qm̄ habens medicatiuā rōnem non medent̃.ſ.ſe ſm primā expōnem pro rōne medicine vel aliqñ ſm artis precepta ſm ſcđam expōnem:vel nullum ſimpliciter ſm tertiā expōnem: q2 non exercet amplius officium medici.Cā vero eſt, q2 agere ſm ſciam non eſt,ppzius ſolius ſcie:ſed eſt ppriū cuiuſdā alterius.ſ. appetitus:qui.n.ſolam rōnē agendi hz̃et,ꝛ non vellet agere:non ageret:quo argumento p3 ſolam ſciam nō eſſe totalez motus cām:cum ſola habita ad agendum non ſufficiat.

Argyr. ¶ At vō nec appetit⁹ auctor atq; pnceps huiꝰ ē motiōis:ꝯtinētes.n.quāq; appetūt atq; cupiūt/nō tñ agūt ea q̄ cupiūt: ſed intell'z ipz ſequunt̃ rōiq; obtēperant.

T.c.48 ¶ At vō neq; appetit⁹ hmōi motus priceps eſt:abſtinentes.n.appetētes/ ꝛ concupiſcentes non opantur ea:quoꝝ habent appetituz: ſed ſequuntur intellectum.

COMMENTARIVM.

¶ Demum pbat q appetitus ſenſitiuus non ſit totale mot⁹ pn^m,ꝛ hoc proponit cu3 inquit. At vero neq; appetitus eſt princeps hoc eſt totale pncipiū huiuſmodi motus q dr̃ proceſſiuus. Aſſignat rōnem ex eo:q2 abſtinētes,ꝛ cōtinentes, atq; tēperati appetunt,ꝛ cupiunt:qui tñ rōnez ſequūt̃:ꝛ nō ſenſualē cupiditatē:ergo ſenſualis appetitus non eſt totale motus principiū. ¶ Ex hiſce concludit Auerroes in motu

q.auer. cō°.48° proceſſiuo nec rationē eſſe predominantem, nec appetitū. non rationem:quia perſepe ſpreta ratione,a deſiderio mouemur,non appetitum : nam complures appetunt aliquid agere:qui ſequentes rōnem non agunt:vnde(vt Philoponus inquit)ex his didicimus que ſunt,que non mouent,reſtat nunc ſcire,quid eſt quod animal mouet.

Argyr. ¶ Uident̃ igr̃ duo hec eē mouētia/vel appetitꝰ vel itell's:ſi qs imaginationē vt q̄zdā intellectionē eē ponat. Nā ꝛ hoies:magis imaginationē q̄3 ſcia3 plerūq; ſequunt̃ . ꝛ i ceteris aialib⁹ nō intellectio neq; rō:ſed imaginatio ineſt.Hec igr̃ ambo intell's ꝛ appetitus:mouendi motu dicto principia ſunt.

νοῦ σιο itelligēª intelle//ctio. ¶ Uident̃ igr̃ duo hec mouētia:aut appetit⁹ aut intell's: ſi qs phantaſiā ponat ſicut intelligentiā quādā.Multa.n.pter ſcia3 ſequunt̃ phātaſias.ꝛ in aliis aialibus non intelligentia neq; rō eſt:ſed phātaſia. Utraq; ergo hec motiua ſm locū ſunt intellect⁹ ꝛ appetitus.

COMMENTARIVM

¶ Hactenus Ariſtoteles probauit pncipiū mouēdi non eſſe potentiā vegetatiuā,nec ſenſitiuā,nec intell'm, nec appetitū .ſ.vt totale progrediēdi pn^m:ꝛ ita didicimus que nō mouēt ergo docet nunc que ſunt que mouēt:ideo nunc quaſi ex dictis concludit,duo eſſe mouendi principia appetitu3 aut intellectum,mō per intell'm intelligamus qđ cōe ad veru3 intell'm,qui grece nus dr̃:ꝛ ad imaginationem,que dr̃ intell's quaſi equiuoce:ꝛ locutus eſt diſiūctiue:nō eni dixit hec ambo copulatiue eſſe pn^m mouēdi:ſ3 aut appetitū,aut intell'm qm̄ nō ſemp hec duo inſimul ſunt vnū totale pn^m mot⁹.

De pn^ª motus, Et aſſignans cām,cur p intell'm debeamus intelligere etiā imaginationē,inquit.Multa.n.ſcil3 aialia preter ſciam,atq; pter rōnē ſecunt̃ phantaſias:vt praui homines:qui inſtar belluarū viuūt,vētri dediti. ¶ Inſuper eſt ꝛ alia rō, q ceteris aialibus,nec intelligentia,nec rō ineſt,ſed phantaſia:demu3 quaſi epilogādo repetit ꝯclōnē,cū inquit. Utraq; ergo.ſ.intellectus,ꝛ ꝛ appetitus motiua ſ3 locū ſunt,intelligēdo diſiunctiue,vt dictū eſt,ꝛ per intell'm quid cōe etia3 phantaſie. ¶ Ex his appet pma,verba textus legēda eſſe nō adverſatiue cū pticula aūt,vel vero:ſ3 illatiue,cū pticula ergo,vel igitur,h pacto,v3,[Vident̃ igit̃ duo hec mouētia]ꝛ nō,vt antique trāſlationes hñt,[Uident̃ aūt]hoc pacto legit Themiſtius,ꝛ Auer.ꝛ expoſitor Thomas,ꝛ Philopon⁹,vt p3 eos legēti. ¶ Quo vō ad vba attinet. Ariſtoteles dicit[Si qs phātaſiā ponat,vt itell'm]q2 ſi phātaſia accipiat̃,vt aliō quoddā ab intell'u,vt inquit Philoponus aucte Plutarchi tria erūt mouētia,v3,intell's,phātaſia,ꝛ appetit⁹.Cū vō dicit[multa pter ſciam ſequūt̃ phātaſias.]innuit.(vt Philoponus inquit)paucas eſſe intellectiones noſtras nō phātaſticas,etiā innuit nos ſequi plerūq; phātaſias. vel hoc dicit ppter aialia,in quibus phantaſia eſt loco intellectus.

Argyr. ¶ Intellectus is inquā:q alicuius gr̃a rōcinatur quiq; principium eſt agendi.

T.c.46 ¶ Intellectus aūt qui propter aliquid ratiocinatur ꝛ qui practicus eſt.

COMMENTARIVM.

¶ Dixerat intell'm eſſe motus pn^m vna cū appetitu: exponit nūc qs intell's ē mot⁹ pn^m,ꝛ ait. Intell's aūt is ſupple ē motus pn^m/qui gr̃a alicuius finis conſiderat,ꝛ ꝯſultat:quicq; practicus grece latine actiuus,atq; admiſtratiuus dr̃. Hic ergo eſt motus pn^m. ¶ Sed occurres cur ſicut expoſuit intellectū,quis,v3,ſit motus pn^m:non expoſuit qs appetitus eſt mot⁹ pn^m:eſt.n.appetit⁹ duplex intellectiu⁹,v3,ꝛ ſenſitiuus.

Dubiª ¶ Et dicas non expoſuiſſe appetitum:q poſtea exponet:declarabit.n.quotuplex appetitus eſt,ꝛ qs ſit,q mouet:

Solu° ppterea intellectū exponit nūc. ¶ Dubitat hic Philopon⁹ q2 nō vr̃ intellect⁹ practicus ſolus eſſe alicui⁹ gr̃a:cū ꝛ ſpeculatiu⁹ ſit ēt alicui⁹ gr̃a. ¶ Rñdet q ſpeculatiu⁹ ꝛ practic⁹ vterq; eſt gr̃a finis, verum practicus eſt gr̃a finis extrinſeci,vt nauigādi vel ſanandi. Speculatiu⁹ vō gr̃a finis interni,vt gr̃a veritatis,que eſt aie ppria pfectio:q2 vō internu3 eſt imanifeſtum,ꝛ externū manifeſtū:ideo ſpeculatiuus exiſtimatur eſſe,non finis gr̃a:practicus vō ſic,qm̄ finis ſpeculatiui latet.Finis vō practici patet,

Argyr. ¶ Atq; h fine/ab itell'u ꝯtēplatiuo differt. Appetit⁹ ēt ois:alicui⁹ eſt gr̃a. cui⁹.n.eſt appetitio.i.pncipiū intellectus actiui. at ip3 vltimū pncipiū eſt actionis. Quare nō ſine rōne pncipia mouēdi vidēt̃ hec eſſe duo:appetit⁹ inquā ꝛ mēs ea q̄ pricipiū eſt agendi.ip3.n. appetibile:mouet.ꝛ ppea mēs mouet:q appetibile/ipſius pncipiū ē. Imaginatio quoq; cū mouet:nō abſq; appetione mouet. Unū igitur ē id quod mouet:ipſū inquā appetitiuū.

¶ Differt āt a ſpeculatiuo fine. Et/appetitus ppter aliqđ ois eſt:cuius eni3 eſt appetitiuū hic:hoc principiū practici intellect⁹ eſt. Ultimū aūt principiū actionis eſt. Quare rationabiliter hec duo vidēt̃ mouētia appetit⁹/ ꝛ itelligētia practica:appetibile eni3 mouet/ ꝛ propter hoc itelligentia mouet quia principium ipſi⁹ eſt appetibile. Et phātaſia cū mouet/non mouet ſine appetitu. Unum igitur mouens eſt primo quod eſt appetibile.

COMMENTARIVM.

dum eſt:Deinde verba illa.[Quare enĩ non habebit] legenda ſunt,ſic:nam cur ne habebit:quaſi dicat,nam ſi habet ad quid ne hr̃e ſenſum vtile erit?ꝛ tũc verbũ,non,pro ne interrogatiue legendũ eſt:ꝛ hoc pacto verba greca nõ corrũpunt᷑.Quod vo ad nihil ingñabili corpore aiato ſenſum hr̃e vtile ſit:ꝓbat Ariſtoteles:qꝛ nõ ꝯfert illi ad intelligendũ:cũ corpus celeſte intelligat per eſſentiã ſue anime:ꝛ non per ſpecies acquiſitas a ſenſibilibus.nec confert illi pro cõſeruatione/quia ex ſenſu celum non magis vel plus perdurabit:non enim eget cibis,quos mediante ſenſu diſcernat:tunc dat eam cõcluſioné,quã ſuperius dedit,ꝛ inquit.Nullum ergo corpus:ſcilicet gñabile/non manens,ſed ꝓgreſſiuum animã habet ſine ſenſu:ingñabile vero bene habet animam ſine ſenſu.Hec eſt expoſitio Themiſtij,quã Auerroes ſequi videt᷑,ꝛ nõ eſt extorta:ſed grecis verbis cõueniens:nam hec cõcluſio ſic legitur:nullũ ergo corpus gñabile,ꝛ progreſſiuum hr̃e poteſt animã ſine ſenſu:ingñabile vo mobile poteſt habere animã ſine ſenſu:ꝛ ſic hec ꝯcluſio ſequit᷑ ad oia,que dixit. ¶ Thomas vero in textu oẽm facilitatem vult eſſe cõſiderandam,ꝛ omnẽ violentiam eſſe explodendam:vult Ariſtotelem duo feciſſe:quoniã primo eum ꝓbare dicit gñabile corpus ꝛ mobile non poſſe animã hr̃e,ꝛ intellectũ diſtincte apprehenſiuum,quin ſenſum habeat:nec hoc ꝓbat,ſed tanq̃ ex dictis probatum aſſumit:ſuperius enim ꝓbauit aiam talis corporis intelligere nõ poſſe ſine phantaſmate. Secundo dicit eum ꝓbare corpus eternũ hr̃e non poſſe animã ꝛ intellectum diſcretiuũ,ꝛ ſenſu carere:ꝛ per intellectũ diſcretiuum intelligit intellectũ apprehenſiuũ ſingulariũ.Unde Platonici dixerunt eſſe demones corpeos aiatos, eoſq; hr̃e intellm̃ diſcretiuũ/ꝛ corpora eterna,vt Apuleius aſſerit,ideo Ariſtoteles ſecundo ꝓbat tale demonicum corpus,lꝫ eternũ:hr̃e non poſſe animã ꝛ intellectũ diſcretiuum ſine ſenſu,dico intellectum diſcretiuũ,quia corpus eternum,vt celum:habet intellectũ ſine ſenſu:quoniam celeſtis intellectus nõ eſt diſcretiuus,hoc eſt ſingulariũ ꝑceptiuus,ſed per eſſentiam apprehenſiuus:at nullum corpus eternũ hr̃e poteſt animã/ꝛ intellectũ ſingularium apprehenſiuum,ꝛ carere ſenſu:ꝛ hoc ꝓponit,at vo neq; corpus igenerabile poteſt hr̃e animam,ꝛ intellm̃ diſcretiuum,ꝛ ſenſu carere.Deinde ꝓbando hoc,ꝛ querit:quare enim tale corpus ſenſum non habebit:aut enim iſtud non habere eſt aie melius:aut corpori:ꝛ ꝙ nec aie,nec corpori ſit melius non hr̃e ſenſum:ꝓbat,ꝛ primo ꝙ nõ ſit aie melius:nã aia huiuſmodi corporis carentia partis ſenſitiue,nec melius,nec magis intelligit:imo carentia talis partis non percipit ſingularia diſcretiue:que Platonici illam percipere aſſerunt.Qꝛ vero hec carentia corpori non ſit melior,probat:quia ex tali carentia corpus non diutius ꝑduraturum eſt:ergo vl'r concludit nullum corpus mobile aiam hr̃e poſſe ſine ſenſu,ſiue illud ſit corruptibile,ſiue incorruptibile:ſi modo ſit mobile,ꝛ intellectum habeat diſcretiuũ. ¶ Hec expoſitio vt recte Expoſitor cõſiderauit,nullam ponit in verbis Ariſtotelis extorſionem:nec violentiam:tamen in re ponit non leuẽ dubitationẽ.Eſt enim dubiũ primũ,vtrũ aia in tali corpore melius intelligat ſine ſenſu:videtur ꝙ melius:qꝛ vt Auerroes in cõmento argumẽtat᷑ ſenſus potius impedit intellectionem,q̃ꝫ illi cõferat:facit enim intelligibile non intelligi niſi per ſpẽm,ꝛ nõ per eſſentiam,ꝛ ita intellectio eſt obſcura atq; nocturna/intellectio vero:que ſit ſine ſenſu,eſt ituitiua/ꝛ matutina.ergo ſenſus intelligenti potius impedimẽto erit. ¶ Secundo dubium eſt,quia ſenſus non facit ad eternitatem eius,cuius eſt ſenſus:nã(vt Auerroes inqt)ſenſus in maiori parte non eſt cauſa longitudinis vite,ꝛ ꝑpetue durationis:quia omne habens ſenſum eſt miſtum/ꝛ ita corruptibile.ergo hec expoſitio facit dubitationem in re.Propterea expoſitio Themiſtij vĩ magis conueniens,

q̃m nec verbis/nec rei diſſona eſt,ſi verba legantur,vt diximus. ¶ Egidius fingit ſm̃ Plato.aiã intellectiuã hr̃e duplex corpus,tenue alterum/atq; eternũ aie ipſi ꝓportionatum:craſſũ alterũ ꝛ mortale:aie diſproportionatũ/animaſtico vero corpi ꝓportionatũ.Ait illud tenue eſſe eternum qꝛ eterna forma nõ põt eſſe actus corpis corruptibilis imediatus:alterũ vero craſſum,mortale,ꝙ aia eterna mediante corpe eterno bñ eſſe poteſt fo'a corporis mortalis.Contra ergo hãc opionẽ Egid.dicit Ariſtotelẽ loq,dicit enim nullũ corpus hr̃e poſſe aiã intellectiuã ſine ſenſu:ſiue tale corpus ſit tenue,ꝛ eternũ/ſiue craſſum,ꝛ mortale.Verũ ad argm̃ Pla.rñdet eternã formã poſſe eſſe actũ corpis corruptibilis,nõ immediate:ſed mediante diſpõne corruptibili. Que rñſio,ꝛ expoſitio dubia eſt.expoſitio qdẽ,qꝛ Plato tale corpus mediũ tenue,ꝛ imortale nũq̃ ſomniauit:potiſſimũ cũ eternũ eſſe non poſſit.rñſio vo:qꝛ pari rõne nõ videt᷑ forma eterna eſſe actus diſpõnis corruptibilis,vel corporis corruptibilis mediãte diſpõne corruptibile:eadẽ enĩ queſtio erit de corpe,ꝛ de diſpõne.Propterea ẽ argm̃ illud quo ꝓbaret᷑ tale corpus medians,dico formã eternã bene poſſe eſſe corporis mortalis actũ,q̃n nõ eſt eterna ſimpl'r vtraq; ex patre.nã q̃n incipit nõ ante corpus,põt ipſa eterna a ꝑte poſt eſſe actus corpis ſimpl'r mortalis. ¶ Ex his.que Ariſto.dixit.Themĩ.deducit aiatam nãm extrema ſui ꝑte vtraq; ſine ſenſu eſſe:extrema ſunt,celũ,ꝛ plãte.Carẽt plãte ſenſu,pre ignobilitate,ꝛ craſſamẽto nature.Caret ꝛ celum:nobilitate,ꝛ nãe excellẽtia.Preterea.Plãta ſenſu caret,ꝙ ꝓcul cibũ nõ q̃rat:celũ vo ꝙ cibo nullo pacto egeat:hec Themĩ.verũ ſi plãte ſenſum habeãt 2° huius in Collectaneis diſputauimus:ꝛ in li.3° paulo ſupius.Si vo celũ,in li° de ſubã orbis,ꝛ in li° de celo. ¶ Sꝫ quo ad verba attinet,debes ſcire ꝙ vba illa[quare nõ hẽbit]dupl'r repiuntur in grecis codicibus,vno° affirmatiue:ſic q̃re hẽbit,ꝛ ſic exponit hec Alex.eſt.n.ſenſus cũ celeſte corpus ſit ingenerabile,cur habebit ſenſum.Vr̃ enim ꝙ non debeat hr̃e,qꝛ vel erit corpi celeſti bonũ:vel eius aie.nõ corpori,qꝛ lꝫ ſenſus ꝯferat his,que hñt mortalia corpa:quatenus per eos preſeruant᷑ a ꝑcipitijs,ꝛ querũt cibos ꝓcul:celo cũ ſit corpus imortale/nõ ꝯfert.non aie:qꝛ ſenſus ſunt vtiles anime pro ſcia vliũ:vt.ſ.acq̃rat᷑ ex ſenſibus.at celeſtis anima ꝑ eſſentiã ſcit. ¶ Alio° vba illa legunt᷑ cũ negatione vt in codicibꝰ nr̃is:ꝛ ſic Plutarchus legit.Interrogat.n.cũ celum ſic ingñabile cur nõ habebit ſenſũ.Rñdet ſꝫ Plutarchũ an aie melius eſt:ꝛ corpi.Hunc autẽ vtrunq; eſt,hec qdẽ enim.ſ.aia magis intelligit ſup.ſi celum hꝫ ſenſus,qꝛ ꝑticularia,ꝛ vlia,ꝛ non impedit᷑ ab intellectione vliũ,ex eo qꝛ ſentit ſingularia.Hoc autẽ.ſ.corpus erit magis.ſ.ꝑfectius ꝑp illud ꝙ eſt ꝑp hr̃e ſenſus,qꝛ ſenſitiuũ melius eſt non ſenſitiuo.Propterea ꝯcludit nullũ ergo hꝫ aia,corpus manẽs ſine ſenſu.qꝛ aĩa celeſtis,ꝛ aĩa aialis ꝓgreſſiui,ꝛ cuiuſlibet aialis hꝫ ſenſũ.Sic igit᷑ Plutarchꝰ vba omnia legit affirmatiue.Alexr̃ vo negatiue,vt patuit. ¶ Digreditur autem hic Philoponus vtrũ celeſtia habeãt ſenſus.Qꝛ celeſtia hẽant aiam intellectiuã,ſiue itellm̃,platonici,ꝛ peripatetici ꝯcordãt,ſed de ſenſibus differũt.Platonici qdẽ celeſtibus ſenſus tribuũt:peripatetici vo remouent. ¶ Pro peripateticis argumẽtat᷑ ꝑ° qꝛ ſi celeſtibꝰ ſenſus ineſſent,eſſent paſſibilia:deducit᷑,qꝛ ſubꝫ ſenſus eſt paſſibile. ¶ Rñdet Philoponus pro Platonicis,ꝙ in nobis ſenſitiua potentia patiẽte ſubito indicat ſenſibilia:in celeſtibus potẽtia ſenſitiua indicat ſenſibilia ſine paſſione ſubiecti:celum enim corpus eſt impaſſibile,noſtrũ corpus vo paſſibile.Hanc ſolõnẽ ꝓbat,qꝛ ſi aer ꝛ aqua ſine paſſione pñt miniſtrare ſpẽs ſenſibiliũ ſenſibus:ꝛ illas recipe nulla corruptione accidẽte in ipſis,cur celeſtia ſine eoꝝ paſſione ſenſibiliũ ſpẽs recipere nõ pñt? ¶ 2° pro peripateticis argumentat᷑ Philoponus,qꝛ ſi celeſtia hñt ſenſum,hr̃ent tactũ.Eſt enĩ tactus ꝑmus

Que Egi. ad mentẽ Plato.



oĩum ſenſuũ.Preterea.Tactus eſt deterior ceteris,mõ vbi eſt melius,erit deterius.At nõ hñt tactũ,qꝛ ſic eẽnt miſta ex elẽtis. ¶ Rñdet iterũ pro Platonicis,ꝙ neceſſe eſt celeſtia hr̃e tactũ,qꝛ lꝫ in nobis deteriora ꝑcedant meliora:vel ſimul ſint.In illis tñ Ariſt.met ſermonẽ hũc reprobauit.dixit enim illa hr̃e intellectiuũ ſine ſenſitiuo,ꝛ vegetatiuo.ergo non eſt verũ vl'r,ꝙ vbi eſt melius ſit deterius. ¶ Tertio pro peripateticis iterũ argumentatur:ſi celeſtia hr̃ent ſenſus,hr̃ent inſtr̃a:ois enĩ ſenſus per inſtrm̃ operat᷑.At celeſtia non habent inſtr̃a:ſunt enim omiomera ac ſimilaria. ¶ Rñdet pro Platonicis,ꝙ nõ opꝫ vt ſemꝑ cõprehenſio ſenſibiliũ fiat per inſtr̃a.nam in nobis ſenſus cõis exñs in vno ſpiritu cognoſcit ſenſibilia q̃nq; ſenſuũ.Preterea.Irrõnalis vtus per vnũ ſpũm oia ſenſibilia cõprehendit.g̃ celum põt hr̃e ſenſus cũ vniformitate corporis.erunt ergo ſenſus,quos habet,toti celo coextẽſi. ¶ Quarto argumẽtat᷑ pro peripateticis iterũ,qꝛ viuẽti,vt viuens ſenſus nõ ſunt neceſſarij,vt plãte indicãt,que vitã hñt,ꝛ non ſenſũ. ¶ Rñdet,ꝙ viuẽti vt eſt viuens,ſenſus neceſſarij nõ ſunt,ſed viuenti ꝑfecto ſunt neceſſarij nõ ad viuendũ,ſed ad excellentiã. ¶ Quinto argumentat᷑ pro peripateticis ſi celeſtia hr̃ent ſenſus/haberent deſideriũ,vbi deſideriũ,ibi ira,ꝛ voluptas,ꝛ triſtitia:at abſurdũ vĩ dicere celeſtia iraſci,triſtari,ꝛ deſiderare,qꝛ tunc corrũperentur. ¶ Reſpondet pro Platonicis ꝯcedendo celeſtia hr̃e deſideriũ,quo deſiderant imitari primã mẽtẽ:tale enim deſideriũ omni enti ineſt,qꝛ vnũquodq; appetit aſſimilari deo,aut oio,aut aliqua ex parte.Iram vo nõ hñt:non enim opꝫ vbi eſt deſideriũ,eſſe iram.Zoophyta enim hñt deſideriũ,ꝛ triſtantur,ꝛ letãtur,nõ tñ iraſcunt᷑.pñt ergo celeſtia hr̃e deſideriũ/ꝛ nõ iram:nec opꝫ vbi eſt deſideriũ/ibi eſſe triſtitiã,niſi illud deſideriũ ſequat᷑ tactũ:ſicut nõ ſequitur in celo. ¶ Sexto argumentat᷑,qꝛ ois ſenſus ſit ad exteriora:ſed extra celũ nihil eſt,ergo non pñt celeſtibus ſenſus ineſſe. ¶ Rñdet pro Platonicis extra celum deorſum eſſe ſenſibilia:ꝛ illa ſentiunt.Platonici ergo aſſerunt celeſtia hr̃e ſenſus nõ ꝓpter neceſſitatẽ,ſed ꝓpter vtilitatẽ,ꝛ excellentiã.Propter vtilitatẽ qdẽ,qꝛ ſunt vtiles aie,qꝛ per illos apprehẽdit ſingularia,ꝛ terrena.Propter excellentiã vo,qꝛ ſunt de excellẽtia corporis nobiliſſimi:verũ libro de ſubſtantia orbis rẽ hãc diſputaui,nunc vero de re hac hactenus.

Argyr. ¶ Atq ſi ſenſũ hꝫ:neceẽ eſt ipꝫ vel ſimplex corpꝰ/vel miſtũ eẽ.Sꝫ fieri nõ pt:vt ſit ſimplex.nõ.n.hẽbit tactũ.At hũc ſenſũ ineẽ neceẽ.

T.c.62 ¶ At vo ſi ꝛ ſenſũ habet:neceſſe eſt corpus eſſe aut ſimplex/aut miſtũ.Impoſſibile autẽ eſt ſimplex eſſe.tactũ.n.nõ haberet.Eſt aũt neceſſe hunc habere.

COMMENTARIVM

¶ Expoſitores ſequẽtes Themiſtiũ volunt ꝙ Ariſto.probet,ꝙ ſenſus ſit neceius oibus aialibꝰ,ad hoc vo oſtendere volunt ꝙ Ariſt.ꝓponat duo.Quoꝝ ꝑmũ eſt ꝙ ſi aial ſenſum habet,eius corpus neceſſe eſt eſſe aut ſimplex:aut miſtum.Scõm,ꝙ ſi aial ſenſum habet,ipoſſibile eſt eius corpus eſſe ſimplex.ꝓbat,qꝛ tactũ non hr̃et,modo neceſſe eſt vt omne animal habeat tactũ.Hec ergo duo diuus Expoſitor aſſerit Ariſto.preaſſumere. ¶ Philoponus vero aſſerit,ꝙ cum Ariſto.diuiſiſſet aialia a plantis:ꝛ a celeſtibus,nũc vult diuidere aĩalia inter ſe.Et primo ponit eoꝝ cõueniẽtias.Scõo eoꝝ dñas,vocat autem aialia progreſſiua,ꝛ zoophyta aialia cõiter,qꝛ vtriſq; competit aialis definitio:que eſt ſubſtantia aiata ſenſitiua. ¶ Quantum ad primũ vult ꝓbare ſꝫ Philoponũ,ꝙ neceſſe eſt omne animal hr̃e ſenſum tactus.Ante tñ q̃ꝫ hoc ꝓbat,innuit tres ſyll'os,primus eſt,ſi neceſſe eſt corpora,que hñt ſenſũ,velut animalia,aut ſimplicia,aut cõpoſita eſſe.nõ ſunt ſimplicia/igitur ſunt cõpoſita.Qꝛ ſint cõpoſita fiat ſcõs ſyll's:ſi nõ eſſent cõpoſita,nõ hr̃ent tactũ,qꝛ vbi eſt tactus,ibi eſt miſtio.ſiquidem ex quibus eſt/hec tangit.Tangit aũt multa:ergo neceſſe eſt hr̃e tactũ.Qꝛ habeat tactũ ꝓbatur alio ſyll'o ſic,ſi aial eſt corpus aiatum,omne aũt corpus aiatum tangibile eſt:omne aũt tangibile tactũ cõprehẽdit.ergo tactus eſt in nobis.hi ſt̃ tres ſylli.Ariſto.ergo innuẽs ꝑm̃ ſyllm̃,iterũ quaſi tres facit.Unde dicit.At vo ſi ꝛ ſenſũ habet,neceſſe eſt corpus eſſe/aut ſimplex/aut miſtũ.Hic eſt ꝑmus ſyll's.Secũdus,nõ poſſibile eſt eſſe ſimplex:tactũ enĩ non hr̃et.Tertius ſyll's,eſt aũt neceſſe ipſum hr̃e.Hec ergo premittit ſm̃ Philoponum:in q̃bus innuit totã vim primi ſylli. ¶ Fortaſſe Ariſto.volẽs ꝓbare ꝙ neceſſe eſt ſenſũ ineſſe oibus aialibus,ꝑmittit tres ſuppõnes.Quarũ ꝑma eſt,ſi aial hꝫ ſenſum,neceſſe eſt eius corpus eſſe,aut ſimplex,aut miſtum.Scõa vero eſt/corpus aialis hñtis ſenſum,nõ poteſt eſſe ſimplex,qꝛ ſi eſſet ſimplex,non haberet tactũ.Tertia ſuppoſitio eſt,neceſſe eſt omne animal hr̃e tactũ:ad qd vero ſeruiant ſuppoſitiones iſte,in ſequẽtibus oſtẽdetur. ¶ Vel dici põt ꝙ Ariſto.in his tribus ꝓpõnibus poſuit ſuã intentionẽ,vt Expoſitor inqt.Eſt enim ſua intẽtio probare,ꝙ omni aiali inſint ſenſus,quã intẽtionẽ in his tribus ꝓpõnibus collocauit:qꝛ ſi omni animali ineſt tactus,vl' guſtus,omni aiali ineſt ſenſus,ideo ſumit omni animali ineẽ tactum/deinde omni aiali ineſſe aliquo pacto guſtũ,quia ex his ſtatim habetur omni aiali ineſſe ſenſum. ¶ Melius aũt cũ nouo Expoſitore,Ariſtotelem dicẽdũ eſt duo premittere.Quorũ ꝑm̃ eſt,ꝙ impoẽ eſt corpus animalis eſſe ſimplex:ꝛ hoc inqt.At vero ſi ꝛ ſenſum habet,neceſſe eſt eius corpus eſſe,aut ſimplex,aut miſtũ,ſuppoſita hac hypothetica eligit primũ ꝓbandũ,cum dicit.Impoſſibile autem eſt eius corpus eſſe ſimplex,qꝛ non hr̃et tactum:hoc eſt primũ.Deinde dat ſcõm,ꝛ dicit.Eſt aũt neceſſe hunc:ſcilicet tactũ hr̃e,ꝛ hoc eſt ſcõm.Hec ergo duo vult declarare.ſ.ꝛ ꝙ impoſſibile eſt animalis corpus eſſe ſimplex:ꝛ ꝙ neceſſe eſt omne animal hr̃e tactum.

¶ Qꝛ qdẽ:ex hiſce ꝑſpicuũ euadere põt.Nam cũ aial oẽ corpꝰ ſit aiatũ corpuſq; oẽ tãgibile ſit:tãgibile aũt ſit id qꝺ eſt ſenſibile tactu:neceſſe eſt ꝛ aialis corpꝰ vim hẽat ſentiẽdi tangẽdo/ſi dẽat ipm aial ꝯſeruari.Ceteri nãq; ſenſus/ꝑ alia qdã externa ſentiũt:odoratꝰ inquã/viſus/ac auditꝰ.tãgẽs ãt niſi ſenſũ hẽat:non poterit alia qdẽ fugere/alia aũt capere.Qꝺ ſi ita ſit:fieri nõ pt vt ipm aial ꝯſeruet᷑. Argyr.

¶ Hoc aũt ex his manifeſtũ eſt.Quoniã enĩ aial/corpus aiatũ eſt/corpus autẽ omne eſt tãgibile/tãgibile autẽ qꝺ ſenſibile tactu:neceſſe eſt ꝛ aialis corpus tactiuũ eẽ/ſi debeat ſaluari animal.Alij.n.ſenſus ꝑ alia ſentiũt/vt olfactus/viſus/auditus.tangens aũt/niſi habeat ſenſum/nõ poterit hec quidẽ fugere/illa autẽ accipere.Si vero hoc:impoſſibile eſt ſaluari animal. T.c.63

COMMENTARIVM.

¶ Duo ꝓpoſuit,quoꝝ primũ erat,ꝙ corpus aialis impoſſibile eſt eſſe ſimplex.Scõm vo ꝙ omni animali neceſſe eſt ineſſe tactũ.Nũc ꝓſequit᷑ ſcõm,ꝛ procedit reſolutorie(vt Philoponus innuit)ꝓponit tamẽ primo illud,qꝺ vult ꝓbare,ꝛ dicit.Hoc aũt.ſ.ꝙ oibus aialibus inſit tactiuum ſiue tactus,ex his,que ſtatim dicemus/manifeſtum eſt:de

inde ꝓſeqtur a pmo ad vltimū ſyllogiſmū, dicēs. Quoniaꝫ enim aīal eſt corpus aīatū, corpus autē .ſ. aīatū omne eſt tāgibile, ergo ſupple aīal eſt corpus tāgibile. Eſt enim ſyll's, omne corpus aīatū .ſ. gñabile ⁊ corruptibile (de hoc enim loqmur) eſt tangibile, omne aīal eſt corpus aīatū gñabile. ergo omne aīal eſt tangibile. Ultra, tangibile aūt omne, eſt corpus qđ eſt tactu ſenſibile, vt miſtum ex calido, frigido, humido ⁊ ſicco. omne aīal eſt corpus tāgibile. ergo omne aīal eſt miſtū ſenſibile ſenſu tactus. Deinde facit tertiū ſyllogiſmum hypotheticū hoc pacto/ ſi aīal dꝫ ſaluari, dꝫ eſſe tactiuū, ſed animal dꝫ ſaluari, ergo de facto dꝫ eſſe tactiuū. Maiorē ꝓbat, cū dic t. Alij enim ſenſus ꝑ alia .ſ. extranea, ⁊ remota media ſentiūt ſua ſenſibilia vt olfactꝰ odorabilia/ viſus viſibilia/ auditus audibilia. At tangēs/ niſi hēat ſenſum quo ſentiat tāgibilia, que poſſunt ipſum corrūpere, ⁊ qdē de ꝓximo/ nō poterit hec qdē illoꝝ fugere, atqꝫ euitare, illa āt accipe vt vtilia, ⁊ vite ꝓficua. Minor vō pꝫ ex dictis: aīal enim cū ſit miſtū tāgibile, vt ꝓbatū eſt, dꝫ ſaluari, ⁊ preſeruari ne corrūpat ante tp̄s ſue corruptionis. propterea dicit. Si vō hoc fuerit, vt .ſ. ꝙ nec aīal fugit, nec ꝓſequitur vtile/ impoſſibile eſt ſaluari certo dato tempore. ergo ſi debet ſaluari certo dato tempore/ dꝫ habere ſenſuꝫ, quo poſſit diſcernere ꝑniciosum/ ⁊ aſſeq vitale, talis aūt eſt tactus, ſolus enim hic diſcernit hec de ꝓximo. ❡ Quo vō ad vba attinet, aīaduerſione dignū duplex eſſe nečiuꝫ, ſimpliciter, ⁊ ex ꝯditione, aīal hr̄e tactum ⁊ eſt ſimpl'r neceſſarium, alioquin aīal nō eſſet aīal, ⁊ eſt nečiuꝫ ſi debeat certo tp̄e viuere. Quia igit̃ hic probauit aīal debere hr̄e tactum nečio neceſſitate conditionis, ideo reꝫ hanc ſyll'o hypothetico ꝓbauit .ſ. ꝙ ſi animal debeat ſaluari, neceſſe eſt hr̄e tactum. accipit autem ꝙ debeat ſaluari certo dato tp̄e, qꝛ eſt miſtum corruptibile ⁊ gñabile. Hec de textu.

Argyr. ❡ Quapropter ⁊ ipſe guſtus: q̄ſi tactus eſt quidā. eſt .n. alimēti ſenſus. at alimentū: corpus ē qđ tactu ꝑcipit̃. Sonꝰ āt ⁊ color ⁊ odor: nō nutriūt/ nec accretionē decretionēue faciūt. Quare nece ē ipm guſtū/ tactū quēdā eē: qꝛ rei tāgibilis ac nutritiue ē ſenſus. Hi igitur ſenſus: neceſſarii ſunt aīali atqꝫ ꝑſpicuū eſt: fieri non poſſe vt ſit animal abſqꝫ tactu.

T.c.64 ❡ Quapropter ⁊ guſtus eſt vt tactus quidā. alimēti .n. eſt. alimentū aūt corpus tangibile eſt. Sonꝰ aūt/ ⁊ color/ ⁊ odor/ non alunt/ neqꝫ faciunt augmentū/ aut decrementū. Quamobrem/ ⁊ guſtū neceſſe eſt tactū/ eſſe quēdā/ qꝛ tangibilis ⁊ vegetatiui ſenſus eſt. Hi igit̃ neceſſarii ſunt aīali/ atqꝫ manifeſtū eſt/ ꝙ nō eſt poſſibile ſine tactu animal eſſe.

COMMENTARIVM.

❡ Propoſuit tactū eſſe nečium aīalibus, obiter quaſi digrediēs ꝓbat guſtū eſſe nečium aīalibus eadem rōne/ qua tactus eſt aīali nečius. eſt eniꝫ tactus nečius aīalibus, ſi aīal certo tēpoꝝ ſpatio ſeruari debeat, hac ēt rōne ⁊ guſtus neceſſarius eſt oībus aīalibꝰ, qꝛ guſtu diſcernit alimētū cōuenies, ⁊ refutat alimentū perniciosuꝫ. Unde dicit. Quapropter ⁊ guſtus eſt, vt tactus qdā .ſ. inquātū eſt ſenſus alimēti diſcernēs bonū a non bono, ꝑniciosum a ſalutifero. Modo ꝯſtat alimentū eſſe quoddaꝫ tāgibile, ergo eius ſenſus eſt qdam tactus. Quia vō qs poſſet dicere ceteros ſenſus eſſe quodam modo guſtū/ vel tactuꝫ, hoc excludens, dicit. Sonus aūt ⁊ color, ⁊ odor, nō alunt, neqꝫ faciunt augmentum, aut decrementum: ⁊ ſic ſenſus eoꝝ nō pn̄t dici guſtus vel tactus, ꝓpterea repetit qđ dixit, cū inqt. Quamobrem guſtū neceſſe eſt tactuꝫ quēdā eſſe. qꝛ eſt ſenſus tāgibilis ⁊ vegetatiui, hoc eſt nutritiui, quod eſt tāgibile. ❡ Philoponus aūt dicit Ariſtotelē hic oſtēdiſſe guſtū eſſe tactū quendam obiter, qꝛ cū dixit/ ꝙ tactus ſolus ſuſcipiēs ſentit, poſſet qs dicere, ꝙ guſtus etiā ſuſcipiens ſentit, iō dixit ꝙ guſtus eſt vt qdā tactus: qꝛ imediate ſentit veluti tactus, ⁊ id qđ ſentit, eſt quoddā tangibile. Reſoluit aūt Philoponus hunc textū in tres ſyll'os. Primus eſt, ſi tactus eſt animali nečius, ⁊ guſtus etiam eſt aīali nečius: per hūc enim nutrimur, guſtus igit̃ eſt tactus. dedit aūt intelligere hūc ſyll'm cū dixit. [Quapropter ⁊ guſtus vt tactus qdā eſt.] Scđs ſyll's eſt, ꝙ guſtus eſt tactus nutrimēti, quē ponit, cū inqt. [Alimēti eniꝫ eſt. Alimētū aūt corpus tāgibile eſt.] ergo guſtus eſt, vt tactus. Tertius vō eſt, qꝛ guſtus eſt eius, qđ per ſe nutrit, ⁊ per ſe eſt tāgibile, ſonus aūt ⁊ cetera ſenſibilia nō nutriunt/ nec ſunt ſenſibilia. Ex his ergo ꝯcludit: hi igit̃ .ſ. tactus ⁊ guſtus nečij ſunt aīali atqꝫ manifeſtum eſt, ꝙ nō eſt poſſibile ſine tactu aīal eſſe. Patet ergo guſtū eſſe tactū aliquo modo, ⁊ quatenus eſt nečius ſi aīal debeat ſaluari/ ⁊ quatenus eſt eoꝝ/ que tangibilia ſunt.

❡ At ceteri ſenſus: boni ſūt grā. ⁊ definitio iā gñi nō cuiuis aīaliū ſine vllo diſcrimine: ſed cuidā vt gradiēti/ nece ē inſint. nā ſi ꝯſeruari debeat: nō ſolū tāgēdo ſꝫ eminꝰ ēt ſentire ipm opꝫ. Qđ quidē erit: ſi ꝑ externū ſentire mediū poſſit: hoc pacto vt a ſenſibili quideꝫ mediū/ ab hoc aūt ipſum patiat̃ ac moueat̃. Argyr.

❡ Alii aūt ꝓpter bonū. ⁊ generi animalium iā/ nō cuicunqꝫ/ ſed cuidā/ vt progreſſiuo: neceſſe eſt ineſſe. Si .n. debeat ſaluari/ non ſolū oportet tāgendo ſentire/ ſed ⁊ de lōge. Hoc autem erit ſi per medium ſenſitiuum fuerit/ eo ꝙ illud quidem a ſenſibili patiatur/ ⁊ moueatur ipſum autem ab illo. T.c.65

COMMENTARIVM.

❡ Sed dices, ſi guſtus ⁊ tactus ſunt aīalibus nečij/ ad quid dati ſunt alij tres ſenſus ipſis aīalibus? quaſi rn̄dens, dicit. Alij aūt ꝓpter bonū, h̄ eſt ad melius eſſe, viſus enim olfactus, ⁊ auditꝰ nō ſunt nečij aīalibus ſimpl'r, ſunt tm̄ aliquibus aīalibus dati ꝓpter melius: ⁊ addit, ꝙ ſi aīalibus ſint dati ꝓpter neceſſitatē ſi debeāt ſaluari/ nō cuicūqꝫ aīalium gñi iam, ſed cuidā tm̄ .ſ. ſoluꝫ aīali ꝓgreſſiuo, qđ querit cibum a longe: qꝛ tale ꝓgreſſiuū aīal ſi ſaluari debet, nō ſolū opꝫ tāgendo ſentire, hoc eſt non ſolum dꝫ hr̄e ſenſus, quibus de ꝓpe ſentiat, ſed eos, qbus ſentiat ⁊ de longe, hoc .ſ. ſentire de longe erit, quaſi dicat, qđ qdē ſentire de lōge erit ſi ſenſitiuū fuerit ſentiēs per mediū .ſ. aerem vel aquaꝫ, nā cum ſenſitiuum ſentit per aerem vel aquā aliquod ſenſibile, illud mediū per quod ſentit, patit̃/ ⁊ mouet̃ ab ipſo ſenſibili. Ipſum aūt ſenſitiuuꝫ mouebit̃ ab illo medio moto: hoc enim modo ſentire fit a remotis: vt dictū eſt 2° huius. ❡ Patet ergo ex his ceteros ſenſus nō eſſe nečios aīali, vt aīal eſt/ ſed eſſe dato aīalibus ad melius eſſe/ vt .ſ. per ipſos apprehēdat plura ſenſibilia. Patet 2°, ꝙ ſi ſint dati aīalibus ꝓpter neceſſitatē, nō ſunt dati niſi aīalibus ꝓgreſſiuis ſi debent ſaluari certo vite ſpatio: cum hec animalia querāt cibos a lōge: hoc pacto expoſuit Them̄. ❡ Philoponus autem dicit Ariſtotelē per hec demōſtraſſe dr̄iam inter aīalia penes ſenſus. dixit enim ꝯueniētias, dixit enim oīa aīalia habere tactū/ ⁊ eſſe miſta: nunc vult, vt tangat differentiam/ que eſt, ꝙ quedam animalia vltra hec/ habent ceteros ſenſus propter cauſas aſſignatas.



Argyr. ❡ Nā vt in motu ad locū accōmodato fieri ſolet cū ꝑ multa efficit̃ (pmū nāqꝫ mouēs: pellit ſenſū: pellēdoqꝫ facit vt illđ pellat id qđ ō ſceps poſt illđ ē collocatū. fitqꝫ hoc pacto motꝰ ꝑ mediū. atqꝫ pmū qdē: pellit ⁊ nō pellitur vltimū āt: pellit̃ ⁊ nō pellit. mediū vō: pellit̃ atqꝫ pellit. ⁊ iterdū plura ſunt media: iterdū pauciora) ſic ⁊ i alteratōe fieri ſolet hoc excepto dūtaxat id inqꝫ qđ alterat eodem i loco manē. veluti ſi qſpiā i cerā tixerit: vſqꝫ ad id mota ē vſqꝫq̄ tixit. lapis āt nī mouet̃: at aq̄ ad diſtātiā lōgā. aer āt ad lōgiorē mouet̃: atqꝫ agit ⁊ patit̃: ſi maneat ſitqꝫ vnꝰ ⁊ nō diuiſus.

❡ Sicut .n. mouens ſm locū vſqꝫ ad aliqd ꝑmutationem facit: ⁊ pellens alterum facit vt pellat: ⁊ eſt per medium motus: ⁊ primū quidem mouens pellit non pulſum. vltimuꝫ autem ſolum pellit̃ non pellens: mediū autem vtraqꝫ: multa aūt media: ſic in alteratione ꝑterqꝫ ꝙ manēs in eodē loco alterat: vt ſi qs in cerā tinxerit: vſqꝫ ad id mota eſt: quouſqꝫ tinxit. lapis aūt nihil: ſed aqua vſqꝫ ad ꝓcul: aer aūt ad plurimū mouetur/ ⁊ agit/ ⁊ patit̃. ſi maneat: ⁊ vnus ſit.

COMMENTARIVM

❡ Qm̄ dcm̄ eſt, ꝙ q̄dā ſenſitiua per medium ſuſcipiunt, oſtēdo hoc exēplo ſumpto ab ipſa pulſione, ⁊ inquit, ꝙ veluti i his que mouentur ſm locū quedam ſolum mouent, vt manus, que mouet virgā. Alia mouent ⁊ mouentur, vt vga, q̄ mouet lapidē, ⁊ mouetur a manu. Alia deniqꝫ mouent̃ tm̄ ⁊ nō mouēt, vt lapis, qui mouet̃, ⁊ demū nihil mouet. Dr̄ aūt (vt Philoponus inqt) primū qđ mouet tm̄, pellēs tm̄: ſumpſimus .n. mouens pro pellente, quare veluti in pulſione, primū qdem pellit tm̄: mediū vō pellit̃ ⁊ pellit: vltimū pellit̃ tm̄. ita in his que ſm alteratione ſunt, ſenſibile quidem ſolummodo pellit, hoc eſt trāſmutat: intermediuꝫ vō .ſ. aer vel aqua ⁊ trāſmutat̃ a ſenſibili, ⁊ trāſmutat ſenſuꝫ, ſenſus vō ſolū trāſmutat̃. Eſt tm̄ hec dr̄ia: qm̄ in manu qdē ⁊ virga ineſt motus in loco: ⁊ ſic nō pellunt, niſi moueant̃ ſm locū: in alteratione vō que fit in ſenſibus: ſenſibili ipſo exn̄te immobili, trāſmutatio facta eſt. Unde dicit. Sicut .n. mouēs ſm locum vſqꝫ ad aliqd ꝑmutationē facit. non .n. ad imenſuꝫ mouēs mouet, ⁊ pellēs .ſ. manus alteꝝ .ſ. vgaꝫ facit vt pellat, ⁊ eſt motus hic pulſionis per medium factꝰ, ⁊ primū quidē mouens .ſ. manus pellit nō pulſum, vltimū aūt .ſ. lapis pellitur nō pellēs, mediū aūt vtraqꝫ eſt .ſ. virga, ⁊ non modo vnum mediuꝫ pellit̃ ⁊ pellitur: ſed multa media: qꝛ poteſt medium eſſe ⁊ virga: ⁊ lignum, ⁊ ferrum. per que fit motus. Applicat exempluꝫ ad rem, ⁊ dicit. Sic i alteratione .ſ. qua ſenſus alterat̃ a ſenſibili, vt exponit Philoponus, ſupple eſt primum vltimum ⁊ mediuꝫ: ponit tamē dr̄iam, ⁊ inqt. Preterqꝫ ꝙ ſenſibile manens in eodem loco alterat medium ⁊ ſenſum, nō motū ſm locuꝫ: qđ declarat exemplo ⁊ dicit. Sicut ſi aliquis in cerā tinxerit hoc eſt impreſſerit, cera ab imꝑmente mota eſt vſque ad aliquid non ſm totū: ſic ſenſibile mouet mediū per partem poſt parteꝫ vſqꝫ ſenſum. Quia vero de medijs locutus eſt, que formas ſuſcipiūt: ideo, vt Philoponus inqt, de medijs differentiaꝫ quandam dicit: nam vt inquit vſqꝫ qd figurat̃, ⁊ non per totum. Aqua vō plus qꝫ cera, aqua enim quaſi per totum ſuſcipit ſpēs. aer adhuc plus, qꝛ ꝓpe per totum ſuſcipit ſpēs. eſt .n. hn̄ formalis. Quedam aūt nullo modo figurantur, vt lapis. Addit tm̄ ſi aer maneat ⁊ vnus ſit, qꝛ ſi diſſecatur: non ſic ſm totū figurat̃: vt Philoponus exponit.

❡ Quapropter ⁊ de reflexiōe meliꝰ ē aerē a figura coloreqꝫ pati q̊uſqꝫ ſit vnꝰ (ē aūt vnꝰ: in ipſo leui) qꝫ egrediētē viſionē frāgi atqꝫ reflecti cēſere. Quocirca rurſus hic mouet viſum ꝑinde atqꝫ ſi ſignū quod in cerā iprimit̃ tranſmitteretur vſqꝫ ad finem. Argyr.

❡ Unde de refractione eſt melius aerē pati a colore ⁊ figura vſquequo ſit vnus (i leui āt eſt vnꝰ) qꝫ viſum egrediētē refrāgi. Quapropter iterū ⁊ hic viſum mouebit: ſicut vtiqꝫ ſi cere ſignū ad finē vſque ſuccederet.

COMMENTARIVM.

❡ Ex his concludit eſſe melius dicere ꝙ viſio fiat ab externis ſenſibilibꝰ intramittēdo, qꝫ per egreſſionē ſpūs viſualis ad viſibile. ⁊ dicit. Un̄ de refractiōe viſuali ē meliꝰ aerē pati a colore ⁊ figura, ⁊ ſupple viſum pati ab aere moto ab illis, mō aer ſit vnus, ſicut facile pōt eē vnꝰ: qꝛ leuis: leuia .n. cuꝫ frāgunt̃ facile vniunt̃. Grauia vō: qꝛ dura poſtqꝫ fracta ſūt nō de leui vniunt̃. eſt melius dico, qꝫ viſuꝫ ſiue viſualē ſpūꝫ egrediētē ad viſibile refrāgi iteꝝ ad oculum, vt nonnulli dicūt, hoc eē melius nō alio ꝓbauit Ari, niſi exēplo ſempto a pulſione. Recolligit g̊ ꝓpoſitum, ⁊ dicit. Quapropter ⁊ iterum hic aer motus a colore vel figura viſum mouebit, eo modo quo ſi aliqđ ſignū pmo figuraret pmam ꝑtem cere, deinde ſcđaꝫ vſqꝫ ad finē ꝑ ꝑtē poſt ꝑtē. Et hiſce pꝫ qd ſit ſentire de longe, ⁊ qd de ꝓpe, vt propoſuit.

❡ Atqꝫ ꝑſpicuū eſt: fieri non poſſe vt corpus aīalis ſit ſimplex/ igneū inquā aut aqueū/ aut aereū. Nā nullꝰ aliꝰ ſenſus: abſqꝫ tactu haberi poteſt. corpus .n. animalis oīs: vt dictū eſt vim habet ſentiendi tangendo. Argyr.

❡ Quod aūt impoſſibile ſit ſimplex eē aīalis corpꝰ: manifeſtū eſt. dico aūt/ vt igneū/ aut aereum. Sine enim tactu nullū contingit aliuꝫ ſenſum habere corpus .n. animatū omne tactiuum eſt/ ſicut dictū eſt. T.c.66

COMMENTARIVM.

❡ Declarauit oībus aīalibus ineſſe tactuꝫ: nunc declarat, ꝙ corpus aīalis nō pōt eſſe ſimplex: qđ erat primum, qđ ꝓpoſuit: cur vō h̄ faciat, Expoſitores dixerūt h̄ facere Ariſt. vt repellat pōnem Platonis, qui aſſeruit q̄dā eſſe aīalia aerea alia ignea, alia celeſtia. que demones appellauit Apuleius: his .n. tribuerūt Platonici oēs ſenſus ꝑter tactū. tribuerūt ēt intell'm ſiue rōnalē aīam, qua ⁊ aīalia rōnalia dicerentur, vt Porphyrius autumat. Ariſt. g̊ volēs hoc aīaliū genꝰ refellere. Primo ex dictis ꝯcludit nullū eē aīaliū corpus ſimplex, qꝛ declaratū eſt oībus aīalibus ineē tactū. Mō tactus non ineſt niſi miſtis. nec pōt ineē illis aliꝰ ſenſus ſine tactu, qꝛ tactus eſt primꝰ ſenſus quo nō exiſtēte, alij non inerunt. Un̄ inqt, Quod aūt impoſſibile ſit ſimplex eē aīalis corpꝰ vt igneum aut ereum, ex dictis manifeſtum eſt: que breuibus reſumit, ⁊ inquit. Sine .n. tactu nullū alium ſenſuꝫ aīal ipm contingit hr̄e, cū ſit pmus, ⁊ declaratū ē omne corpus aīatū .ſ. aīa ſenſitiua eſſe tactiuū: quare nullū ſimplex corpus pōt eē aīalis. non .n. illud poteſt hr̄e alios ſenſus ſine tactu, nec poteſt habere tactū in re: ex dictis patet corpus animalis nullum eſſe ſimplex.

Argyr. ¶ Cetera aũt elẽta p̄ter terrã: inſtrã ſẽſus fieri pñt. Atqꝫ oẽ tale: p aliud ſentiẽdo ſenſum nimirũ efficit ⁊ p media. at tactꝰ: ĩ tãgendo ſenſibilia ſua ↄſiſtit. Quapropter ⁊ hoc noĩe nũcupat̃. atqꝫ tametſi cetera quoqꝫ ſenſuũ inſtrã tactu ſentiũt: tñ p aliud mediũ ſentiunt. at ipſe tactꝰ per ſe ipſum ſolꝰ ſentire videt̃.

¶ Alia aũt p̄ter terrã: ſenſoria qdẽ vtiqꝫ fiẽt. Ueꝝ oĩa p aliud ſentiendo faciũt ſenſum: ⁊ p mediũ. tactus aũt eſt in tãgẽdo ipſa. Quapropter ⁊ hoc nomẽ habet: attñ ⁊ alij ſenſus tactu ſentiũt: ſꝫ p alia. h̃ ãt vĩ ſolꝰ p ſeipſum.

COMMENTARIUM.

¶ Sed dices ſi corpus aĩalis nõ põt eẽ ſimplex, q̄ ſenſitiuuꝫ nõ põt eẽ ſimplex: vtrũ elĩta ſint aliquo mõ ad ſentiendum neccia, rñdet anteq̃ꝫ cõpleat ſermonẽ, quẽ incepit, ⁊ dicit ꝙ alia elĩta p̄ter terrã. ſ. aer: aqua ⁊ ignis ſenſibus vtilia ſt, ſalte vt ſenſoria, que ſunt inſtrã ſenſuũ. oculꝰ. n. aqueꝰ ⁊ aereꝰ exiſtẽs. ſenſoriũ viſus, ⁊ ſic de alijs elĩtis, vt dictũ ẽ 2ᵉ huiꝰ ẽ g̃ lꝫ corpꝰ aĩalis nõ poſſit eſſe ſimplex elĩtũ, tñ ſenſoriũ p̄dñant̃ põt eẽ elĩtũ excepta terra. ¶ Sꝫ dices ſi elĩta pñt eẽ ſenſoria ſaltẽ p̄dñanter accepta/ vtrũ eodẽ mõ faciendo ad ipſaꝫ ſenſationẽ ſicͭ tactoriũ. ¶ Rñdet ꝙ nõ: q̄ ipſa ñ faciũt ad ſenſationẽ niſi p media, tactoriũ ſiue tactus ſine medio externo. Unñ dicit. Verũ oĩa hec p̄ter terrã q̃ꝫq̃ꝫ ſint ſenſoria faciũt ſenſum ſiue ſenſationẽ p aliud ⁊ p mediuꝫ. ſ. externũ. tactꝰ aũt ſiue tactoriũ eſt in tãgendo ipſa ſenſibilia, ⁊ hac rõne vẽdicauit ſibi nomẽ tactus: qͦ ſilr̃ ſtans cum alio. ¶ Sed dices: nõne alij ſenſus p tactũ ſentiũt: vt dcm̃ ẽ 2ᵒ huius. Nõ. n. viſus põt vidẽ niſi ſpẽs rei viſe tangat. ¶ Rñdet attñ ⁊ alij ſenſus tactu ſentiũt. nõ. n. pñt ſentire niſi tãgãt ⁊ ſimul ſint cũ ſpẽbꝰ ſenſibiliũ. verũ talẽ ſimultatẽ nõ hñt niſi p alia media p̄us mota a ſenſibilibus. Sed tactus hic vĩ ſolus tãgẽs p ſeipꝫ ⁊ nõ p mediũ externũ. His g̃ v̄bis nullam aliã formã poſſumꝰ aſſignare faciliorẽ: nec Philoponꝰ, nec Themĩ. nec Simpl̃. hec legit ad verbum.

Argyr. ¶ Quibꝰ efficit̃: vt nullũ taliũ elĩtoꝝ corpꝰ ſit aĩalis. At v̄o neqꝫ terreũ eẽ p̄t. tactꝰ. n. veluti mediocritas eſt oĩuꝫ tãgibiliũ. ⁊ inſtrm̃ ipſiꝰ nõ mõ terre d̃riaꝝ eſt ſuſceptiuũ: ſed ẽt calidi frigidiqꝫ: ceteroꝝqꝫ oĩuꝫ tangibiliuꝫ. Et ideo neqꝫ oſſibus: neqꝫ pilis: neqꝫ talibꝰ partibus vllis oĩno ſentimus: q̄ terrea ſunt. Hinc ⁊ plãte oĩum ſenſuum ſunt/ vt pꝫ/ expertes: q̄ ⁊ ipſe terre ſunt. At abſqꝫ tactu: fieri non põt vt alius quiſq̃ꝫ ſit ſenſus. huius aũt inſtrumentum ſenſus: neqꝫ terre eſt: neqꝫ ceteroꝝ vllius elementorum.

¶ Quare hmõi quidẽ elĩtoꝝ nullũ vtiqꝫ erit corpꝰ aĩalis. Neqꝫ igr̃ terrenũ. oĩuꝫ. n. tangibiliũ tactꝰ eſt ſicut medietas: ⁊ ſuſceptiuũ eſt ſenſoriũ nõ ſolũ d̃riaꝝ q̃cũqꝫ terre ſũt: ſꝫ ⁊ calidi ⁊ frigidi ⁊ alioꝝ oĩum tangibiliũ. Et pp hoc oſſibus ⁊ capillis ⁊ huiuſmodi p̄tibus non ſentimus: q̄ terre ſunt. Et plante ẽt ob hoc nullũ hñt ſenſuꝫ: q̄ terre ſt̃. Sine ãt tactu nullum poſſibile eſt alium eſſe. hoc autẽ ſenſorium neque eſt terre neque alterius vllius elementorum.

COMMENTARIUM.

¶ Duo declarauit, ⁊ ꝙ corpus aĩalis nõ ſit ſimplex, ⁊ ꝙ elĩta p̄ter terrã ſunt ſenſoria ſalteꝫ p̄dñanter. Ex his duobus cõcludit ꝙ nullũ trium elĩtorum ẽ corpꝰ aĩalis totũ: tũ q̄a corpus aĩalis non eſt ſimplex: tũ q̄ hec tria elĩta ſunt ſenſoria, ⁊ inſtrã ſenſuũ. ⁊ q̄ nõnulli dixerũt terrenũ corpꝰ eẽ aĩalis, vt illi qui dixerũt terrã eẽ demogorgonẽ deũ deorũ. idͦ ↄ̃ hoc infert ꝙ neqꝫ terrenum corpus põt eſſe corpus aĩalis. Qͦ ꝓbat tribus rõnibus. Primo q̄ oporteret habere tactum: modo terra nõ habet tactũ: q̄ tactus eſt virtus fundata in miſtura quatuor qualitatum. tactꝰ. n. eſt ſicͭ medietas tãgibiliũ ⁊ tactoriũ ẽ veluti ſuſceptiuũ nõ ſolum d̃riarũ terre que ſunt frigidũ ⁊ ſiccũ: ſꝫ calidi ⁊ frigidi, ⁊ oĩuꝫ alioꝝ ſenſibiliũ. Mõ in terra non põt eẽ hec mediocritas. neqꝫ p̄t terra hr̃e tale ſenſoriũ taliũ ſuſceptiuum, g̃ terra nõ põt eſſe corpus aĩalis. ¶ Scd̃o hoc ꝓbat ſigno ſumpto ab illis, quibus nimia terreſtreitas p̄dñatur. naꝫ videmus nos non ſentire mediantibus capillis, oſſibus ⁊ vnguibꝰ, vbi terreſtreitas p̄dñatur. ergo a fortiori nec terra ſentire poteſt. ¶ Tertio hoc ꝓbat ſigno a plantis, q̄ non ſentiunt ꝓpter dominium terreſtreitatis in illis. ¶ Sed dices: nunquid terrenum corpus poſſit hr̃e alios ſenſus p̄ter tactum. ¶ Reſpondet preter aũt tactum nullum poſſibile eſt alium ſenſum eſſe in terra. ergo ſi ei nõ ineſt tactus: nullus inerit. ¶ Sed adhuc dices, vtruꝫ terra vel aliqͦ elementorum poſſit eſſe organũ tactus, ſicut põt aer eſſe organum viſus. ¶ Rñdet hoc autẽ ſenſoriũ qͦ eſt organũ tactus, neqꝫ põt eſſe terre, aut alteriꝰ vllius elemẽtoꝝ p̄dñanter, ſed oportet tactoriuꝫ eſſe miſturam elementoruꝫ, ſi dꝫ eſſe conueniens inſtrumẽtum tangẽdi: cuius ſignũ eſt, q̄ quãto tactoriũ eſt temperatius tanto eſt magis idoneum.

¶ Hec cũ ita ſint: pꝫ aĩalia neceſſario mori cũ hoc ſolo ſenſu tactꝰ p̄uat̃. neqꝫ. n. fieri põt vt hũc ſenſuꝫ nõ aĩal hẽat: neqꝫ ſi aĩal eſt alium ſenſum preter hanc hr̃e neceſſe eſt. Argyr.

¶ Manifeſtũ eſt igr̃ ꝙ neceſſe eſt hoc ſolo p̄uata ſenſu aĩalia mori. Neqꝫ. n. hũc poſſibile eſt hr̃e nõ exñs aĩal: neqꝫ cũ ſit aĩal: aliũ hr̃e neceſſe eſt preter hunc. T.c.67

COMMENTARIUM.

¶ Ex dictis infert quo modo ſe hñt ſenſus ad animal, ⁊ primo quo modo ad aĩal ſe habeat tactꝰ, ⁊ dicit. Quod ex dictis patet, qm̃ aĩalia neceſſe eſt mori ſolo tactus ſenſu p̄uata. cum. n. aĩal pungit̃, aut coqtur, ⁊ non ſentit, mortuꝰ eſt. Affert vero cauſam ex dictis, q̄ cum animal perit, ⁊ non exiſtit, mox perit, ⁊ tactus, ⁊ cum animal eſt, nullum alium ſenſum neceſſe eſt hr̃e in eo ꝙ aĩal p̄ter tactuꝫ. Quia igitur tactus cum aĩali cõuertitur: iure pꝫ aĩalia ſolo tactu priuata mori. Sed dices ẽt priuata guſtu neceſſe ẽ mori. Jam patuit ſolutio, ꝙ quo guſtus quidam tactus eſt: ſic animalia guſtu priuata neceſſe eſt mori: quo vero guſtus differt a tactu. ſ. vt eſt perceptiuus delectationis cibalis, vt ſic nõ dꝫ eo mori animal, quo guſtu vacat.

¶ Et ppea ſit vt cetera qdẽ ſenſilia nõ corrũpãt ſuis exupatiõibꝰ aĩal color inquã ſonus ⁊ odor: ſed ipa tm̃ ſenſuũ inſtrã: niſi p accñs. vt/ ſi ſimul cũ ſono pulſio ictuſqꝫ fiat: ⁊ ſi a rebꝰ q̄ vident̃ atque ab olẽtibus alia moueantur q̄ tactu corrũpũt. ſapor ẽt hoc ſane corrũpit: quo ſimul accidit ipm̃ tangibile eẽ. Exupationes aũt tãgibiliũ/ vt calidoꝝ/ frigidoꝝ ⁊ hmõi: ipꝫ iterficiũt atqꝫ interimũt aĩal. exuperatio. n. ſenſibilis cuiuſuis: ſenſus deſtruit inſtrꝫ atqꝫ deuaſtat. Quare ⁊ tãgibile exuperãs: ipꝫ deſtruit tactũ. Ad hoc ſenſu: definitũ ẽ aĩal. ſine nãqꝫ tactu fieri nõ poſſe vt ſit aĩal: demõſtrauimꝰ. Quẽobrẽ exupatiões eoꝝ q̄ tactu p̄cipiunt̃: non ſolũ inſtrm̃ ipſiꝰ ſenſus: verũetiã aĩal ipꝫ interimũt atqꝫ corrũpũt: q̄ neceſſe eſt aĩal/ hunc ſolum habere. Argyr. Argyr.

¶ Et pp hoc quidẽ alia ſenſibilia excellentijs nõ corrũpunt aĩal: vt color/ ⁊ odor/ ⁊ ſonus: ſꝫ ſolum ſenſoria: niſi per accidens: vtpote ſi ſimul cum ſono pulſio fiat/ ⁊ ictus. ⁊ a viſis/ ⁊ odore alia moueant̃. que tactu corrumpunt. ⁊ ſapor autem ſm̃ ꝙ accidit ſimul tactiuum eſſe: ſic corrũpit. Tangibilium aũt excellentia vt calidoꝝ ⁊ frigidoꝝ/ ⁊ durorũ corrumpit aĩal. Oĩs. n. ſenſibilis excellentia corrumpit ſenſorium. Quare ⁊ tangibile tactuꝫ. Sꝫ hoc determinatum eſt ipm̃ viuere. ſine. n. tactu demonſtratum eſt ꝙ impoſſibile eſt aĩal eſſe. Quocirca tangibiliũ excellentia non ſolũ corrũpit ſenſorium: ſed aĩal. q̄ neceſſe eſt ſolum habere hunc animal. tãgibile tactiuũ. T.c.68.

COMMENTARIUM.

¶ Scd̃o ex dictis infert quo modo ſenſibilia ſe habeant ad aĩal quo ad corruptionẽ, ⁊ vult ꝙ excellentie ceterorũ ſenſibilium per ſe non corrumpunt aĩal, ſed ſolum ꝓpa ſenſoria, vt pollẽs viſibile nõ aĩal corrũpit, ſꝫ viſoriũ pollẽns ſonus nõ aĩal, ſed auditorium ſoluit. pollẽs odor nõ aĩal, ſed olfactorium deſtruit. dico per ſe, quia per accidens vnũquodqꝫ hoꝝ põt corrumpere aĩal. vt ſi cuꝫ ſono fiat pulſio ⁊ ictꝰ, vt in bõbarda vel tonitruo. Sonus. n. non per ſe, ſed rõne eius quod cum eo ad aĩal peruenit, interficit. ſilr̃ ſi eum viſis: ⁊ odore alia moueantur, que tactu corrumpunt aĩal, ipſa etiã rõne illoꝝ corrũpant aĩal. Uiſio enim baſilici animal humanum necat, quo ſimul cum ſpecie viſibilis multiplicatur venenum, qͦ tangens hoĩem necat., ⁊ de odore ſimili ratione Siliͭ ratione ſapor non necat, quo ſapor eſt, ſed quo accidit eſſe tangibile, ſic corrũpit. Sic igit̃ pꝫ, ꝙ ceteroꝝ ſenſibiliuꝫ excellentie per ſe non corrumpunt aĩal, ſed ſolum ꝓpria ſenſoria: modo ad corruptionẽ ſenſorij nõ ſequitur corruptio per ſe totius aĩalis. ergo excellentie ceteroruꝫ ſenſibiliũ nõ corrumpũt per ſe aĩal. At excellẽtie tactiliuꝫ nõ ſolũ ꝓpriũ ſenſoriũ corrumpũt, ſed totũ aĩal, qm̃ tactus ad tactoriuꝫ p totum aĩal eſt, vt Philoponus inqt. Unde dicit. Tactilium autem excellentia, vt calidorum frigidoꝝ ⁊ duroꝝ corrũpit aĩal ꝓbat per ea que nunc dicta ſunt, dicens. Oĩs. n. ſenſibilis excellentia corrũpit ſenſum ꝓpriũ ⁊ ſenſorium ꝓpriũ. g̃ tactile corrũpit tactũ ⁊ tactoriũ. Tunc vltra, ſed h̃ ſenſu. ſ. tactu: ⁊ eius tactorio determinatũ eſt ipm̃ viuẽ, qͦ ẽ ꝓpꝛium aĩali, vt dictum eſt, quia. ſ. ſine tactu impoſſibile eſt aĩal eẽ, g̃ excellentia tactilium nõ ſolũ corrũpit ſenſorium. ſ. tactoriũ ipꝫ, ſed totũ aĩal. q̄ (vt dictũ eſt) neceſſe eſt aĩal ſolũ habere hũc ſenſum. ſ. tactum. Eſt g̃ ſyll'ſ corrũpẽs tactoriũ, corrũpit aĩal, hec pꝫ, q̄ ſine tactorio aĩal eſſe non põt, cum ſit per totum aĩal. Sed excellentia tactilium corrumpit tactoriuꝫ, vt pꝫ per rõnem gñalem qua ꝓbatuꝫ eſt omne ſenſibile excellens corrumpe ſenſorium. ergo excellẽs tactile corrumpit aĩal. ¶ Ex his patet qm̃o ſenſibilia ſe hñt ad aĩal: q̄ (vt Themĩ. colligit) excellentie tactilium per ſe ⁊ tactorium ⁊ aĩal corrumpunt, excellentie ceteroꝝ ſenſibilium: per ſe qdem ſenſoria: per accidẽs aĩal corrumpũt: quatenus cũ eis multiplicant̃ male qualitates, que tangendo aĩal ipſum necant. vt dicitur de baſilico, qui necat hoĩem, qui baſiliſcum aſpicit: h̃ enim (vt medici tradũt) non eſt, ꝙ baſiliſcus vt viſibilis/ corrũpat hoĩem, ſed quo ab eius oculis: ⁊ toto corpore exeunt vapores venenoſi, qui veniunt ad hoĩem ſimul cum ſpẽbus viſibilibus, ⁊ aerem circa hoĩem inficiunt/ qui aer infectꝰ tangit hoĩem, ⁊ tactu hoĩem necat. Silr̃ corpora fetida multiplicando odorem in aere cum eo miſcẽt, malas qualitates, que inficientes aerem nos ambiẽtem, tãdeꝫ nos necant. ¶ Aiaduerte tñ ꝙ ſm̃ v̄itatẽ dr̃, ꝙ baſiliſcus interficit hoĩem, cum ipſe p̄us hoĩem videt. cum aũt contra hõ p̄us viderit baſiliſcum, homo ſua viſione baſiliſcuꝫ necat. Huius ꝓblematis cã eẽ põt, ꝙ cum baſiliſcus hoĩem prius videt, ab eius oculis exeũt vapores, qui ĩficiunt aerem hominẽ tangẽtẽ: ⁊ ſic hoĩem necat vaporibꝰ exeũtibꝰ ab oculis: per accidens aũt viſione: at cum hõ prius baſiliſcum videt, ẽt ab oculis hoĩs exeunt vapores vſqꝫ ad baſiliſcum, q multiplicati cũm viſione hominis aereꝫ baſiliſcuꝫ ambientem inficiunt: ⁊ ſic hõ necat viſione baſiliſcum p accñs: vaporibus v̄o cum viſione multiplicatis per ſe: ſunt enim vapores qui exeunt ab humanis oculis, ita pernecatiui baſiliſci, ſicut vapores exeuntes ab oculis baſiliſci, pernecatiui hominis. ¶ Hac ratione vetule vidẽdo pueros afficiunt eos, q̄ ob earum oculis exeunt vapores malefici pueroꝝ, vt dictum eſt de baſiliſco.

¶ Ceteros aũt ſẽſus aĩal hꝫ: nõ vt ſit ſꝫ vt bene ſit/ vt antea diximꝰ. Uiſum. n. habet vt videat: qm̃ ⁊ ĩ aere ⁊ in aq̃ ⁊ oĩno ĩ p̄ſpicuo degit. Guſtũ aũt: ob id qͦ voluptate efficit aut dolore/ vt ĩ alimẽto ea/ ſẽtiat ⁊ cupiat ac moueat̃. Et auditũ: vt aliqd ſignificet̃. Linguã p̄terea: vt ipſũ: aliquid alij p ipſam ſignificet. Argyr.

¶ Alios ãt ſẽſus hꝫ aĩal: ſicut dictũ ẽ nõ vt ſit. ſꝫ vt bene ſit. Ut viſuꝫ: q̄ in aere ⁊ aqua vt videat. oĩno aũt: q̄ in diaphano. Guſtũ aũt hꝫ ꝓpter d̃lectabile ⁊ triſte: vt ſentiat id qͦ ĩ alimẽto eſt ⁊ concupiſcat/ ⁊ moueat̃. Audituꝫ aũt vt ſignificet̃ aliquid ipſi. Linguam vero vt ſignificet aliquid alteri.

COMMENTARIUM.

¶ Cepit declarare qm̃o ſenſus ad aĩal ipſum ſe habeant, ⁊ declarauit ꝙ tactus ſe hꝫ ad aĩal cuꝫ nec̃itate, interpoſuit pp illud qm̃o ſenſibilia ſe habent ad aĩal, nũc redit ad complenduꝫ quo modo ceteri ſenſus ſe hñt ad aĩal: ⁊ dicit ꝙ ceteri ſenſus non ſe hñt ad aĩal pp neceſſitatẽ, qua aĩal eſt animal, qm̃ aĩal eẽ, ⁊ viuere põt ſine illis, ſꝫ ſunt ad bñ eẽ: ⁊ hoc declarat per ordinem, ⁊ dicit. Sicut ad bñ eẽ hꝫ viſum/ q̄ viuens in aere ⁊ aqua, vt videat per aerem ⁊ aquam ea, que ꝓcul ſunt: ⁊ non ſolũ videant per aerẽ ⁊ aquã, ſꝫ vt videant in diahpano, ⁊ per omne diaphanũ: videmus. n. per vitruꝫ ⁊ per corpa celeſtia: vt pꝫ. Unñ vt Philoponus inquit ex viſu aĩal hꝫ multas vtilitates: viſu. n. multas rerum ſcias inuenimus. viſu etiã miteſcũt fere, ac docent̃, ⁊ manſueſiũt. Guſtuꝫ etiam aĩal habet ad bñ eẽ, pp delectabile ⁊ triſte, vt ſentiat id qͦ in alimẽto eſt de delectabili vel de triſti, vt concupiſcat in delectabili, ⁊ moueatur a triſti illud fugiendo. vel vt moueat̃ ad querendum ipm̃ delectabile/ qͦ in illo alimẽto cog̃uit. Audituꝫ v̄o vt ſigñet̃ aĩali aliq̃d. ¶ Sed di-

ces de animalibus irrationabilibus non videtur valere hoc non videtur animali irrationali ab altero aĩali aliquid ſignificari. ¶ Reſpõdet Philopon⁹, ꝙ etiã aĩalib⁹ irrõnabilib⁹ aliquid ſignificatur, non tñ illud quod ſignificatur eſt conceptio, ſed affectio. Cuius ſignuꝫ affert, quia audientia pullos ipſoꝝ, curant ipſos, ergo per voces eſt aliqua ſignificatio. Aut dicas, vt Philoponus inquit, ꝙ irrõnabilia audientia ea, que a nobis ſignificantur, manſueſcunt. Expoſitor auteꝫ vult etiã irratiõalibus a ſibi ſĩlibus ⁊ ab alijs per voces aliquam conceptionem ſignificari, quatenus alterum animal alteri prodeſt, vel obeſt. Ultimo exponit iuuamẽtũ lingue, in qua eſt guſtus: ⁊ dicit. Linguam vero habet animal ad bene eſſe. ſ. vt animal per linguam aliquid alteri ſignificet, hẽt etiam linguam, vt Themiſt. inquit, ad perceptionem ſaporum: ⁊ ſic ad duplicem vtilitatem, ⁊ pro deguſtatione, ⁊ ad vocis officium. Uerum, vt Auerro. ait lingua reſpectu deguſtationis videtur admodum propter neceſſitatem animali data. Sed pro vocis officio, propter vtilitateꝫ, ⁊ bene eẽ.

¶ Sed dices ſuperius dixit animali progreſſiuo ceteros ſenſus etiam datos eſſe propter neceſſitatem, nunc vero dicit eſſe datos ad bene eſſe. ¶ Reſpondet Philoponus progreſſiuis animalibus ceteros ſenſus eſſe datos propter neceſſitatem non, quo animalia ſunt, ſed quo progreſſiua ſunt: ⁊ ſic tollitur contradictio. Hec ſunt, que mihi videntur de 3° li° de aĩa, vbi habes ẽt, ꝙ in iuuenta colligimus: q̃ꝫq̃ꝫ me iniuſto, ac neſciente fuerint publicata: vt in probe° diximus.

¶ Finis Piſis. 1520. p̃ Maij, Ad dei glorioſiſſimi laudem.

¶ Finiunt ſubtiliſſima cõmentaria in libros de Anima Ariſtotelis a conſummatiſſimo tempeſtatis noſtre philoſopho Auguſtino nipho medices Sueſſano. edita. ⁊ nunc recens diligentiſſime emendata.

Regiſtrum.

✠ ✠✠ ✠✠✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z ⁊ ꝯ ꝝ A B

Omnes ſunt quaterniones preter ✠ ✠✠ terniones ✠✠✠ duernionem, ⁊ B quinternionem.

¶ Venetijs apud heredes Luceantonij Junte Florentini Anno a partu virginis. 1544. Menſe februario.